ISTITUTO STORICO
ITALIANO

FONTI

PER LA

STORIA D'ITALIA

34

PUBBLICATE

DALL'ISTITUTO STORICO

ITALIANO

SCRITTORI · SECOLI IX-XII

ROMA

NELLA SEDE DELL'ISTITUTO

PALAZZO DEI LINCEI, GIÀ CORSINI,

ALLA LUNGARA

1903

IL

CHRONICON FARFENSE

DI

GREGORIO DI CATINO

PRECEDONO

LA CONSTRUCTIO FARFENSIS

E GLI SCRITTI DI UGO DI FARFA

A CURA

DI

UGO BALZANI

VOLUME II

ROMA

FORZANI E C. TIPOGRAFI DEL SENATO

PALAZZO MADAMA

1903

CHRONICON FARFENSE

GREGORIO CATINENSI AUCTORE

Tricesimus quoque secundus huius venerabilis monasterii pastor extitit domnus Hugo (1). huius in hanc abbatiam per apostolicam prȩceptionem iniquus quidem fuit ingressus, sed postmodum digne per Ottonem correctus imperatorem, istius mo-
5 nasterii in utroque recuperator et restaurator fore studuit ipse gloriosus (2). denique temporibus domni Gregorii quinti papȩ una cum suis monachis reclamavit ad Ropertum missum domni Ottonis imperatoris, in placito residentem in Rescaniano cum bonis hominibus atque iudicibus, super Gratiano et filiis eius qui
10 contendebant res huius monasterii in Monte Aureo, et in alio loco casalem Iohannis de Colle, et de Pulianisis. et direxit idem comes ad eos missum suum ut venirent et legem facerent. ipsi autem vȩnire noluerunt et cum omnibus suis fugerunt. dantibus autem iudicibus bonisque hominibus consilium, ipse mis-
15 sus domni imperatoris per fustem investivit eundem domnum Hugonem abbatem de ipsis rebus ad huius monasterii opus, et bannum coram omnibus mittere fecit, et cunctis licentiam dedit ut potestatem haberent ipsum adiuvandi abbatem eiusque monachos pro ipsis rebus, in quocumque ordine idem abbas voluisset,
20 sine ulla calumnia aut compositione. et qui hoc noluisset, auri librȩ .I. in hoc monasterio compositor esset (3).

c. 192 B
998-1039

Incipit preceptum domni Ottonis imperatoris.

c. 193 A

[In nomine sanctȩ et individuȩ Trinitatis.] Otto Dei gratia Romanorum imperator augustus. omnibus sanctȩ Dei Ȩcclesiȩ nostrisque fidelibus prȩ-
25 sentibus et futuris notum esse volumus, quoniam dudum moti iuste super quo-

An. 998.
L'imperatore Ottone III, annuendo alle preghiere dei monaci farfensi, re-

23. *Le parole fra parentesi quadrate mancano nel testo del Chronicon e si suppliscono togliendole dal Regesto.*

(1) Effigie dell' abbate Ugo.
(2) Cf. I, 48, nota 3.
(3) An. 998; *R. F.* doc. 423, e cf. p. 5, rr. 32-35.

stituisce l' abbate Ugo al governo della badia.

dam monacho Hugone qui sibi imperialis abbatię, monasterii videlicet Pharphensis, absque nostro assensu regimen usurpaverat, et, quod deterius est, prętio emerat a Romano pontifice, id ei quod habere videbatur debito cum dedecore abstulimus, et digne nostris ab optutibus eiecimus. monasterium vero ipsum cuidam Hugoni episcopo in beneficium dedimus, et quendam nobis 5 carissimum Herphonem ibidem manere pręcepimus. post hęc vero eiusdem monasterii religiosę congregationi magnis pręcibus postulanti aures nostrę clementię accomodavimus eundemque Hugonem gratiam in nostram recepimus, et in ipsius regimine abbatię confirmavimus. pręcipientes itaque imperiali potentia iubemus, ut deinceps iuxta canonum regulęque monachicę 10 auctoritatem, et eiusdem monasterii per antiquorum regum et imperatorum adeptam pręceptorum liberalitatem, electus quisque ab eadem congregatione prius, dein imperiali patrocinio pręsentatus, gratis roboretur, et a summo pontifice canonice consecretur. aliter si pręsumpserit, imperiali censura condemnetur, et quicquid de bonis monasterii scriptitaverit omnimodis evacuetur. 15 quod ut verius credatur et in posterum diligentius observetur,‖sigilli nostri impressione inferius insigniri iussimus (1). Heribertus cancellarius vice Petri Cumani episcopi recognovi. datum .VIII. kalendas martii, anno dominicę incarnationis .DCCCCLXXVIII., indictione .XI., anno autem Ottonis tertii regnantis .XV., imperii .II. actum Romę, feliciter, amen (2). 20

c. 193 B

Aliud preceptum.

An. 998?

L'imperatore Ottone III facendo speciale menzione dei beni ceduti al monastero da Amato figlio di Guerrone, dichiara che il monastero stesso è posto sotto il mundiburdio imperiale.

[In nomine sanctę et individuę Trinitatis.] Otto Dei gratia Romanorum imperator augustus. noverit omnium fidelium nostrorum industria, qualiter nos per interventum dilecti abbatis Hugonis monasterium Sanctę Marię in loco qui dicitur Pharpha in nostrę defensionis mundiburdium recepimus, cum 25 prędiis illis quę Amato [filius Guerronis,] cum matre sua, per scriptum tenens, morte pręventus, pręfatę reddidit ęcclesię, quęque sita sunt [videlicet] in Serrano, Civitella, et in Coroliano, vel ubicumque posita sunt. si quis igitur hoc mundiburdium sine legali iudicio violaverit, sive marchio, comes, vicecomes, ępiscopus, sive aliqua imperii nostri parva magnaque persona, sciat se com- 30 positurum auri cocti libras centum, medietatem camerę nostrę et alteram medietatem monasterio cui vis illata est. [et ut hoc vęrius credatur, hanc paginam nostro pręcepto notatam nostro sigillo confirmari iussimus] (3).

19. *Nel testo così del Chronicon come del Regesto si legge* .DCCCCLXXVIII. *con manifesto errore. Vedasi nel Regesto la nota 3 a questo documento; R. F. IV, 102.* 22. *Le parole fra parentesi quadrate mancano nel testo del Chronicon e si suppliscono togliendole dal Regesto.* 26. per scriptum tenens] *Nel Regesto* cum per scriptum teneret 27. quęque] *Nel regesto* quę

(1) Effigie dell' imperatore Ottone III.

(2) *R. F.* doc. 700.

(3) *R. F.* doc. 424.

Item aliud.

An. 999.
L'imperatore Ottone III ordina che per l'avvenire il monastero non possa esser mai commendato in beneficio ad alcuno, e dichiara di averlo prima dato in commenda ad Ugo vescovo, ignorandone i diritti anteriori.

[In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Otto divina favente clęmentia Romanorum imperator augustus.] si ęcclesias Dei sanctorumque eius exaltaverimus, divinitus nos remunerari credimus. quocirca omnibus fidelibus 5 nostris pręsentibus atque futuris notum esse volumus, qualiter nos quadam die Romam exeuntes, pro ‖ restituenda republica cum marchione nostro Hugone convenimus et consilio imperii nostri cum venerabili papa Silvestro secundo et cum aliis nostris optimatibus ibidem tractavimus. finito autem colloquio, totoque fideli conventu salutato, in monasterio sanctę Dei genitricis Marię 10 quod dicitur in Pharpha castrametati sumus. cunque aliquantulum ibidem fuissemus, eiusdem monasterii venerabilis abbas Hugo nostram adiit pręsentiam, secum deferens nostrorum prędecessorum, videlicet imperatorum Karoli, Hludovici, aviique nostri Ottonis, pręcepta aureis sigillis bullita, et cum omni congregatione pręfati monasterii dispersionem lamentatus est, maximeque in nostris 15 temporibus, quia idipsum monasterium Hugoni ępiscopo in beneficium concessimus. quod ignorantes fecimus. hoc vero recognoscentes, pro omnipotentis Dei amore et pro remedio animę Herphonis qui cum supradicto ępiscopo ibi fuit et ibi modo mortuus est, cum hac nostra pręceptali pagina prędicto monasterio perdonavimus, ut amplius in ęternum nunquam detur per nos nec 20 per nostros successores in beneficium, sed semper permaneat reipublicę destinatum, abbati mancipatum, et nulli alteri subiectum vel pręstitum. unde Deum omnipotentem pręcamur, ut si aliquis papa aut imperator noster successor unquam memoratum monasterium alicuius personę subiugaverit, nobiscum in Christi adventu, dum venerit iudicare sęculum per ignem, rationem 25 inde reddat, et se ‖ deliquisse pro hac causatione recognoscat. [et ut hęc nostrę auctoritatis perdonatio perenniter inconvulsa permaneat, hanc paginam manu propria corroborantes, sigillari pręcepimus. signum domni Ottonis Cęsaris invictissimi. Herebertus cancellarius vice Petri Cumani ępiscopi recognovit. datum .v. nonas octobris, anno dominicę incarnationis .DCCCCXCVIIII., indi- 30 ctione .XII., anno tertii Ottonis regnantis .XVI., imperii .IIII. acta Romę.] (1)

c. 194 A

c. 194 B

Item aliud.

An. 998.
L'imperatore Ottone III conferma il monastero nel possesso di alcuni beni che già erano stati ingiustamente tenuti da Graziano e dai figli di lui.

Pro salute animę nostrę investivimus eundem Hugonem venerabilem abbatem de prędiis in comitatu Sabinensi sitis, quę ad pręfatum monasterium pertinent, quęque Gratianus et filii eius iniuste hactenus tenuerunt, in Monte 35 Aureo et in casale Iohannis de Colle, et de Pulianise (2).

2. *Le parole fra parentesi quadrate mancano nel testo del Chronicon e si suppliscono togliendole dal Regesto.* 23. alicuius] *Così nel testo del Chronicon e del Regesto.*

(1) *R. F.* doc. 429. (2) *R. F.* doc. 427.

Item aliud.

An. 999.
L'imperatore Ottone III conferma il monastero nel possesso dei suoi beni, e annulla tutte le scritture e donazioni delle terre del monastero fatte da Adamo vescovo, da Alberico abbate e da Ugo abbate per comando del vescovo Ugo.

Interventu eiusdem Hugonis venerabilis abbatis monasterii sanctę Dei genitricis Marię omne fodrum perdonamus de omni terra quam idem monasterium modo detinet aut in futurum acquisierit, sive de castellis sive de villis aut ęcclesiis. insuper imperiali decrevimus potentia, ut omnia scripta quę 5 idem abbas Hugo per iussionem ępiscopi Hugonis fecit, et cuncta quę Adam ępiscopus fecit, et quę Albericus abbas donavit de terra ipsius monasterii sint annullata et in perpetuum exinanita atque confusa, et ad idem monasterium Sanctę Marię in Pharpha procul dubio reversa, omni contradictione remota. unde statuimus firmissime, ut nullus ępiscopus, dux, marchio, 10 comes, vicecomes, sive aliquis homo magnus sive parvus, Teutonicus sive Latinus nuntius, de eodem monasterio fodrum tollat, aut placitum super terram iam dicti monasterii faciat, aut libellarios et pensionarios ad placitum constringere pręsumat, nisi eiusdem monasterii abbas aut cui ipse se commendaverit (1). 15

Item aliud preceptum.

An. 998.
L'imperatore Ottone III conferma il monastero nel possesso dei suoi beni e dei suoi privilegi.

[In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Otto divina favente clęmentia Romanorum imperator augustus. cum petitionibus servorum Dei iustis ac rationabilibus divini cultus amore faverimus et his oportuna beneficia largimur, pręmium nobis ęternę remunerationis rependi non diffidimus. quocirca omnium 20 sanctę Dei Ęcclesię nostrorumque fidelium pręsentium videlicet et futurorum comperiat sollertia, qualiter Hugo venerabilis abbas monasterii sanctę Dei genitricis semperque virginis Marię in comitatu Sabinensi constructi in loco qui dicitur Acutianus nostram adiens pręsentiam ostendit nobis nostrorum antecessorum regum vel imperatorum pręcepta eidem monasterio facta, atque 25 suppliciter postulans, quatinus pro Dei amore sanctęque genitricis Dei Marię eadem pręcepta nostra imperiali ac pręceptali auctoritate confirmaremus. nos vero iustis postulationibus assentientes,] confirmamus autem iam dicto monasterio quicquid in superioribus ‖ continetur pręceptis prout iuste et legaliter possumus, videlicet quicquid habere videtur in eodem territorio Sabi- 30 nensi, idest ecclesiam Sancti Benedicti [cum omnibus pertinentiis suis, et] curtem Sancti Gethulii [cum tota sua integritate], et ecclesiam Sancti Angeli in monte Tancię [cum omnibus pertinentiis suis]. in civitate Hortana ęcclesiam Sancti Theodori [cum omnibus pertinentiis suis]. in civitate Veterbensi ęcclesiam Sanctę Marię [cum omnibus suis pertinentiis]. cellam Sanctę Marię 35

c. 195 A

17. *Le parole tra parentesi quadrate mancano nel testo del Chronicon e si suppliscono togliendole dal Regesto.* 28. autem *manca nel Regesto.* 32. et *manca nel Regesto.* 33. *Nel Regesto* de Tancies *Nel Regesto* in comitatu Hortano iuxta civitatem 34. *Nel Regesto* in comitatu Veterbensi infra civitatem

(1) *R. F.* doc. 431.

iuxta fluvium Minionem cum gualdo suo [et omnibus ad eam pertinentibus]. iuxta civitatem Spoletanam ęcclesiam Sancti Marci, et infra ipsius comitatum ęcclesiam Sancti Salvatoris [cum omnibus earum pertinentiis]. ęcclesiam Sanctę Marię in Mediano [cum omnibus suis pertinentiis]. in
5 comitatu Hauximano curtem de Monte Polisco [cum omnibus ad eam pertinentiis]. in comitatu Senènsi curtem Leoninam. in territorio Camerino ęcclesiam Sancti Angeli in Lanciano. curtem de Salabona, atque curtem Sancti Gregorii in Trávenano [cum omnibus pertinentiis earum]. in territorio Firmano monasterium Sancti Silvestri, et Sanctę Marinę [cum omni
10 eorum integritate]. curtem Sancti Salvatoris sub muro civitatis Firmanę, [et] curtem Sancti Gervasii. curtem Sancti Sigismundi, et terram de Paratinis. curtem Sancti Angeli de Villa Magna. curtem Sancti Desiderii, [et] curtem de Cupresseto, [et] curtem Sancti Angeli in Nibiano. curtem Sancti Venantii. [et] curtem de Columnellis. curtem Sanctę Felicitatis. terram [in
15 locis] de Raviliano et de Solario. curtem Sanctę Marię in Mociano. curtem de Caminatis in loco qui vocatur Murrus. curtem de Bresano in Segiano iuxta castellum filiorum Guazonis. curtem Sanctę Marię matris Domini. curtem Sancti Maroti. curtem de Valle.‖ curtem Sanctę Marinę de Ortatiano. curtem Sancti Salvatoris in Memoriis. curtem de Blotenano. curtem c. 195 B
20 Sancti Antimi. curtem Montis Falconis. curtem Sanctę Marię Interamnes. curtem Sancti Silvestri intra civitatem Firmanam. curtem Sancti Sabini. curtem in Prętorio. monasterium Sanctę Marię in Insula cum curte Sancti Martini in Aquatinis. curtem aliam Sancti Martini in Monte super Asulam. curtem de Rotis. terram de Maceriatinis.' curtem de Moliano in qua est
25 ecclesia Sanctę Victorię. curtem Sancti Benedicti, et Sanctam Mariam [positam] in Muris. curtem Sancti Angeli inter duas Tinnas. curtem Sancti Angeli in [loco] Margiano. in comitatu Asculano curtem Sanctę Marię in Solestano. curtem Sancti Angeli in valle Veneria. curtem Sancti Salvatoris in Ophida [quę est] iuxta ipsum castellum. curtem de Mozano. in comitatu
30 Aprutiensi curtem de Motiano. curtem Sardinarię. ecclesiam Sancti Petri in Pedoniano. in comitatu Pinnensi curtem [quę dicitur] in Monte Pedito cum castello ibidem. curtem aliam prope se. curtem Sanctę Marię in Catilini. curtem Sanctę Lucię in Ciciliano. in comitatu Reatino ecclesiam Sancti Stephani in Lucana cum .XLVII. curtibus. in territorio Balbensi curtem San-
35 ctę Marię in Graiano et Sancti Angeli. in Furconensi territorio curtes .III. quartam Sanctę Marię [positam] in Furfone. in territorio Marsicano curtem Sancti Leucii in [loco qui vocatur] Transaquas. et Sanctę Marię in Apignanicis. in Amiternino territorio Sanctam Mariam in Loriano. curtem

2-3. *Nel Regesto* in comitatu Spoletano ecclesiam Sancti Marci et Sancti Salvatoris 5. *Nel Regesto* Pulisco 14. *Nel Regesto* terras 16. *Nel Regesto* Segianum 20. *Nel Regesto* de Sancto Antimo - de Monte Falconis 30. *Nel Regesto* Mozano - de Sardinaria 34. *Nel Regesto* Lucania

c. 196 A de Columento ‖ cum ęcclesia Sanctę Marię et Sancti Benedicti [cum omnibus earum pertinentiis]. in territorio Interocrino ecclesiam Sanctę Marię in Casalicis et Sancti Salvatoris in Vallantis. in territorio Reatino ecclesiam Sancti Angeli. in Tore curtem Sanctę Marię. in Corneto [et] in Narnate curtem unam. ecclesiam Sanctę Marię et Sancti Benedicti infra 5 urbem Romam in [loco qui dicitur] Scorticlaro cum criptis [et earum pertinentiis]. omnia hec in integrum cum pertinentiis et subiacentiis suis et quę ad prędictum monasterium pertinere videntur iuste et legaliter, aut ab aliis hominibus Deum timentibus acquisierit, aut ab his qui modo de rebus ecclesię iniuste tenent, et quę in civitate Romana aut in aliqua parte nostri regni Hitalici 10 habere videtur, aut acquisierit, per hoc nostrum pręceptum eidem sancto loco confirmamus una cum terris, vineis, monasteriis et subiectis ecclesiis, castellis, curtibus, domibus, villis, cappellis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, mercatis, cultis et incultis, colonis, aldiis, aldiabus manentibus omnibusque residentibus super terras ipsius monasterii, servis, ancillis, om- 15 nique familia utriusque sexus, cunctisque animalibus. atque pro Dei amore nostręque animę salute eidem monasterio ministrantibus per hoc nostrum pręceptum perdonamus, ut nullus eorum aut suorum hominum deinceps freda aut tributum donet, vel mansiones faciat invite, aut fidèiussor sine suo c. 196 B velle existat, aut in aliquo donet portinaticum ‖ aut ripaticum vel herbaticum 20 aut glandaticum vel pontonaticum, tam de monachis quam de clericis, quamque de hominibus super terras eorum residentibus, tam ingenuis quam libellariis, quam et servis, ac eos sub nostra tuitione recepimus. pręcipientes ergo iubemus ut nullus dux, marchio, episcopus, comes, vicecomes, vel aliquis noster missus discurrens, sculdascius, castaldius, nullaque nostri imperii magna parvaque 25 persona prędicti monasterii abbatem vel monachos aut eorum aliquem fidelem inquietare, molestare, aut de his quę suprascripta sunt sine legali iudicio disvestire pręsumat, aut aliquam ·minorationem facere temptet. et quicquid de prędicti monasterii possessionibus fiscus noster sperare potuerit, totum nos pro ęternę remunerationis pręmio prędicto monasterio concedimus 30 ut in alimoniam pauperum et stipendia monachorum ibidem Deo famulantium nostris futurisque temporibus semper proficiat in augmentis. insuper concedimus ut nullus homo audeat respondere mallaturam advocato eius. et si aliquo tempore aliqua intentio contra ipsum monasterium exorta fuerit, non per viliores sed per nobiliores et veraciores homines diffiniatur ex utraque 35 parte. huius autem pręcepti violator componat auri purissimi libras mille, medietatem camerę nostrę et medietatem prędicto monasterio ipsumque regentibus. [et ut hęc nostra imperialis auctoritas firmior habeatur et diligentius observetur, manu propria roborantes pręsentem paginam nostri impressione

3. *Nel Regesto* qui dicitur Vallantis 6. criptis] *Nel Regesto* scriptis 7. omnia hec] *Nel Regesto* omniaque *Nel Regesto mancano le parole* cum pertinentiis et subiacentiis suis

inferius iussimus insigniri. signum domni Ottonis invictissimi imperatoris augusti. Heribertus cancellarius vice Petri Cumani episcopi notavi. datum .II. idus martii, anno dominicę incarnationis .DCCCCXCVIII., indictione .XI., anno autem tertii Ottonis regnantis .XV., imperii .II. actum Romę, feli-
5 citer, amen] (1).

Incipit constitutio decretalis ‖ sacrę legis domini Ottonis imperatoris (2). c. 197 A

An. 998. Costituzione decretale dell' imperatore Ottone III

Otto Dei gratia Romanorum imperator augustus. Cōs. S. P. Q. R. archiepiscopis, abbatibus, marchionibus, comitibus, et cunctis iudicibus
10 intra Hitaliam constitutis, in perpetuum. comperimus quod episcopi et abbates ęcclesiarum possessionibus abutantur, et per scripta quibusque personis attribuant, et hoc non ad utilitatem ęcclesiarum, sed pecunię affinitate, et amicitię causa. dumque eorum successores, et pro domorum Dei restauratione, ac pro reipublicę officio nostroque obsequio commonentur,
15 suarum ęcclesiarum prędia ab aliis detineri causantur, seque imperata non posse perficere re vera demonstrant. proinde quia status ecclesiarum [Dei] annullantur, nostraque imperialis maiestas non minus patitur detrimentum, dum subditi nobis debita non possunt exhibere obsequia, constituimus et imperiali edicto [con]firmamus, ut omnia scripta, sive si libelli nomine sive
20 si emphitheosis prolatum fuerit quid de ęcclesiis Dei sive aliquo modo effici non possit, obeunte actore obeat, solusque detrimentum habeat qui se eo scripto obligavit atque vinxit, nec omnino ad eum suprascripti damna pertineant, qui ei in regimine successit, sed sit ei libera facultas, omnia quę per libellos vel alia quęlibet scriptura abalienata fuerint, in proprium ius ęc-
25 clesię revocare, et ita ordinare, ut ‖ Deo et nobis debitum obsequium valeat exhibere. nam cum regibus et imperatoribus ea quę regni et imperii sunt nisi se viventibus dare non liceat, exceptis ęcclesiis, quomodo abbatibus et c. 197 B

8. Cōs. S. P. Q. R.] *Il Weiland, non vedo con quanto fondamento, propone di interpretare* Consul Senatus Populusque Romanus *Gli editori che lo hanno preceduto interpretano* Consulibus Senatus Populique Romani *L'interpretazione più plausibile mi par quella già data nel Regesto* Consulibus *(o forse meglio* Consuli*)* Senatui Populoque Romano 16. *Le parole fra parentesi quadrate mancano nel testo del Chronicon e si suppliscono togliendole dal Regesto.* 17. annullantur] *Così nel Chronicon e non* annullatenus *come apparirebbe dalle varianti al testo pubblicato dal Weiland.*

(1) ꝶ F. doc. 425.

(2) Effigie dell' imperatore Ottone III. Il testo di questa costituzione ci è stato conservato qui nel *Chronicon*, nel *Regesto* (doc. 226) e nel codice Laurenziano plut. XVI, 2. L. WEILAND, ultimo editore di esso, pubblicandolo pei *Monumenta Germaniae historica* nel tomo I delle *Constitutiones et decreta publica imperatorum et regum*, p. 50 (*Legum sectio*, IV), si è giovato del codice Laurenziano e del *Chronicon*, ma non ha tenuto conto del *Regesto* di cui non fa menzione, e che del resto, fuorchè per due parole, non differisce dal *Chronicon*.

episcopis res ęcclesiarum per tempora suorum successorum distribuere liceat? omne quippe ius sive lex sive quodlibet scriptum, vel quęlibet consuetudo, si contra Ecclesię utilitatem fuerint, in irritum deducenda sunt. nec nostra auctoritate debentur firmari quę contra imperii auctorem et propagatorem probabuntur inferri. hoc ergo solum scriptum pro lege in talibus causis habeatur, 5 quod Ecclesię Dei prosit et nullo modo obesse possit. quod si aliquis contra hanc constitutionem nostram ire temptaverit, tanquam rebellis iudicetur et sit ei anathema maranatha, nisi resipiscat, ab universis episcopis qui huic imperii nostri edicto subscripserunt, vel assensum prębuerunt, sive prębituri sunt. amen. [d]ata .XII. kalendas octobris, indictione .XII., anno .III. pontificatus 10 domini Gregorii quinti papę. promulgata per manus Gerberti sanctę Ravennatis ęcclesię archiepiscopi, in ea synodo in qua Mediolanensi episcopo, Arnulfo nomine, papatum ablatum est, in basilica Beati Petri quę vocatur ad Celum Aureum (1). et subscripserunt omnes qui affuerunt episcopi (2).

Senza data. **Memoria delle contese avute dal monastero pel possesso della cella di S. Maria in Minione, della riconferma fattane da Enrico imperatore e del pacifico possesso posteriore alla riconferma (3).** c. 198 A

Contentio igitur quę fuit de cella Sanctę Marię in Minione 15 inter hoc nostrum monasterium et monasterium Sanctorum Cosmę et Damiani quod ponitur in Mica Aurea ita exorta est ut inferius referemus. quam huic operi inseruimus ex autenticis scedantes, ob id maxime, his ut auditis, deinceps caveatur a rectoribus cęnobii huius, ne similis proveniat eventus. obsecra- 20

4. debentur *nel testo del Chronicon e del Regesto, ma nel Laurenziano si legge correttamente* debebunt 10. *Nel testo Laurenziano secondo l'edizione del Weiland il documento si chiude più completamente così:* Ego Otto gratia Dei Romanorum imperator augustus constitui hanc legem non solum presenti et futuro sed etiam preterito tempore profutura et in aeternum valere precepi. Data .XII. kal. octobris, anno imperii domni Ottonis gloriosissimi imperatoris III indictione .XII. &c. *il resto come qui sopra.* 14. *A margine in caratteri minuti che sembrano anch'essi di mano di Gregorio si trova la postilla:* vel Cellam Auream, *e* ad Cellam Auream *ha pure il Regesto.*

(1) Il *Regesto* reca la datazione nella rubrica a capo del decreto invece che in fine.

(2) *R. F.* doc. 226.

(3) *R. F.* doc. 439. Questa memoria inserita tra i documenti del *Regesto di Farfa* è senza data. Il diploma di Enrico II menzionato in essa e che si leggerà alquanto più oltre, col quale si riconfermano i beni del monastero di Farfa novellamente acquistati o rivendicati, e si affermano in modo particolare i diritti del monastero sulla cella di S. Maria in Minione, è del 1014. La memoria non può dunque essere anteriore a quell'anno, ma secondo Pietro Fedele (*Carte del monastero dei Ss. Cosma e Damiano in Mica Aurea* in *Archivio della R. Soc. rom. di stor. patr.* XXI, 474) non dovrebbe essere di molto posteriore, poichè in essa è detto che in Roma vivevano ancora molti i quali ricordavano la fondazione del monastero dei Ss. Cosma e Damiano che il Fedele pone tra gli anni 936 e 948. Vuolsi però osservare che l'autore della memoria può essersi giovato di

mus autem omnes seniores qui audituri estis, ut pro Dei amore sanctęque Marię servitio diligenter auscultetis atque discrete discernatis si unquam plus iniustam absurdamque litem audistis, quam seniores prędicti monasterii Sanctorum Cosmę et Damiani
5 de hoc fecerunt. in veritate, quę Christus est, vobis dicimus, quia per centum et eo amplius annorum curricula fuit prędicta cella de Minione sub iure et dominio huius monasterii Sanctę Marię, antequam pręfatum monasterium Sanctorum Cosmę et Damiani fuisset inceptum, quemadmodum in sequentibus audietis.
10 Karolus denique pię memorię primus imperator prędictam cellam per suum pręceptum huic monasterio in primis contulit (1). deinde Hludovicus filius eius et omnes sui successores eam confirmaverunt (2), et hoc monasterium semper illam tenuit usque

qualche appunto scritto per servire in giudizio mentre la lite ferveva, e che dopo aver menzionato il diploma di Ottone III dell'anno 999, anche relativo a questa contesa e che si pubblica qui sotto, egli aggiunge: « Ex « quo iam tempore pręfatus Hugo ab« bas eiusque successores te« nuerunt ipsam cellam quiete per « .XXXI. anni pene curricula ». Ora ciò porterebbe il limite almeno al 1030, e spiegherebbe la menzione dei successori di Ugo, cioè Guido I e Guido II che interpolarono coi loro governi il periodo abbaziale di Ugo, il primo dall'anno 1009 al 1013, il secondo dal 1027 al 1035. A giudicar dallo stile, questa memoria mi pare indubbiamente scritta dall'abbate Ugo. Alcune frasi di essa indurrebbero a credere ch'essa facesse parte o fosse destinata a far parte di qualche altro suo opuscolo di cui non rimane ricordo. È notevole però che Ugo vi è sempre nominato nella terza persona e non nella prima, diversamente in ciò da tutti gli scritti che abbiamo di lui. Da questo indizio trarrei l'ipotesi che se Ugo veramente scrisse questa memoria, dovrebbe averla scritta mentre non era abbate e precisamente tra il 1027 e il 1035, durante il governo abbaziale di Guido II, servendosi forse di appunti presi anteriormente.

(1) An 801; *R. F.* doc. 273 e cf. *Chron. Farf.* I, 190-191.

(2) An. 857? 859? *R. F.* doc. 300; an. 967, doc. 404; an. 981, doc. 407; an. 996, doc. 413; an. 998, doc. 425; an. 1014, doc. 451. Il *Regesto* contiene poi conferme posteriori di Corrado II (an. 1027, doc. 675); di Enrico III (an. 1050, doc. 879); del pontefice Leone IX (an. 1051, doc. 884); di Enrico IV (ann. 1065 e 1084, docc. 976 e 1099). Il pontefice Giovanni XVIII in una sua bolla data il 29 marzo 1005, confermando al monastero dei Ss. Cosma e Damiano i suoi possedimenti, include fra essi la cella di S. Maria in Minione con le sue pertinenze: « ecclesiam que « est edificata in honorem sancte Dei « genitricis Marie que supra Minione « fluvio sita est, et aliquando tempore « a barbaricis gentibus destructa fuit, « cum curte et cellis et porticalis, « silvis, salectis, arboribus fructiferis « et infructiferis diversi generis, et

episcopis res ęcclesiarum per tempora suorum successorum distribuere liceat? omne quippe ius sive lex sive quodlibet scriptum, vel quęlibet consuetudo, si contra Ecclesię utilitatem fuerint, in irritum deducenda sunt. nec nostra auctoritate debentur firmari quę contra imperii auctorem et propagatorem probabuntur inferri. hoc ergo solum scriptum pro lege in talibus causis habeatur, 5
quod Ecclesię Dei prosit et nullo modo obesse possit. quod si aliquis contra hanc constitutionem nostram ire temptaverit, tanquam rebellis iudicetur et sit ei anathema maranatha, nisi resipiscat, ab universis episcopis qui huic imperii nostri edicto subscripserunt, vel assensum prębuerunt, sive prębituri sunt. amen. [d]ata .xii. kalendas octobris, indictione .xii., anno .iii. pontificatus 10
domini Gregorii quinti papę. promulgata per manus Gerberti sanctę Ravennatis ęcclesię archiepiscopi, in ea synodo in qua Mediolanensi episcopo, Arnulfo nomine, papatum ablatum est, in basilica Beati Petri quę vocatur ad Celum Aureum (1). et subscripserunt omnes qui affuerunt episcopi (2).

Senza data.
Memoria delle contese avute dal monastero pel possesso della cella di S. Maria in Minione, della riconferma fattane da Enrico imperatore e del pacifico possesso posteriore alla riconferma (3).
c. 198 A

Contentio igitur quę fuit de cella Sanctę Marię in Minione 15
inter hoc nostrum monasterium et monasterium Sanctorum Cosmę et Damiani quod ponitur in Mica Aurea ita exorta est ut inferius referemus. quam huic operi inseruimus ex autenticis scedantes, ob id maxime, his ut auditis, deinceps caveatur a rectoribus cęnobii huius, ne similis proveniat eventus. obsecra- 20

4. debentur *nel testo del Chronicon e del Regesto, ma nel Laurenziano si legge correttamente* debebunt 10. *Nel testo Laurenziano secondo l'edizione del Weiland il documento si chiude più completamente così:* Ego Otto gratia Dei Romanorum imperator augustus constitui hanc legem non solum presenti et futuro sed etiam preterito tempore profutura et in aeternum valere precepi. Data .xii. kal. octobris, anno imperii domni Ottonis gloriosissimi imperatoris III indictione .xii. &c. *il resto come qui sopra.* 14. *A margine in caratteri minuti che sembrano anch'essi di mano di Gregorio si trova la postilla:* vel Cellam Auream, *e* ad Cellam Auream *ha pure il Regesto.*

(1) Il *Regesto* reca la datazione nella rubrica a capo del decreto invece che in fine.

(2) *R. F.* doc. 226.

(3) *R. F.* doc. 439. Questa memoria inserita tra i documenti del *Regesto di Farfa* è senza data. Il diploma di Enrico II menzionato in essa e che si leggerà alquanto più oltre, col quale si riconfermano i beni del monastero di Farfa novellamente acquistati o rivendicati, e si affermano in modo particolare i diritti del monastero sulla cella di S. Maria in Minione, è del 1014. La memoria non può dunque essere anteriore a quell'anno, ma secondo PIETRO FEDELE (*Carte del monastero dei Ss. Cosma e Damiano in Mica Aurea* in *Archivio della R. Soc. rom. di stor. patr.* XXI, 474) non dovrebbe essere di molto posteriore, poichè in essa è detto che in Roma vivevano ancora molti i quali ricordavano la fondazione del monastero dei Ss. Cosma e Damiano che il Fedele pone tra gli anni 936 e 948. Vuolsi però osservare che l'autore della memoria può essersi giovato di

mus autem omnes seniores qui audituri estis, ut pro Dei amore sanctęque Marię servitio diligenter auscultetis atque discrete discernatis si unquam plus iniustam absurdamque litem audistis, quam seniores prędicti monasterii Sanctorum Cosmę et Damiani
5 de hoc fecerunt. in veritate, quę Christus est, vobis dicimus, quia per centum et eo amplius annorum curricula fuit prędicta cella de Minione sub iure et dominio huius monasterii Sanctę Marię, antequam pręfatum monasterium Sanctorum Cosmę et Damiani fuisset inceptum, quemadmodum in sequentibus audietis.
10 Karolus denique pię memorię primus imperator prędictam cellam per suum pręceptum huic monasterio in primis contulit [1]. deinde Hludovicus filius eius et omnes sui successores eam confirmaverunt [2], et hoc monasterium semper illam tenuit usque

qualche appunto scritto per servire in giudizio mentre la lite ferveva, e che dopo aver menzionato il diploma di Ottone III dell'anno 999, anche relativo a questa contesa e che si pubblica qui sotto, egli aggiunge: « Ex « quo iam tempore pręfatus Hugo ab« bas eiusque successores te« nuerunt ipsam cellam quiete per « .xxxi. anni pene curricula ». Ora ciò porterebbe il limite almeno al 1030, e spiegherebbe la menzione dei successori di Ugo, cioè Guido I e Guido II che interpolarono coi loro governi il periodo abbaziale di Ugo, il primo dall'anno 1009 al 1013, il secondo dal 1027 al 1035. A giudicar dallo stile, questa memoria mi pare indubbiamente scritta dall'abbate Ugo. Alcune frasi di essa indurrebbero a credere ch' essa facesse parte o fosse destinata a far parte di qualche altro suo opuscolo di cui non rimane ricordo. È notevole però che Ugo vi è sempre nominato nella terza persona e non nella prima, diversamente in ciò da tutti gli scritti che abbiamo di lui. Da questo indizio trarrei l' ipotesi che se Ugo veramente scrisse questa memoria, dovrebbe averla scritta mentre non era abbate e precisamente tra il 1027 e il 1035, durante il governo abbaziale di Guido II, servendosi forse di appunti presi anteriormente.

(1) An 801; *R. F.* doc. 273 e cf. *Chron. Farf.* I, 190-191.

(2) An. 857? 859? *R. F.* doc. 300; an. 967, doc. 404; an. 981, doc. 407; an. 996, doc. 413; an. 998, doc. 425; an. 1014, doc. 451. Il *Regesto* contiene poi conferme posteriori di Corrado II (an. 1027, doc. 675); di Enrico III (an. 1050, doc. 879); del pontefice Leone IX (an. 1051, doc. 884); di Enrico IV (ann. 1065 e 1084, docc. 976 e 1099). Il pontefice Giovanni XVIII in una sua bolla data il 29 marzo 1005, confermando al monastero dei Ss. Cosma e Damiano i suoi possedimenti, include fra essi la cella di S. Maria in Minione con le sue pertinenze: « ecclesiam que « est edificata in honorem sancte Dei « genitricis Marie que supra Minione « fluvio sita est, et aliquando tempore « a barbaricis gentibus destructa fuit, « cum curte et cellis et porticalis, « silvis, salectis, arboribus fructiferis « et infructiferis diversi generis, et

dum Sarraceni venerunt. qui cuncta monasteria extra Romam divastarunt funditus, ita ut etiam hoc monasterium .XLVIII. annis absque habitatore esset. et post hanc divastationem || huius monasterii restaurator prȩcipuus extitit venerabilis abbas Ratfredus (1). post cuius mortem Campo abbas tenuit huius regimen monasterii (2). qui ordinavit in prȩdicta cella unum prȩpositum ad ipsum locum restaurandum, nomine Venerandum, quem acquisivit ab abbate monasterii Sancti Iusti de Tuscana, ac fecit ei de prȩdicta cella destructa libellum in tribus personis monachorum succedentibus uno duobus, sicut consuetudo secularium monachorum tunc erat. unde et apparum ipse abbas apud se retinuit. quo ingressus cito incolumem locum restituit. Valentinus quoque Centumcellensis episcopus ipsam ȩcclesiam con-

c. 198 B

12. **ingressus**] *Così nel testo.*

« flumen Minionem cum piscaria et « aquimolis suis, atque gualdo maiore « usque in locum qui dicitur Gallo- « cantum, constitutum territorio Cen- « tumcellense sive Tuscanense »; PFLUGK-HARTTUNG, *Acta pontificum Romanorum inedita*, II, 57; JAFFÉ-LÖWENFELD, *Regesta pontificum*, n. 3944.

(1) An. 930?-936? Cf. I, 34. Nell'aprile dell'anno 920 Acerisio di Sintruda « habitator castri Centucellen- « sis » otteneva in prestaria dall'abbate Ratfredo « res vestri monasterii in « gualdo Sanctȩ Mariȩ de Minione « quas antea Hermerisius et Stepha- « nus a vestro monasterio ad suam « tenuerunt manum. idest casalinos « desertos, et vineas desertas, ad la- « borandum et fruendum, et annua- « liter vobis reddendum pensionem in « mense augusti monetȩ romanȩ in ȩc- « clesia Sanctȩ Mariȩ de Minione dena- « rios .XVIII. ». *Largitorio*, c. XXIII A. E già l'abbate Teutone, che governò la badia tra l'anno 883 e l'888, aveva fatta una concessione che mi par bene riferire qui per intero perchè dimostra l'esistenza dei diritti del monastero di Farfa sopra Santa Maria in Minione in un tempo di circa mezzo secolo anteriore alla fondazione del monastero dei Ss. Cosma e Damiano.

In nomine Domini. ego Donatus peto vobis, domne Teuto vir venerabilis abbas, ut mihi prestare iubeatis unum petium terrȩ in gualdo de Minione, in monte qui appellatur Gosperti, ad casas edificandum, seu et alias terras in iam dicto gualdo, quȩ pertinent ad cellam Sanctȩ Mariȩ de Minione, quantascumque ad manus nostras detinere videmur, aut nobis oportunitas fuerit peracto tempore suo ad laborandum, seu cum nostris bestiis pabulandum, et ad pensionem per omnes annos reddendum ad prȩpositum vel custodem iamdictȩ cellȩ de Minione in mense iulio argenti denarios .XVIII. de moneta sancti Petri quȩ melius in illis diebus cucurrerit, et si necesse fuerit, guaitas ad mare faciamus. et si neglexerimus, componamus vobis argenti monetati solidos .L. et si ad vestrum mandatum venire noluero ad iustitias faciendum, et si filii vel nepotes mei voluerint, teneant omnia secundum istam ordinationem, et sub pȩna suprascripta. quod si noluerint, tollant medietatem mobilium et frugum anteposito ȩdificio, et vadant ubi voluerint. actum in curte iam dictȩ cellȩ de Minione. + Donatus rogator. + Sintarus testis. + Gaiderisius. + Odelprandus. + Leo notarius scripsit.

Largitorio, c. XVIII A.

(2) An. 936?-962?

secravit (1). Venerandus vero iam dictus prępositus, quandiu ibi habitavit, ita obędiebat Camponi abbati suisque successoribus sicut et alii prępositi facere consueverant. hoc namque tempore cępit Benedictus qui dicebatur Campaninus ędificare prelibatum mona-
5 sterium Sanctorum Cosmę et Damiani in sua proprietate, sicut pene omnes Romani sciunt, et adhuc supersunt plures qui recordantur (2). quo completo, cepit iam dictus Benedictus quęrere utilem monachum quem ibi abbatem pręponeret. cui cum a quibusdam de ipso Venerando indicatum fuisset, cum consensu istius
10 monasterii abbatis cuius erat prępositus, ordinavit eum abbatem. qui quandiu advixit cellam Minionis sepe dictam tenuit ad ius et fidelitatem huius monasterii, et pensionem quę in libello superius nominato, quod secum portavit, sedebat, annualiter || reddebat, et aliud servitium abbatibus huius monasterii libenter exhibebat. c. 199 A
15 quo mortuo, successor suus abbas, Silvester nomine (3), cui libellum prędictum dimisit, cępit suptrahere illam pensionem quam dare debebat. qua de causa magna controversia orta est inter illum et Iohannem abbatem huius monasterii ante pręsentiam domni Ottonis imperatoris primi in synodo generali quę tunc facta fuit
20 in basilica Sancti Petri maiori (4). in qua cunctis videntibus reinvestivit idem imperator Iohannem abbatem de prędicta cella et dedit illi suum nuntium usque illuc qui et ibi eum investisset. sed Lambertus Cęcus restitit illi qui favebat parti alterius abbatis.

13. sedebat] *Così nel testo.*

(1) Di Valentino vescovo Centocellense si ha memoria intorno all'anno 940. Cf. UGHELLI, *Italia sacra*, X, 57; GAMS, *Series episcoporum*, p. XI; CALISSE, *Storia di Civitavecchia*, Firenze, Barbèra, 1898. Quest'ultimo lavoro ha molto pregio per la storia dei possessi farfensi nella regione vicina a Civitavecchia.

(2) Intorno a questa fondazione cf. P. FEDELE, *Carte del monastero dei Ss. Cosma e Damiano*, loc. cit. XXI, 279.

(3) Dell'abbate Silvestro del monastero dei Ss. Cosma e Damiano si ha notizia tra l'anno 949 circa e il 973.

(4) È la sinodo assegnata al 967, di cui Ottone I in un diploma dato il giorno 11 gennaio di quell'anno a favore del monastero di Subiaco dice che fu tenuta « in gremio basilicae « S. Petri apostoli... pro utilitate eius« dem ecclesiae et venerabilium lo« corum ». Cf. MURATORI, *Antiq. Ital.* V, 465; JAFFÉ-LÖWENFELD, *Regesta pontificum*, I, 471; *Il Regesto Sublacense*, pubblicato a cura della R. Soc. rom. di st. patria da G. LEVI e L. ALLODI, doc. 3. Lo HEFELE la chiama

imperator vero ipse ivit ad alias partes, et tunc ratio ipsa dilata est usque ad tempus Ottonis secundi imperatoris. qui videlicet imperator ira motus contra Iohannem prȩfatum abbatem tulit ei abbatiam et alteri dedit. qua de causa egressus Iohannes abbas de hoc monasterio abiit ad Azonem abbatem de Aventino suum 5 germanum, portans secum quȩdam prȩcepta et aliquantas cartas huius monasterii, inter quas erat prȩceptum de cella Minionis et apparum iamdicti libelli. quȩ duo furatus est Ursus malivolus prȩsbyter qui dicebatur de Male Pascia, qui et camerarius erat eiusdem Iohannis abbatis [1], atque vendidit ea prȩ- 10 dicto Silvestro abbati Sanctorum Cosmȩ et Damiani, et tulit inde triginta libras denariorum. ad quorum exemplar fecit sibi facere idem abbas unum | falsum prȩceptum quod dicebat factum fuisse (c. 199 B) a rege Hugone. ab hoc tempore cȩperunt ipsi abbates iam securius ipsam tenere cellam usque ad tempus Ottonis tertii im- 15 peratoris atque Hugonis huius monasterii abbatis. quam contentionem idem imperator legaliter, cum consilio Silvestri venerabilis papȩ atque consensu, necnon et Hugonis incliti marchionis, cunctorumque iudicum Romanorum iudicio finivit, ut inferius veraci stilo demonstrabimus [2]. ex quo iam tempore prȩfatus Hugo 20

« eine Synode in der Peterskirche, « deren Details nicht bekannt sind »; *Conciliengeschichte*, IV, 628.

(1) Come si vedrà più innanzi, l'abbate Guido di Farfa contese a Gregorio figlio di questo prete Orso detto di Malepassia il possesso di alcuni beni che Gregorio, mostrando due carte falsificate, sosteneva essere stati concessi in terzo genere ai suoi genitori dall' abbate Giovanni.

(2) An. 999; *R. F.* doc. 437. La importanza del placito relativo a questa contesa è tale, che mi sembra indispensabile riprodurlo qui in nota.

In nomine domini Dei salvatoris nostri Ihesu Christi. anno Deo propitio pontificatus domni nostri Silvestri summi pontificis et universalis secundi papȩ in sacratissima sede beati Petri apostoli primo, et imperantis domini nostri tertii Ottonis a Deo coronati magni et pacifici imperatoris anno .IIII., indictione .XIII., mense decembris, die secunda. quia sanctos imperatores Deum semper prȩ oculis habere sancitum est, quicquid in publicum gesta imperialia transtulerint nulla ratione divelli potest, quicquid imperiali decreto et iudicum firmis sententiis corroboratum est, quicumque destruere nititur reus maiestatis esse devincitur. et iccirco hanc brevem memoratoriam de prȩcepto supradicti imperatoris, et consensu domni apostolici sive iudicum, fecimus abbati Hugoni ex monasterio Sanctȩ Mariȩ quod dicitur in Pharpha, de cella Sanctȩ Mariȩ in Minione cum omnibus suis pertinentiis, quia ex iure regali ipsius monasterii esse convincitur, in ȩternum possideat. Karolus quidem sanctȩ memoriȩ imperator augustus in primis ipsam cellam de imperiali deditione eidem venerabili monasterio donaverat, suique successores corroboraverunt. postea vero abbas ipsius monasterii per emphiteusin cartulam delegavit cuidam abbati de monasterio Sanctorum Cosmȩ et Damiani, quod est situm Romȩ Transtyberim in Mica Aurea, in tribus abbatibus, diebus vitae illorum tantum, uno post alium succedente. qua vero

abbas eiusque successores tenuerunt ipsam cellam quiete, scilicet sub ipso imperatore et Hugone marchione per .XXXI. anni pene

cartula expleta, cęperunt abbates Sanctorum Cosmę et Damiani a iure et proprietate monasterii Sanctę Marię suptrahere et ad illorum monasterium destinare. qua de causa inter utrosque abbates grande litidium et seditio orta est. ad ultimum vero supradictus Hugo abbas monasterii Sanctę Marię reclamavit domno imperatori supradicto, ut exinde legem faceret. deinde pręcepit domnus imperator prędicto Hugoni abbati ire cum suis nuntiis ad Lateranense palatium ante pręsentiam domni Gregorii papę, qui illo in tempore erat, ut lex fieret. advocatusque est Gregorius abbas monasterii Sanctorum Cosmę et Damiani ad placitum. tunc ostensa sunt ibi pręcepta ex utraque parte atque relecta. et apparuerunt quę erant monasterii Sanctę Marię anteriora atque vęraciora. postea vero Gregorius abbas suprascripti monasterii Sanctorum Cosmę et Damiani ostendit unam falsissimam brevem refutatoriam ubi continebatur quod Iohannes abbas antecessor Hugonis abbatis monasterii Sanctę Marię refutasset eandem cellam temporibus beatę memorię domni Ottonis primi imperatoris, quod omnino falsum est. tunc Hugo abbas prę manibus tenebat capitulum, quod idem Otto imperator fecerat, de cartulis falsis, ubi continebatur: « Si quis aliquam cartulam falsam « appellaverit, et per pugnam eam approbare « voluerit, ut ita discernatur ». quod et Hugo abbas una cum suo advocato voluit facere secundum suam Langobardorum legem. sed hi qui ex parte Gregorii abbatis erant, neque pugnam voluerunt recipere, neque ipsum brevem ad manus collationis perducere, sicuti lex pręcipit romana. tunc supradictus domnus Gregorius papa, propter pecuniam quam acceperat a Gregorio abbate, iratus est contra Hugonem abbatem et surrexit et comprehendit eum et posuit ei suam virgam in manu, ut refutaret ipsam cellam. unde Hugo abbas cępit fortiter reproclamare et dicere: « O « domne papa, quare michi hanc violentiam « facis? » tunc ipse iterum atque iterum refutare tantum cogebat. quod et fecit Hugo abbas potestate devictus. insuper tres cartulas ei tulit, et abbati Gregorio dedit incidendas. statim Hugo abbas reversus ad imperatorem cępit iterum proclamare, et narravit omnia qualiter ei accidit. tunc domnus imperator promisit se iterum exinde legem facturum. sed casu accidente dilatatum est. eodem pręsenti anno christianissimus imperator Otto cum domno papa Silvestro et cum Hugone marchione ad eundem monasterium Sanctę Marię in Pharpha pervenit. tunc prędictus Hugo abbas venit in pręsentiam imperatoris et papę cum pręceptis supradictorum regum Karoli et Hludovici cęterorumque ordine regum. imperator vero suprascriptus nec non et domnus papa, iustitia et legali iudicio commoti, iusserunt eidem abbati venire Romam ut, quid inde acturi essent, iudicum sententia diffiniret. quod ita factum est. abbas autem ille Gregorius imperialibus nuntiis ad placitum provocatus, prius per Iohannem diaconum Ravennatis ęcclesię duabus vicibus, et per Iohannem pręfectum similiter duabus vicibus. sed ille sciens nil se iustum habere, fuga lapsus est. tunc imperator per consilium iudicum investivit Hugonem abbatem de pręfata cella, salva quęrela, et dedit eum in manus Hugonis marchionis, ut simul cum ipso pergeret ad ipsam cellam et si ibi Gregorium abbatem invenirent, simul reverterentur ad placitum. euntibus autem, invenerunt ibi Gregorium abbatem, cui domnus Hugo marchio ex parte imperatoris pręcepit, si suam gratiam vellet habere, iret Romam ad placitum. quod se promisit libenter facturum. tunc prędictus Hugo abbas ad statutum terminum venit ad placitum. sed ille iterum venire renuit. de qua causa domnus imperator cogitare cępit, et iterum atque iterum per suos nuntios usque duodecim vices vocavit ad placitum. ille autem tot vicibus vocatus numquam venit sed in fugam conversus est. quadam vero die, dum resideret domnus Otto imperator in palatio, venit supradictus Hugo abbas ante suam pręsentiam, prostratusque ad pedes eius cępit fortiter proclamare. et residentibus ibi cum eo domno Leone archiępiscopo sanctę Ravęnnatis ęcclesię, et Gaudentio archiępiscopo Sancti Adelberti, et Benedicto ępiscopo sanctę Portuensis ęcclesię, Letone et Iohanne pręfecto dativis iudicibus, Paulo eodem dativo iudice, Gerardo gratia Dei inclito comite atque imperialis militię magistro, Gregorio excellentissimo viro qui vocatur de Tusculana atque pręfecto navali, Gregorio viro clarissimo qui vocatur Miccinus atque vestarario sacri palatii, Alberico filio Gregorii atque imperialis palatii magistro, Farolfo a Sancto Eustathio, Teufredo et Benedicto castaldiis Hugonis marchionis, cęterisque aliis residentibus vel astantibus, quorum singula nomina enarrare longum est. tunc ait domnus Otto imperator illis omnibus: « Date michi consilium de hoc quid faciendum « sit ». respondentes iudices dixerunt: « Se« cundum legem, modo investituram perpe« tualem dare debetis huic abbati, et omnia « illa instrumenta cartarum quę ille Grego-

curricula (1). quibus mortuis, invasit eam Cadulus comes, sed cito emendavit. deinde sub domno Heinrico imperatore, qui reconfirmavit eam huic monasterio per suum prçceptum, ac sub Rainerio marchione. sed neque Romani pontifices, quibus pertinet monasterium ipsum Sanctorum Cosmç et Damiani, et ibi 5

«rius habet de suprascripta cella evacuare «atque exinanire. quia Iustinianus imperator «prçcipit: "Contumacem tertia vice voca«tum, datum iudicatum firmum est." item, «in alio loco idem imperator dicit: "Litiga«tor si se suptraxerit, et tertio acclamatus non «apparuerit, inter absentes iudicium datum «firmum est"». his vero duabus sententiis expletis atque affirmatis, placuit domno Ottoni serenissimo imperatori augusto et illis omnibus vçrum, quia experto et approbato a iudicio iudicum et consilio illorum omnium, quod monasterium Sanctç Mariç in Pharpha ipsam cellam Sanctç Mariç de Minione cum omnibus suis pertinentiis possidere deberet in perpetuum, et monasterio Sanctorum Cosmç et Damiani nichil pertineret. et continuo reinvestivit Hugonem abbatem suosque successores de suprascripta cella cum suis omnibus pertinentiis in perpetuum. insuper et imperiale bannum super imposuit, ut si unquam in tempore prçdictus Gregorius abbas suique successores de prçdicta cella aliqua quçrimonia removere aut replicare adversus monasterium Sanctç Mariç prçsumpserit, aut ipsa instrumenta superius damnata in placito ostendere voluerit, centum quinquaginta libras auri cocti componat. sive potestas quç cogere voluerit, aut iudex qui iudicare vel ipsas cartulas damnaticias laudare maluerit, non solum ipsi, sed omnis persona magna vel parva quç hoc facere prçsumuerit, similiter multetur, medietatem camerç imperatoris et medietatem prçdicto monasterio Sanctç Mariç in Pharpha. sic namque finitum est. unde pro futura memoria futuroque testimonio et cautela, hanc brevem memoratoriam prçdictus domnus imperator, cum consensu domni nostri apostolici sive iudicum, michi Petro scriniario sanctç Romane Ecclesiç scribere prçcepit. in mense decembris, indictione suprascripta .xiii. ✝ Otto Romanorum Dei gratia imperator augustus. ✝ Leo sanctç Ravennatis çcclesiç archiepiscopus interfui et subscripsi. ✝ Arnolfus ..... çcclesiç çpiscopus interfui et subscripsi. ✝ Gaudentius archiçpiscopus Sancti Adelberti martyris interfui et subscripsi. ✝ Iohannes prçfectus. ✝ Leo Domini gratia archarius sanctç apostolicç Sedis. ✝ Adrianus dativus iudex. ✝ Paulus Domini gratia dativus iudex. ✝ Hugo marchio. ✝ Lçtus Domini gratia dativus iudex. ✝ Girardus consul et dux. ✝ Ego Petrus scriniarius sanctç Romanç (*) qui supra scriptor huius cartulç, post testium subscriptiones et traditiones suprascriptas, complevi et absolvi.

(1) Infatti l'abbate Ugo nel decembre 1002 ordinò Graziano abbate del monastero di S. Maria di Minione da conservarsi nei diritti e nella proprietà del monastero di Farfa. Riferisco il documento del *Largitorio* (c. CCCLXIII A) relativo a questa ordinazione:

Gratianus abbas per iussionem domini Hugonis abbatis huius monasterii ordinatus est abbas in monasterio Sanctç Mariç de Minione territorio Tuscanensi quod pertinet huic monasterio Sanctç Mariç Farfensi, et concessit ei prçdictus domnus Hugo abbas prçfatum monasterium de Minione diebus vitç eius cum omnibus ipsius pertinentiis, et in toto comitatu Tuscanensi et Centumcellensi ad ius et proprietatem huius monasterii Sanctç Mariç Farfensis conservandum, gubernandum et regularem ordinem faciendum. pensione solidorum .xx. et promisit prçdictus Gratianus abbas, ut si ipsum monasterium Sanctç Mariç de Minione a iure et proprietate huius monasterii Sanctç Mariç de Farfa suptrahere voluerit, et ipsam obçdientiam prçfato domno Hugoni abbati eiusque successoribus et missis nostris facere noluerit, aut pensionem per omnes annos non dederit, componat huic monasterio Sanctç Mariç de Farfa auri libras .xx. actum temporibus Silvestri papç anno .iiii., mense decembris, indictione .i.

Segue a questo nel *Largitorio* un altro documento, pressochè identico, in data dell'ottobre 1003 (c. CCCLXIII B), che ripete le stesse cose, salvochè alla concessione delle pertinenze nei comitati Tuscanense e Centocellense aggiunge quelle « in castello Corgniti « et in civitate Orcle », e pone come pena di composizione sessanta invece che venti libbre d'oro.

(*) Romanç] *Così nel testo.*

iuxta habent civitatem Centumcellensem, aliquam unquam molestiam abbatibus monasterii Sanctę Marię de ipsa cella fecerunt [1].

Incipit preceptum domni Ottonis imperatoris.

An. 999.
L'imperatore Ottone III riconosce e conferma i diritti del monastero sulla cella di S. Maria in Minione.
c. 200 A

[In nomine sanctę et individuę Trinitatis.] Otto superna favente clęmentia Romanorum imperator augustus. si ęcclesias Dei sanctorumque eius restaurare studuerimus, divinitus [nos] remunerari credimus. unde omnium fidelium nostrorum pręsentium atque futurorum noverit universitas,‖ qualiter Hugo monasterii quod dicitur in Pharpha venerandę genitricis Dei ac virginis Marię venerabilis abbas, nostram adiens clęmentiam, legem vęram quęsivit de cella Sanctę Marię in Minione, quam Karolus, Hludovicus et cęteri nostri antecessores coimperatores per eorum pręcepta eidem monasterio tradiderunt et confirmaverunt, quę sita est in territorio Tuscano. cumque ipsum pręfatum monasterium eiusque abbates per innumerabiles annos eandem cellam tenuissent, quidam abbas pręfuit dispersor monasterii, qui memoratam cellam cuidam abbati de Sancto Cosma et Damiano in urbe Roma per scriptum trium personarum tradidit et concessit. quo vero scripto legaliter expleto, cęperunt abbates pręlibatam cellam suptrahere monasterio Sanctę Marię. unde inter utrosque abbates orta est contentio. ambobus autem missis abbatibus ad Gregorium papam, ex utraque parte ostensa sunt pręcepta. et apparuerunt, quę abbatis monasterii Sanctę Marię in Pharpha fuerunt, antiquiora et vęraciora. et Gregorius abbas unam falsissimam refutationis cartam ostendit, quod et abbas Hugo per pugnam discernere voluit. Gregorius autem papa extra legem cum sua virtute fecit Hugonem abbatem eandem cellam refutare. iterum autem sępedictus Hugo abbas adiit nostram clęmentiam, et omnia quę acta fuerunt in nostra enarravit pręsentia. nos vero cognoscentes iniuste ea diffinita sic esse, iterum inde legem fieri pręcepimus. abbas quoque Gregorius nostris nuntiis‖ ad placitum provocatus, prius per Iohannem Ravennatis ęcclesię diaconum, postea per Iohannem pręfectum iterum iterumque vocatus usque duodecim vices. sed ipse nostris nuntiis toties spretis, iniusta cognoscens facta, fuga lapsus est. postea autem per iudicum sententiam et per nostrorum fidelium quamplurium consilium, abbatem prędictum Hugonem de ipsa cella Sanctę Marię in Minione revestivimus in perpetuum, et per hanc nostram imperialem et pręceptalem paginam confirmamus ipsam cellam cum omnibus pertinentiis monasterio et eius abbati Hugoni, quod dicitur Sanctę Marię in Pharpha. omniaque scripta de eadem cella facta monasterio

c. 200 B

4. Le parole tra parentesi quadrate mancano nel testo del Chronicon e si suppliscono togliendole dal Regesto.

(1) La contesa tra il monastero dei Ss. Cosma e Damiano e quello di Farfa, vedremo che si riaccese più tardi essendo abbate Berardo I, ma fu definita negli anni 1072 e 1073 a favore dei Farfensi.

curricula [1]. quibus mortuis, invasit eam Cadulus comes, sed cito emendavit. deinde sub domno Heinrico imperatore, qui reconfirmavit eam huic monasterio per suum pręceptum, ac sub Rainerio marchione. sed neque Romani pontifices, quibus pertinet monasterium ipsum Sanctorum Cosmę et Damiani, et ibi 5

« rius habet de suprascripta cella evacuare « atque exinanire. quia Iustinianus imperator « pręcipit: "Contumacem tertia vice voca- « tum, datum iudicatum firmum est." item, « in alio loco idem imperator dicit: "Litiga- « tor si se suptraxerit, et tertio acclamatus non « apparuerit, inter absentes iudicium datum « firmum est" ». his vero duabus sententiis expletis atque affirmatis, placuit domno Ottoni serenissimo imperatori augusto et illis omnibus vęrum, quia experto et approbato a iudicio iudicum et consilio illorum omnium, quod monasterium Sanctę Marię in Pharpha ipsam cellam Sanctę Marię de Minione cum omnibus suis pertinentiis possidere deberet in perpetuum, et monasterio Sanctorum Cosmę et Damiani nichil pertineret. et continuo reinvestivit Hugonem abbatem suosque successores de suprascripta cella cum suis omnibus pertinentiis in perpetuum. insuper et imperiale bannum super imposuit, ut si unquam in tempore prędictus Gregorius abbas suique successores de prędicta cella aliqua quęrimonia removere aut replicare adversus monasterium Sanctę Marię pręsumpserit, aut ipsa instrumenta superius damnata in placito ostendere voluerit, centum quinquaginta libras auri cocti componat. sive potestas quę cogere voluerit, aut iudex qui iudicare vel ipsas cartulas damnaticias laudare maluerit, non solum ipsi, sed omnis persona magna vel parva quę hoc facere pręsumuerit, similiter multetur, medietatem camerę imperatoris et medietatem prędicto monasterio Sanctę Marię in Pharpha. sic namque finitum est. unde pro futura memoria futuroque testimonio et cautela, hanc brevem memoratoriam prędictus domnus imperator, cum consensu domni nostri apostolici sive iudicum, michi Petro scriniario sanctę Romane Ecclesię scribere pręcepit. in mense decembris, indictione suprascripta .xiii. + Otto Romanorum Dei gratia imperator augustus. + Leo sanctę Ravennatis ęcclesię archiepiscopus interfui et subscripsi. + Arnolfus ..... ęcclesię ępiscopus interfui et subscripsi. + Gaudentius archiępiscopus Sancti Adelberti martyris interfui et subscripsi. + Iohannes pręfectus. + Leo Domini gratia archarius sanctę apostolicę Sedis. + Adrianus dativus iudex. + Paulus Domini gratia dativus iudex. + Hugo marchio. + Lętus Domini gratia dativus iudex. + Girardus consul et dux. + Ego Petrus scriniarius sanctę Romanę (*) qui supra scriptor huius cartulę, post testium subscriptiones et traditiones suprascriptas, complevi et absolvi.

(1) Infatti l'abbate Ugo nel decembre 1002 ordinò Graziano abbate del monastero di S. Maria di Minione da conservarsi nei diritti e nella proprietà del monastero di Farfa. Riferisco il documento del *Largitorio* (c. CCCLXIII A) relativo a questa ordinazione:

Gratianus abbas per iussionem domini Hugonis abbatis huius monasterii ordinatus est abbas in monasterio Sanctę Marię de Minione territorio Tuscanensi quod pertinet huic monasterio Sanctę Marię Farfensi, et concessit ei prędictus domnus Hugo abbas pręfatum monasterium de Minione diebus vitę eius cum omnibus ipsius pertinentiis, et in toto comitatu Tuscanensi et Centumcellensi ad ius et proprietatem huius monasterii Sanctę Marię Farfensis conservandum, gubernandum et regularem ordinem faciendum. pensione solidorum .xx. et promisit prędictus Gratianus abbas, ut si ipsum monasterium Sanctę Marię de Minione a iure et proprietate huius monasterii Sanctę Marię de Farfa suptrahere voluerit, et ipsam obędientiam pręfato domno Hugoni abbati eiusque successoribus et missis nostris facere noluerit, aut pensionem per omnes annos non dederit, componat huic monasterio Sanctę Marię de Farfa auri libras .xx. actum temporibus Silvestri papę anno .iiii., mense decembris, indictione .i.

Segue a questo nel *Largitorio* un altro documento, pressochè identico, in data dell'ottobre 1003 (c. CCCLXIII B), che ripete le stesse cose, salvochè alla concessione delle pertinenze nei comitati Tuscanense e Centocellense aggiunge quelle « in castello Corgniti « et in civitate Orcle », e pone come pena di composizione sessanta invece che venti libbre d'oro.

(*) Romanę] *Così nel testo.*

iuxta habent civitatem Centumcellensem, aliquam unquam molestiam abbatibus monasterii Sanctę Marię de ipsa cella fecerunt (1).
Incipit preceptum domni Ottonis imperatoris.

An. 999. L'imperatore Ottone III riconosce e conferma i diritti del monastero sulla cella di S. Maria in Minione. c. 200 A

[In nomine sanctę et individuę Trinitatis.] Otto superna favente clęmentia Romanorum imperator augustus. si ęcclesias Dei sanctorumque eius restaurare studuerimus, divinitus [nos] remunerari credimus. unde omnium fidelium nostrorum pręsentium atque futurorum noverit universitas,‖qualiter Hugo monasterii quod dicitur in Pharpha venerandę genitricis Dei ac virginis Marię venerabilis abbas, nostram adiens clęmentiam, legem vęram quęsivit de cella Sanctę Marię in Minione, quam Karolus, Hludovicus et cęteri nostri antecessores coimperatores per eorum pręcepta eidem monasterio tradiderunt et confirmaverunt, quę sita est in territorio Tuscano. cumque ipsum pręfatum monasterium eiusque abbates per innumerabiles annos eandem cellam tenuissent, quidam abbas pręfuit dispersor monasterii, qui memoratam cellam cuidam abbati de Sancto Cosma et Damiano in urbe Roma per scriptum trium personarum tradidit et concessit. quo vero scripto legaliter expleto, cęperunt abbates pręlibatam cellam suptrahere monasterio Sanctę Marię. unde inter utrosque abbates orta est contentio. ambobus autem missis abbatibus ad Gregorium papam, ex utraque parte ostensa sunt pręcepta. et apparuerunt, quę abbatis monasterii Sanctę Marię in Pharpha fuerunt, antiquiora et vęraciora. et Gregorius abbas unam falsissimam refutationis cartam ostendit, quod et abbas Hugo per pugnam discernere voluit. Gregorius autem papa extra legem cum sua virtute fecit Hugonem abbatem eandem cellam refutare. iterum autem sępedictus Hugo abbas adiit nostram clęmentiam, et omnia quę acta fuerunt in nostra enarravit pręsentia. nos vero cognoscentes iniuste ea diffinita sic esse, iterum inde legem fieri pręcepimus. abbas quoque Gregorius nostris nuntiis‖ad placitum provocatus, prius per Iohannem Ravennatis ęcclesię diaconum, postea per Iohannem pręfectum iterum iterumque vocatus usque duodecim vices. sed ipse nostris nuntiis toties spretis, iniusta cognoscens facta, fuga lapsus est. postea autem per iudicum sententiam et per nostrorum fidelium quamplurium consilium, abbatem prędictum Hugonem de ipsa cella Sanctę Marię in Minione revestivimus in perpetuum, et per hanc nostram imperialem et pręceptalem paginam confirmamus ipsam cellam cum omnibus pertinentiis monasterio et eius abbati Hugoni, quod dicitur Sanctę Marię in Pharpha. omniaque scripta de eadem cella facta monasterio

c. 200 B

4. *Le parole tra parentesi quadrate mancano nel testo del Chronicon e si suppliscono togliendole dal Regesto.*

(1) La contesa tra il monastero dei Ss. Cosma e Damiano e quello di Farfa, vedremo che si riaccese più tardi essendo abbate Berardo I, ma fu definita negli anni 1072 e 1073 a favore dei Farfensi.

Sanctorum martyrum Cosmę et Damiani sint annullata et in perpetuum exinanita, ac monasterium Sanctę Marię ipsam teneat cum omnibus pertinentiis quę ab antiquis temporibus illi pertinere visa sunt, et quę noviter homines per cartulas illuc contulerunt aut per libellaria in toto territorio Tuscano aut Centumcellensi. si quis vero dux, marchio, comes, vicecomes, iudex aut aliquis homo magnus sive parvus monasterium Sanctę Marię de eadem cella disvestierit aut aliam legem eidem monasterio nocuam inde fecerit, sciat se compositurum auri cocti libras .cc., medietatem camerę nostrę ac medietatem prȩfato monasterio suisque rectoribus in perpetuum. quod ut vȩrius credatur ab omnibus, hanc paginam supter manu propria corroborantes sigillari prȩcepimus. signum domni Ottonis Cȩsaris invicti. Heribertus cancellarius vice Petri Cumani ȩpiscopi recognovit. ‖ datum .III. nonas decembris, anno dominicę incarnationis .DCCCCXCVIIII., indictione .XIII., anno domni Ottonis regnantis .XVI., imperii .IIII. actum Romę, feliciter, [amen] (1).

c. 201 A

Anno vero pontificatus domni Gregorii quinti papę secundo, imperii autem domni Ottonis imperatoris similiter secundo, prȩsbyteri ȩcclesię Sancti Eustathii sitę in Platana reclamaverunt ad domnum Gregorium papam et imperatorem Ottonem residentes in basilica Beati Petri apostoli super Hugonem abbatem huius monasterii, dicentes quod contenderet eis duas ȩcclesias Sanctę Marię et Sancti Benedicti ȩdificatas in Thermis Alexandrinis cum casis, criptis, hortis, terris cultis et incultis, areis, columnis et oratorio Salvatoris infra se, vel omnibus earum pertinentiis, sitas Rome regione nona (2). casu autem accidente, affuit ibi Hugo

3. *Nel testo* illo *con una virgoletta sopra la* o

(1) *R. F.* doc. 438.

(2) An. 998; *R. F.* doc. 426. Anche in questo caso la grande importanza storica del placito m' induce a seguir l'esempio del Muratori e a pubblicarlo per intero testualmente come si legge nel *Regesto*.

In nomine domini Dei salvatoris nostri Ihesu Christi. anno pontificatus domni Gregorii summi pontificis et universalis V papę, in sacratissima sede beati Petri apostoli secundo, imperii autem domni Ottonis invictissimi imperatoris similiter .II., indictione .XI., mense aprilis, die .IIII. ad laudem omnipotentis Dei et salvatoris nostri Ihesu Christi simulque beatę et superexaltatę Dei genitricis virginis Marię, ac decreto iudicum, et per imperialem prȩceptionem, breve commemoratorium factum, qualiter orta est contentio inter prȩsbiteros ȩcclesię Sancti Eustathii, quę sita est in Platana, qui reclamaverunt ad domnum Gregorium papam et imperatorem Ottonem, dum residerent in basilica Beati Petri apostoli. tunc factus concursus populorum clamantium ut legem acciperent. inter quos fuerunt prȩsbiteri prȩdictę ȩcclesię, videlicet Petrus prȩsbiter secundus, Iohannes prȩsbiter tertius, Albinus prȩsbiter .IIII., Eustathius prȩsbiter, Benedictus prȩsbiter decastorius, (*) et cum eis cuncta illorum congregatio insimul commorans proclamabant quȩrimonii causa, atque dicebant: « Piissime imperator et omnium augustorum auguste, supplicamus tuam clȩmentiam, ut legem habeamus de Hugone

(*) decastorius] *Così nel testo.*

prędictus abbas. qui iussus ad ipsum placitum venit, et inquisitus respondit: « Rogo vos, date michi indutias, quia neque iu« dices habeo neque advocatum ». tunc voluerunt ei dare ro-

« abbate monasterii Sanctę Marię quod situm « est in Sabinis in monte Acutiano et iuxta « flumen Pharpham, qui contendit nobis duas « ęcclesias Sanctę Marię et Sancti Benedicti, « quę sunt ędificatę in Thermis Alexandrinis, « cum casis, criptis, hortis, terris cultis et in« cultis, areis, columnis et oratorio Salvatoris « infra se, vel cum omnibus ad eas pertinen« tibus, sitas Romę regione nona in prędictis « Thermis Alexandrinis, sicuti reiacere vi« dentur inter hos fines: ab uno latere curtis « et cripta quam detinet Lambertus filius Al« donis, et criptę quas detinent hęredes Inge« baldi et Azonis, ab alio latere cripta quam « detinet Theofilactus Neapolitanus cum ne« potibus suis, sicuti definitum est per muros « et columnas, a .III. latere hortus quem de« tinent hęredes de Bonizo et monasterium « Sancti Andreę quod situm est in monte So« racte, a .IIII. latere via publica ». inter hanc reclamationem, casu accidente, affuit Hugo prędictus venerabilis abbas in basilica Beati Petri apostoli. ipsa hora residebat in iudicio domnus Leo archidiaconus sacri imperii palatii ex parte domni imperatoris una cum Iohanne urbis Romę pręfecto et iudicibus romanis, Gregorio primo defensore, Leone arcario, Atrocio, Petro, Paulo dativis iudicibus ex parte domni papę. tunc statim fecerunt venire Hugonem abbatem in iudicio, cui et dixit prędictus domnus Leo archidiaconus: « Volo ut respondeas istis pręsbiteris qui quę« rimonium habent super te ». ille autem respondit: « Nescio de qua causa ». et domnus Leo: « De duabus ęcclesiis cum casis et cellis « suis, quas habes in Thermis Alexandrinis ». etiam dictus abbas: « Rogo vos, date michi « indutias, quia modo non sum paratus ad « legem, neque iudices meos habeo, neque « advocatum ». et contra ille: « Nequaquam, « sed dabo tibi advocatum qui pro te respon« deat ». et abbas: « Volo scire si dederis « michi advocatum romanum aut langobar« dum ». et ille: « Romanum dabo tibi ». et abbas: « Nolit Deus ut res nostri monasterii « aliquando sub lege romana vixisset, sed sub « lege langobarda, propterea nolo romanum « advocatum ». et ille: « Velis, nolis, legem « romanam habes facere ». at contradicebat abbas nullatenus se facturum, nisi ex ore domni imperatoris audisset. in tali autem altercatione, prędictus domnus Leo manibus suis eum comprehendit per cucullam, et iuxta se sedere fecit. cui et dixit: « Hodie non exies « de isto placito, nisi legem feceris ». et iterum abbas: « Ego non contradico legem, sed, « si permiseris, guadimonium tibi dabo iuxta « meam legem, donec vadam ad meum mo« nasterium et revertar cum advocato simul « et iudicibus ». tunc iussu domni imperatoris data est ei indutia a tertia feria usque in .VI. feriam. et abiit domnus abbas et reversus est .VI. feria, sicuti promiserat, cum suo advocato et iudicibus. venientes autem ante fores basilicę Beati Petri apostoli ad Sanctam Mariam in Turri, ubi iudicium datum erat, tunc cępit dicere domnus abbas: « Ecce « parati sumus legem facere sicuti promisi« mus ». respondit domnus Leo prudentissimus archidiaconus, una cum Ropperto venerabili et laudabili diacono et oblationario sanctę et apostolicę Sedis, simulque domno Iohanne urbis Romę pręfecto, et legum latoribus iudicibus, et dixit: « Volumus scire si per legem « romanam aut langobardam vultis defendi ». tunc respondit Hubertus dativus iudex et advocatus ipsius monasterii: « Secundum le« gem langobardam volumus nos defendere, « quia per centum et eo amplius annos res « nostri monasterii per legem langobardam « defensata est, et pręcepta regalia exinde ha« bemus. sed si placet domno imperatori « aliter fieri, non possumus contradicere ». ad hęc domnus Leo dixit iudicibus romanis: « Quid vobis videtur de hoc? » illi autem responderunt: « Certe ista res nobis in dubio « est, sed in providentia sit domni imperato« ris ». tunc surrexit domnus Leo, et abiit ad imperatorem, et narravit ei omnia quę facta sunt, et petiit ab eo consilio, quomodo vel qualiter ei placuisset. tunc dixit ei imperator: « Revertere ad iudicium, et interroga ab« batem et advocatum eius, si possunt probare « per scripta aut per sacramentum aut per « testimonia quod monasterium ipsum sub « lege Langobardorum defensatum fuisset, et « ego nullatenus a sua lege eum suptraho ». et reversus in iudicium interrogavit eundem abbatem et advocatum eius, quid de hoc dicerent. at illi ostenderunt confirmationem factam a Hlothario imperatore, ubi continebatur quomodo diffinitum est ante pręsentiam prędicti imperatoris, et domni Paschalis papę, quod idem monasterium sub lege Langobardorum vivere deberet, et sub tali privilegio esse deberet sicut cętera monasteria infra regna Francorum constituta sunt, idest Luxoviensium, Lyrinensium et Agaunensium, et pontificem Romanum nullum dominium in iure ipsius monasterii haberet, excepta consecratione. e con-

Sanctorum martyrum Cosmę et Damiani sint annullata et in perpetuum exinanita, ac monasterium Sanctę Marię ipsam teneat cum omnibus pertinentiis quę ab antiquis temporibus illi pertinere visa sunt, et quę noviter homines per cartulas illuc contulerunt aut per libellaria in toto territorio Tuscano aut Centumcellensi. si quis vero dux, marchio, comes, vicecomes, iudex aut aliquis homo magnus sive parvus monasterium Sanctę Marię de eadem cella disvestierit aut aliam legem eidem monasterio nocuam inde fecerit, sciat se compositurum auri cocti libras .cc., medietatem camerę nostrę ac medietatem pręfato monasterio suisque rectoribus in perpetuum. quod ut vęrius credatur ab omnibus, hanc paginam supter manu propria corroborantes sigillari pręcepimus. signum domni Ottonis Cęsaris invicti. Heribertus cancellarius vice Petri Cumani ępiscopi recognovit. ‖datum .III. nonas decembris, anno dominicę incarnationis .DCCCCXCVIIII., indictione .XIII., anno domni Ottonis regnantis .XVI., imperii .IIII. actum Romę, feliciter, [amen] (1).

c. 201 A

Anno vero pontificatus domni Gregorii quinti papę secundo, imperii autem domni Ottonis imperatoris similiter secundo, pręsbyteri ęcçlesię Sancti Eustathii sitę in Platana reclamaverunt ad domnum Gregorium papam et imperatorem Ottonem residentes in basilica Beati Petri apostoli super Hugonem abbatem huius monasterii, dicentes quod contenderet eis duas ęcclesias Sanctę Marię et Sancti Benedicti ędificatas in Thermis Alexandrinis cum casis, criptis, hortis, terris cultis et incultis, areis, columnis et oratorio Salvatoris infra se, vel omnibus earum pertinentiis, sitas Rome regione nona (2). casu autem accidente, affuit ibi Hugo

3. *Nel testo* illo *con una virgoletta sopra la* o

(1) *R. F.* doc. 438.

(2) An. 998; *R. F.* doc. 426. Anche in questo caso la grande importanza storica del placito m' induce a seguir l'esempio del Muratori e a pubblicarlo per intero testualmente come si legge nel *Regesto*.

In nomine domini Dei salvatoris nostri Ihesu Christi. anno pontificatus domni Gregorii summi pontificis et universalis V papę, in sacratissima sede beati Petri apostoli secundo, imperii autem domni Ottonis invictissimi imperatoris similiter .II., indictione .XI., mense aprilis, die .III. ad laudem omnipotentis Dei et salvatoris nostri Ihesu Christi simulque beatę et superexaltatę Dei genitricis virginis Marię, ac decreto iudicum, et per imperialem pręceptionem, breve commemoratorium factum, qualiter orta est contentio inter pręsbiteros ęcclesię Sancti Eustathii, quę sita est in Platana, qui reclamaverunt ad domnum Gregorium papam et imperatorem Ottonem, dum residerent in basilica Beati Petri apostoli. tunc factus concursus populorum clamantium ut legem acciperent. inter quos fuerunt pręsbiteri prędictę ęcclesię, videlicet Petrus pręsbiter secundus, Iohannes pręsbiter tertius, Albinus pręsbiter .IIII., Eustathius pręsbiter, Benedictus pręsbiter decastorius, (*) et cum eis cuncta illorum congregatio insimul commorans proclamabant quęrimonii causa, atque dicebant: « Piissime imperator et omnium au« gustorum auguste, supplicamus tuam clę« mentiam, ut legem habeamus de Hugone

(*) decastorius] *Così nel testo.*

prędictus abbas. qui iussus ad ipsum placitum venit, et inquisitus respondit: « Rogo vos, date michi indutias, quia neque iu-« dices habeo neque advocatum ». tunc voluerunt ei dare ro-

« abbate monasterii Sanctę Marię quod situm « est in Sabinis in monte Acutiano et iuxta « flumen Pharpham, qui contendit nobis duas « ęcclesias Sanctę Marię et Sancti Benedicti, « quę sunt ędificatę in Thermis Alexandrinis, « cum casis, criptis, hortis, terris cultis et in-« cultis, areis, columnis et oratorio Salvatoris « infra se, vel cum omnibus ad eas pertinen-« tibus, sitas Romę regione nona in prędictis « Thermis Alexandrinis, sicuti reiacere vi-« dentur inter hos fines: ab uno latere curtis « et cripta quam detinet Lambertus filius Al-« donis, et criptę quas detinent hęredes Inge-« baldi et Azonis, ab alio latere cripta quam « detinet Theofilactus Neapolitanus cum ne-« potibus suis, sicuti definitum est per muros « et columnas, a .III. latere hortus quem de-« tinent hęredes de Bonizo et monasterium « Sancti Andreę quod situm est in monte So-« racte, a .IIII. latere via publica ». inter hanc reclamationem, casu accidente, affuit Hugo prędictus venerabilis abbas in basilica Beati Petri apostoli. ipsa hora residebat in iudicio domnus Leo archidiaconus sacri imperii palatii ex parte domni imperatoris una cum Iohanne urbis Romę pręfecto et iudicibus romanis, Gregorio primo defensore, Leone arcario, Atrocio, Petro, Paulo dativis iudicibus ex parte domni papę. tunc statim fecerunt venire Hugonem abbatem in iudicio, cui et dixit prędictus domnus Leo archidiaconus: « Volo ut respondeas istis pręsbiteris qui quę-« rimonium habent super te ». ille autem respondit: « Nescio de qua causa ». et domnus Leo: « De duabus ęcclesiis cum casis et cellis « suis, quas habes in Thermis Alexandrinis ». etiam dictus abbas: « Rogo vos, date michi « indutias, quia modo non sum paratus ad « legem, neque iudices meos habeo, neque « advocatum ». et contra ille: « Nequaquam, « sed dabo tibi advocatum qui pro te respon-« deat ». et abbas: « Volo scire si dederis « michi advocatum romanum aut langobar-« dum ». et ille: « Romanum dabo tibi ». et abbas: « Nolit Deus ut res nostri monasterii « aliquando sub lege romana vixisset, sed sub « lege langobarda, propterea nolo romanum « advocatum ». et ille: « Velis, nolis, legem « romanam habes facere ». at contradicebat abbas nullatenus se facturum, nisi ex ore domni imperatoris audisset. in tali autem altercatione, prędictus domnus Leo manibus suis eum comprehendit per cucullam, et iuxta se sedere fecit. cui et dixit: « Hodie non exies « de isto placito, nisi legem feceris ». et iterum abbas: « Ego non contradico legem, sed, « si permiseris, guadimonium tibi dabo iuxta « meam legem, donec vadam ad meum mo-« nasterium et revertar cum advocato simul « et iudicibus ». tunc iussu domni imperatoris data est ei indutia a tertia feria usque in .VI. feriam. et abiit domnus abbas et reversus est .VI. feria, sicuti promiserat, cum suo advocato et iudicibus. venientes autem ante fores basilicę Beati Petri apostoli ad Sanctam Mariam in Turri, ubi iudicium datum erat, tunc cępit dicere domnus abbas: « Ecce « parati sumus legem facere sicuti promisi-« mus ». respondit domnus Leo prudentissimus archidiaconus, una cum Ropperto venerabili et laudabili diacono et oblationario sanctę et apostolicę Sedis, simulque domno Iohanne urbis Romę pręfecto, et legum latoribus iudicibus, et dixit: « Volumus scire si per legem « romanam aut langobardam vultis defendi ». tunc respondit Hubertus dativus iudex et advocatus ipsius monasterii: « Secundum le-« gem langobardam volumus nos defendere, « quia per centum et eo amplius annos res « nostri monasterii per legem langobardam « defensata est, et pręcepta regalia exinde ha-« bemus. sed si placet domno imperatori « aliter fieri, non possumus contradicere ». ad hęc domnus Leo dixit iudicibus romanis: « Quid vobis videtur de hoc? » illi autem responderunt: « Certe ista res nobis in dubio « est, sed in providentia sit domni imperato-« ris ». tunc surrexit domnus Leo, et abiit ad imperatorem, et narravit ei omnia quę facta sunt, et petiit ab eo consilio, quomodo vel qualiter ei placuisset. tunc dixit ei imperator: « Revertere ad iudicium, et interroga ab-« batem et advocatum eius, si possunt probare « per scripta aut per sacramentum aut per « testimonia quod monasterium ipsum sub « lege Langobardorum defensatum fuisset, et « ego nullatenus a sua lege eum suptraho ». et reversus in iudicium interrogavit eundem abbatem et advocatum eius, quid de hoc dicerent. at illi ostenderunt confirmationem factam a Hlothario imperatore, ubi continebatur quomodo diffinitum est ante pręsentiam prędicti imperatoris, et domni Paschalis papę, quod idem monasterium sub lege Langobardorum vivere deberet, et sub tali privilegio esse deberet sicut cętera monasteria infra regna Francorum constituta sunt, idest Luxoviensium, Lyrinensium et Agaunensium, et pontificem Romanum nullum dominium in iure ipsius monasterii haberet, excepta consecratione. e con-

manum advocatum. et abbas: « Res nostri monasterii sub lege « langobarda viguit, propterea nolo romanum advocatum ». et illi: « Velis, nolis, legem romanam facere habebis ». et hoc se abbas nullatenus facturum respondit nisi audisset ex ore domni

tra defensores prȩsbiterorum iam dictȩ ȩcclesiȩ Sancti Eustathii voluerunt reprobare supradictam confirmationem. tunc decrevit domnus Leo, qui ex parte domni imperatoris erat, ut si abbas per suum advocatum legem potuisset facere, quod neque per se neque per ullam submissam personam ipsa sua confirmatio falsata esset, stabilis permaneret. ad hȩc advocatus monasterii, iubente domno Leone, voluit sacramentum prȩbere cum suis sacramentalibus, quod scripta ipsa falsa non essent, et quod monasterium prȩdictum per ipsam confirmationem per centum et eo amplius annos se defensavit per legem Langobardorum. insuper per pugnam et per testimonia probare voluit. ad hȩc qui ex parte prȩsbiterorum erant hoc recipere noluerunt, quia dicebant quod non oporteret eis. ad hȩc domnus Leo: « Me oportet discernere et diffinire, et ad me « pertinet, qui ex parte imperatoris sum. modo « scio pro certo quod idem monasterium sem« per fuit sub tuitione regum, et per legem « Langobardorum defensatum est. modo quȩ« rite abbatem undecumque vultis, et per suum « advocatum vobis respondeat secundum suam « legem ». ad hȩc prȩsbiteri quȩsierunt advocatum qui pro eis quȩreret. et datus est eis Benedictus filius Stephani a Macello sub templo Marcelli. et proclamabat ita dicendo: « Ego quȩro Hugonem abbatem de duabus ȩc« clesiis cum casis et cellis suis et criptis, « pertinentibus ad ȩcclesiam Beati Eustathii, « unde ab anterioribus nostrorum prȩsbitero« rum carta tertii generis facta est anteriori« bus istius abbatis, in tribus personis, ad pen« sionem reddendam, et modo expleta est et « ipse abbas nobis contendit ». ad hȩc Ubertus advocatus respondit: « Istas ȩcclesias cum « casis suis, cellis et criptis, unde tu Hugo« nem abbatem quȩsisti, per quadraginta annos « ipsum monasterium possedit ad proprie« tatem ». ad hoc advocatus prȩsbiterorum respondit: « Volo ut dicas si absque pen« sione tenuit ». ille autem respondit: « Mea « lex non prȩcipit ut aliter dicam, nisi quod « iam dixi ». et statim ostendit capitulum, ubi continebatur quod de pensione non debet respondere secundum suam legem sed de possessione. deinde indutiatum est usque ad alteram diem. veniente autem die sabbati, iterum in iudicium affuerunt, et quȩrimonium fecit advocatus prȩsbiterorum, sicuti prius fecerat, eadem verba repetendo. et advocatus abbatis respondit sicut et antea fecerat. in tali pacto prȩsbiteri cȩperunt accusare advocatum monasterii ad domnum Leonem, quod fallax esset. tunc domnus Leo considerare cȩpit intra se, quid de hoc faceret, acceptoque bono consilio, eo quod essent ibi alii iudices langobardi, prȩter ipsum advocatum, ut posset veritatem discernere inter fallaciam, fecit eum iurare per .IIII. evangelia, ut ex illa hora et deinceps vȩrum iudicium iudicaret. tunc fecit eum sedere in iudicio, ut iudicaret secundum suam legem de hoc. ad hoc abbas contristatus aiebat: « Domne, quare hoc fe« cisti? tulisti advocatum meum, modo pro « me quis respondet? » et ille: « Ego dabo « tibi alium advocatum pro eo ». tunc prȩcepit Petro filio Rainerii de comitatu Reatino, qui ex parte ipsius monasterii erat, ut ipse advocatus fieret. ad hȩc abbas: « Domne, iste advo« catus nescit respondere pro me». et domnus Leo: « Ego do licentiam priori advocato tuo, « ut eum instruat qualiter respondeat ». in tali altercatione dixit domnus Leo iudicibus romanis: « Quid vobis videtur de hoc? » et illi: « Ecce quȩrimonium diffinitum est. tan« tum iudex Hubertus, qui est langobardus, « diffiniat, quia nobis non pertinet de hoc iu« dicium dare ». et domnus Leo prȩcepit Huberto, ut iudicaret. tunc Hubertus dixit: « Ego non iudico nisi quod scriptum in ma« nibus teneo ». et statim ostendit capitulum ubi continebatur quod sancta et venerabilia loca secundum legem langobardam per quadraginta annos possunt per sacramentum probare suam possessionem, et nullum aliud iudicium dedit prȩdicto abbati, nisi ut iuraret suus advocatus cum sacramentalibus suis quod prȩdictȩ ȩcclesiȩ cum pertinentiis suis possessȩ essent per quadraginta annorum curricula a suo monasterio ad proprium. tunc domnus Leo dixit iudicibus romanis: « Quid « vobis videtur? » at illi omnes unanimiter affirmarunt quod rectum iudicavit secundum suam legem. ad hȩc advocatus prȩparatus fuit cum suis sacramentalibus, et volebat iudicare. at contra advocatus prȩsbiterorum: « Ego tibi « dabo testimonia quod infra ista annorum « curricula pensionem a vestro monasterio ac« cepimus ». et Hubertus iudex: « Nostra lex « non prȩcipit, ut advocatus domni abbatis de « pensione respondeat, nisi ut possessionem « probet. ego non iudico ut aliud faciat prȩ« dictus abbas, sed si placet domno Leoni et

imperatoris. tunc per cucullam apprehensus ibidem sedit coactus. iussu autem domni imperatoris indutias accepit a tertia feria usque in sextam feriam. abiens autem abbas, die quo ‖ iussus est cum advocato et iudicibus reversus est. interrogatus autem per quam

c. 201 B

« iudicibus, ut dent prȩsbiteri testimonia qui « probent quod pensionem accepisset ipsa ȩc« clesia a iam dicto monasterio, dabit et « domnus abbas testimonia ex parte sua, et per « pugnam discernatur ». tunc omnibus placuit, et domnus Leo prȩcepit prȩsbiteris ut darent testimonia. et dixit iudicibus romanis: « Vos « dicite, quot testimonia debent esse secun« dum vestram legem ». illi autem responderunt: « Tres idonei testes ». et allata sunt tria testimonia in conspectu iudicum, quorum nomina hȩc sunt: Castorius, Iohannes sutor, Benedictus de Leone subdiacono. tunc dixit Leo iudicibus: « Quid de hoc debet esse? » illi autem responderunt: « Separate eos ab in« vicem, et interrogate ut non audiat unus de « altero quid loquatur; et si dixerint uno ore « vȩritatem, recipiantur, sin autem aliter lo« cuti fuerint et unam sententiam non dede« rint, fallaces erunt per omnia, et non sunt « recipiendi neque ad pugnam debent venire ». tunc interrogaverunt eos sigillatim, et inventi sunt discordes. et iterum domnus Leo dixit iudicibus: « Ne forte dicant homines quod « iniuste iudicetis, veniant similiter ad iudi« cium altera vice, et interrogamus eos iuxta « priorem interrogationem, et Deus de hoc di« scernat vȩritatem ». quod et factum est, et inventi sunt fallaciores per omnia. tunc dixit domnus Leo iudicibus: « Iudicate inter illos ». et iudicaverunt iudices et dixerunt quod testes falsi essent et abiciendi ex placito, et prȩsbiteri refutaverunt prȩdictas ȩcclesias domno abbati cum suis pertinentiis. tunc iterum dixerunt, qui ex parte prȩsbiterorum erant, quod advocatus domni abbatis cum suis sacramentalibus deberent iurare de possessione supradicta. tunc interrogavit domnus Leo Hubertum iudicem langobardum, si esset hȩc lex. at ille dixit: « Non est lex, sed si vobis placet, « faciat advocatus domni abbatis sacramen« tum ». ad hȩc omnes iudices romani concorditer una voce dixerunt, non debere Langobardum iurare sine asto. et affirmaverunt omnes et dixerunt ut iuraret unus ex prȩsbiteris aut advocatus illorum, ut hoc quod quȩsierant rectum quȩsissent, et postea advocatus domni abbatis iurasset cum suis sacramentalibus. ad hȩc noluerunt prȩsbiteri iurare neque advocatus eorum, et inventi sunt fallaces. impletusque est ille sermo qui dictus est: « Vincat ergo Christus, qui est via, vȩritas et « vita, et occidat iniquitas ». tunc prȩceperunt iudices ut refutarent prȩsbiteri domno abbati prȩdictas duas ȩcclesias cum pertinentiis suis. et apprehenderunt baculum simul et cartam per quam litigabant, et refutaverunt atque dederunt in manus domni Hugonis abbatis et Huberti advocati sui. et tenente domno abbate ipsam cartam in manu, iussu domni Leonis tulit Leo arcarius sanctȩ Sedis apostolicȩ cultrum et signum sanctȩ crucis in ea, abscidendo per medium, fecit, et reliquit in manu domni abbatis in conspectu omnium ibidem residentium et circumstantium. quod si in quocumque tempore a iam dictis prȩsbiteris aut successores eorum aliqua cartula de prȩdictis locis inventa aut reperta fuerit, et cum ea per qualemcumque insurgentem personam magnam vel parvam ad prȩdictum monasterium litigare vel calumnias inferre temptaverint, non solum cartula ipsa vacua permaneat, sed etiam compositurі existant auri optimi libras decem, medietatem regi et medietatem ipsius monasterii rectoribus, et post solutam pȩnam hunc brevem memoratorium in omni robore firmitatis permaneat. unde pro futura memoria et cautela, ut a modo et usque in finem sȩculi prȩdictum monasterium ȩcclesias duas in integrum cum casis, hortis, criptis et parietinis suis, sive oratorio Salvatoris, securo et quieto ordine detineat, sicuti dictum est, usque in finem sȩculi. propter hoc supradicti iudices michi Benedicto scriniario sanctȩ Romanȩ Ecclesiȩ, in qua ipsi propriis subscripserunt manibus, in mense et indictione suprascripta .xi. scribere prȩceperunt, sicuti dictum est. ✝ Robertus sanctȩ Romanȩ Ecclesiȩ oblationarius interfui et subscripsi testis. ✝ Leo sacrosancti palatii archidiaconus et missus interfui et subscripsi. ✝ Iohannes prȩfectus comes palatii atque dativus iudex. ✝ ego Gregorius Domini gratia primicerius defensorum interfui et subscripsi. ✝ Leo Domini gratia archarius sanctȩ apostolicȩ Sedis. ✝ Adrianus dativus iudex. ✝ Petrus Dei nutu dativus iudex. ✝ Paulus dativus iudex. ✝ ego Hubertus iudex et advocatus ipsius monasterii interfui et subscripsi. ✝ ego Petrus filius Rainerii ibidem fui et subscripsi. ✝ Gualafossa ibi fui et subscripsi. ✝ Teuzo filius Benedicti ibidem fui. ✝ ego Benedictus scriniarius sanctȩ Romanȩ Ecclesiȩ qui supra scriptor huius brevis commemorationis, post testium subscriptiones complevi et absolvi.

se legem defendere vellet, respondit Hubertus dativus iudex et huius monasterii advocatus: « Secundum legem langobardam nos « defendimus, quia per centum et eo amplius annos res nostri « monasterii sic defensata est ». quod cum imperatori fuisset relatum, dixit: « Si ipsum monasterium per legem Langobardo- 5 « rum fuit defensatum, a sua lege nullatenus suptraho eum ». tunc prȩfatus abbas ostendit confirmationem factam a Hlothario imperatore, ubi continebatur quomodo diffinitum est ante prȩsentiam prȩdicti imperatoris et domni Paschalis papȩ, quod hoc monasterium sub lege vivere debeat Langobardorum, et sub tali 10 privilegio sicut cetera monasteria regni Francorum, idest Luxoviensium, Lyrinensium et Agaunensium. et pontificem Romanum nullum dominium in iure ipsius monasterii haberet, excepta consecratione. quam confirmationem advocati prȩsbyterorum voluerunt reprobare. ad hȩc advocatus huius monasterii, iubente 15 domno Leone, qui erat archidiaconus et ex parte domni imperatoris, voluit sacramentum prȩbere cum suis sacramentalibus quod scripta ipsa falsa non essent, et quod hoc monasterium per ipsam confirmationem per centum et eo amplius annos se defensavit per legem Langobardorum. insuper per pugnam et per testi- 20 monia probare voluit. sed prȩsbyteri recipere noluerunt, dicentes quod non oporteret eis. ad hȩc domnus Leo: « Modo scio ‖ pro « certo quod idem monasterium semper fuit sub tuitione regum « et per legem Langobardorum est defensatum. nunc quȩrite ab- « batem et respondeat vobis secundum suam legem ». tunc advo- 25 catus prȩsbyterorum quȩsivit domnum abbatem de duabus ȩcclesiis suprascriptis, et dicebat quod de eis ab anterioribus illorum prȩsbyterorum carta tertii generis facta fuisset anterioribus eiusdem abbatis in tribus personis ad pensionem reddendam. ad hȩc Hubertus advocatus respondit quod hoc monasterium per quadraginta annos 30 possedit eas ad proprietatem. et ostendit capitulum ubi continebatur quod de pensione non deberet respondere sed de possessione, secundum suam legem. et tunc indutiatum est in alteram diem. in qua quȩrimonio facto sicut prius, responsumque

c. 202 A

28. *Nel testo* fuisse

est ut supra relatum est. tunc prȩsbyteri accusare ceperunt nostrum advocatum ad domnum Leonem, dicentes illum esse fallacem. sed domnus Leo, accepto utiliori consilio, fecit eundem advocatum iurare per quatuor evangelia, ut ex illa hora et deinceps verum iudicium iudicaret, et dedit alium advocatum pro eo, Petrum filium Rainerii comitatus Reatini. et inquisivit domnus Leo iudices romanos, quid sibi videretur de hoc. et responderunt: « Iudex Hubertus, qui est langobardus, diffiniat, quia nobis « non pertinet de hoc iudicare ». tunc Hubertus ostendit capitulum ubi continebatur quod sancta et venerabilia loca secundum legem langobardam per quadraginta annos possent per sacramentum probare suam possessionem. et ita || iudicavit Hubertus iudex. tunc prȩparavit se advocatus domni abbatis ut sic iuraret cum sacramentalibus suis. et omnes iudices romani affirmarunt quod recte iudicasset Hubertus secundum suam legem. at contra advocatus prȩsbyterorum dare volebat testimonia quod infra ipsorum curricula annorum pensionem accepissent ab hoc monasterio. deinde Hubertus respondit: « Nostra lex non prȩcipit ut de pen« sione respondeat advocatus domni abbatis, sed tantum de posses« sione, nec ego aliter iudico. tamen si placet domno Leoni « et iudicibus, dent prȩsbyteri testimonia, dabit et domnus abbas « sua, et discernatur per pugnam ». et placuit omnibus. et dederunt prȩsbyteri tria testimonia, quorum nomina sunt: Castorius, Iohannes sutor, et Benedictus Leonis subdiaconi. qui secundum legem ab invicem separati et interrogati, bis, et primo quidem, discordes tunc inventi sunt per omnia fallaciores. tunc iudicaverunt iudices quod falsi essent testes et abiciendi ex placito, et prȩsbyteri refutarent ipsas ȩcclesias domno abbati cum pertinentiis suis. iterum pars prȩsbyterorum dicebat ut advocatus domni abbatis de possessione supradicta iuraret cum sacramentalibus suis. de quo interrogatus Hubertus respondit: « Non est « lex, sed si iudicibus placet, faciat advocatus domni abbatis sacra« mentum ». ad hȩc omnes iudices romani concorditer dixerunt non debere Langobardum sine asto iurare. tunc affirmaverunt omnes, ut aut unus prȩsbyterorum aut advocatus iuraret eorum, ut hoc quod quȩsierant rectum quȩsissent, et post hȩc advo-

c. 202 B

c. 203 A catus ‖ domni abbatis iuraret cum sacramentalibus suis. sed neque prȩsbyteri neque eorum advocatus iurare voluit. inventi sunt enim fallaces. post hȩc iudicantibus iudicibus, prȩsbyteri apprehenderunt baculum et in manibus domni Hugonis abbatis et Huberti eius advocati prȩfatas ȩcclesias refutarunt cum carta per quam litigarunt. et si quolibet modo litem removere voluerint vel temptaverint, componere se statuerunt libras .x. auri optimi, medietatem regi et medietatem rectoribus huius monasterii.

Ipso quoque tempore litis erat intentio inter domnum Hugonem abbatem et Benedictum comitem de curte huius monasterii quȩ vocatur Sancti Gethulii, quam vi abstulit ab hoc monasterio et sibi usque tunc retinuit. quapropter prȩfatus abbas cottidie ad domnum Gregorium apostolicum, et ad Ottonem piissimum imperatorem cottidie proclamabat, ut legem exinde haberet. tunc ex utraque parte amici surrexerunt et infra urbem Romam, iuxta Thermas Alexandrinas, intra ȩcclesiam Sanctȩ Mariȩ quȩ est huius monasterii iuris, ante prȩsentiam legislatorum, iudicum et nobilium hominum, conduxerunt illos in pactum et convenientiam, et coram omnibus apprehendit suprascriptus Benedictus comes virgulam in manu et refutavit ad domnum Hugonem abbatem in proprium ipsam curtem Sancti Gethulii cum duobus casalibus circa se, unum quem ad laborandum detinuit Petrus prȩsbyter et alium quem detinuit Iohannes qui dicebatur Sanguinarius, ‖ c. 203 B et medietatem eiusdem curtis Sancti Gethulii cum ipsa ȩcclesia in integrum. exceptis ambobus castellis Tribuci. et si aliquando contra hȩc agere temptaverit, componere se in hoc monasterio spopondit auri optimi libras .xx. (1).

Eodem etiam anno, quȩdam Tederanda ancilla Dei optulit in hoc monasterio res suas territorii Sabinensis ubi dicitur Ripa, iuxta murum antiquum. de qua anathema terribile pavendamque constituit maledictionem, ne quis de hoc monasterio auferre temptaverit sive per scriptum tertii generis sive quolibet modo (2).

(1) An. 998; *R. F.* doc. 428.

(2) An. 998; *R. F.* doc. 422. L'anatema suona così: « Et qui ipsas suprascriptas res de ipso suprascripto « monasterio auferre temptaverit... « sit anathematizatus et maledictus a

Temporibus autem Iohannis XVI papę, idem domnus Hugo abbas in hoc monasterio res territorii Sabinensis ubi dicitur Lonianus [1].

Item, Adam filius Azonis refutavit et reddidit in hoc mona-
5 sterio et in manus domni Hugonis abbatis per cartulam concambiationis castellum qui dicitur Rocca et campum qui dicitur Calvianus. fines Roccę: a duobus lateribus rivi, a tertio latere ipsi rivi coniuncti, a quarto latere petrę fixę et terra huius monasterii. fines autem campi: a primo latere via, a duabus partibus
10 rivi, a quarto latere rivi coniuncti. huius campi medietatem. et in Conflenti, ubi dicitur Pompeię, iuxta fluvium Pharpham, modiorum .VI. cum aquimolis quę ibi ędificari poterunt et cum ęcclesia tunc destructa. interposita pena auri optimi librarum .X. [2]. item, quidam viri nobiles et consanguinei Tyburtinę civitatis do-
15 naverunt et concesserunt in hoc monasterio ‖ et domno Hugoni abbati ęcclesiam Beati martyris Adriani atque Natalię cum curte ante eam et domibus scandoliciis duabus circumdatis parietinis antiquis a duobus lateribus, et cum horto in circuitu eiusdem ęcclesię, et terra pastinata arboribus olivarum et nucum et cetero-
20 rum pomorum pomiferorum fructiferorum vel infructiferorum, et cum criptis ac terris sementariciis, et cum introitu et exitu suo per carrariam viam publicam, et omnibus eius pertinentiis, positam infra civitatem veterem quę vocatur Albula non longe a civitate Tyburtina in loco qui vocatur Marini, cuius fines sunt: ab
25 uno latere terra hęredum cuiusdam Stephani Gambęfractę et Iohannis clerici qui dicitur Vomme, a secundo latere terra hęredum quondam Rodonis, et in ipso latere terra hęredum cuiusdam

c. 204 A

2. abbas - Sabinensis] *Così nel testo; manca evidentemente qualche parola.* 6-7. *A margine, sembra di mano di Gregorio, si legge la correzione* Cabianus, *e anche nel Regesto è scritto* Cabianus

« .CCCXVIII.. patribus qui in Niceno « concilio sanctos canones fecerunt, « et cum Iuda traditore, atque suis « magistris Anna et Caipha, Herode « et Pilato, tradatur ęterno incendio, « et in ultimo iudicii die reddat ra« tionem ». È un anatema che si ripete spesso nei documenti del *Regesto*.

(1) An. 1003; *R. F.* doc. 418. Il documento del *Regesto* contiene la donazione di un terreno situato nel luogo detto Loniano, fatta da Roccione, Pietro e Francone figli di Martino.

(2) An. 1003; *R. F.* doc. 419.

Benedicti de Ursa, et Iohannis Theodori, a tertio latere carbonaria antiqua et vinea deserta hęredum cuiusdam Sergii maioris, et in ipso latere vinea Stephani Zeldonis, a quarto latere terra quam detinet Beati Petri apostoli ęcclesia, quę ponitur inter Duos Ludos, iuris cuiuscumque esse dinoscitur. et portionem suam de terris 5 sementariciis in fundo Oriali, inter consortes parentum eorum vel aliarum partium, trans fluvium Tyberim. et pratum ad modia duo in fundo Prato Publico. et terram sementariciam ad modium unum in Ampitheatro. et modium unum in fundo Abenza. c. 204 B et terram semen‖tariciam in fundo Pensioni. et concesserunt in 10 hoc monasterio, sicut antea concesserant in ęcclesia Sancti Adriani, terram sementariciam cum verialibus et padulectis et criptis in fundo Persiceta infra consortes suos. et vinearum petias tres in fundo Ferrata, et terram vacantem in fundo Noceri, et vinearum rasules .IIII., et terram ad modia duo tritici in fundo Mercorano, 15 et ad modia tria in fundo Cesarano Caldanę, et terram in fundo Aquacombi, et terram in tribus locis in fundo Fortinulo, et modium .I. in fundo Vallis Longę, et modium .I. in fundo Sentiano, et terram sementariciam in fundo Cassano, et sedimen terrę ad casam faciendum foris muros civitatis Tiburtinę, et medietatem 20 domus antiquę cum parietinis suis intra civitatem Tyburtinam in regione Vicus Patricii (1). item, quidam Petrus comes filius Guinisii comitis dedit et tradidit in monasterio Sanctę Marię in Minione, quod est cella huius monasterii, unam ęcclesiam Sancti Angeli prope Corgnitum cum mille quingentis perticis de terra ad 25 perticam pedum .XII. Liutprandi regis, cum arboribus et omni accessione sua super se habente (2).

Cum autem resideret quodam tempore in territorio Marsicano in villa Transaquas, in ipsa turre, Oderisius comes filius Rainaldi comitis pro iustitia facienda cum iudicibus et bonis hominibus, 30 venit domnus Hugo abbas cum Tebaldo filio Adelberti de supra- c. 205 A dicto ‖ Marsi advocato suo, et querelatus est adversus Rainaldum comitem de ęcclesia Sancti Leucii in territorio Marsicano supra

9. Ampitheatro] *Così nel testo.*

(1) An. 1003; *R. F.* doc. 420. (2) An. 990; *R. F.* doc. 421.

civitatem in villa de Atrano cum omnibus pertinentiis vel adiacentiis eius, quę pertinet huic monasterio. statim vero per iudicium iudicis et bonorum hominum Rainaldus comes et Oderisius comes per unam virgam revestierunt pręfatum abbatem ad par-
5 tem huius monasterii de ipsa ęcclesia Sancti Leucii cum pertinentiis eius et adiacentiis in toto comitatu Marsicano (1). item, in territorio Sabinensi refutata est in hoc monasterio terra ubi dicitur Turris suptus ipsam civitatem (2). item, Postmontem refutata est in hoc monasterio terra cum vinea ubi dicitur Baniolus et ca-
10 salis qui dicitur Franconis (3). item, alias res in Bacciano (4). item, in Salisano et Grassiano refutaverunt Adam filius Azonis et Buco filius eius in hoc monasterio per hos fines: ab uno latere rigus Grassiani, a secundo latere fossatus veniens in viam publicam, a tertio latere rigus et fossatus de monte Cęsę veniens in Pe-
15 tram Casariam, a quarto latere tenentes Mictio et Iohannes et Petrus, et veniens in rigum de Portella, et ab ipso in pedem montis Salisani et usque in pedem montis Signantis cum fine Campi Longi, et venientes in rigum qui pergit a Massa (5). item, in Terentiano alia res refutata est in hoc monasterio et domno Hugoni ab-
20 bati (6). item, Bucco filius Adę refutavit scriptum suum terrę in Salisano, et Grassano, et recepit prętium ‖ a domno Hugone abbate valens libras .III. (7). item, Romę de Campo Agonis in hoc monasterio refutata est terra inter hos fines: a tribus lateribus criptę Agonis, a quarto latere via publica (8). item, in ter-
25 ritorio Sabinensi de Coroliano, et de Noccla, et de toto casale Civitellę refutata est terra in hoc monasterio et terra de Cerquito (9). item, in territorio Reatino tenebat Teduinus comes res huius monasterii, et terram in Plage, casalem primum de Civitella, et casalem de Ficu, et casalem Sancti Angeli ad Fenoclum,
30 et res quas Petrus Espaldę in hoc monasterio per cartulationem dedit; et requirebat in placito omnia hęc domnus Hugo abbas

c. 205 B

12. Buco *nel testo, ma altrove e nel Regesto* Bucco

(1) An. 999; *R. F.* doc. 430.
(2) An. 999; *R. F.* doc. 432.
(3) An. 999; *R. F.* doc. 433.
(4) An. 999? *R. F.* doc. 434.
(5) An. 999; *R. F.* doc. 435.
(6) An. 999; *R. F.* doc. 436.
(7) An. 999; *R. F.* doc. 440.
(8) An. 999; *R. F.* doc. 441.
(9) An. 1000; *R. F.* doc. 442.

ad opus huius monasterii. et confessus est Teduinus comes in ipso placito coram omnibus non se ea omnia contendisse nec tenuisse ullo modo nisi per fegum ab eius antecessore abbate. et rogatus a cunctis domnus abbas Hugo tradidit ei in fegum ipsas res usque Saltum, et usque Turanum, et usque Sanctum Paternianum, et usque rivum Liciniani quomodo pergit in Turanum, in integrum; exceptavit ęcclesiam Sanctę Agathes (1). item, in territorio Sabinensi concessa est in hoc monasterio res Iohannis qui vocabatur Dodo filii Roccionis de Salisano: ab uno latere via publica, a secundo latere rigagines quę currunt in Crassianum, a tertio latere res Sanctę Marię, a quarto latere rivi coniuncti. et de Galuniano: ab uno latere via publica, a secundo et tertio rivus, a quarto latere res huius monasterii. ‖ c. 206 A et de Pacciano: ab uno latere via publica et terra Sanctę Marię, a secundo latere rigagines quę currunt in alium rigum, a tertio latere rigus qui decurrit ex aqua Latronis et venit in montem Otę, a quarto latere rigagines quę currunt in Bruscitum et veniunt in viam publicam, et terra Sanctę Marię (2). item, aliorum hominum res in suprascripto Bacciano, et in Galoniano, et in Salisano (3). item, Postmontem ubi dicitur Scaplianus refutata est terra et vinea quam tenuit Martinus Costallia ad laborandum eiusdem casalis tertia pars (4). item, ubi dicitur collis Sancti Martini et villa Terria domnus Hugo abbas suscepit per concambium ad opus huius monasterii res ad modia viginti tria, per unumquodque modium habentes in longitudine cannas .xx. et in latitudine in omni loco cannas .x. ad cannam pedum .x. legitimi cubitalis, iuxta rigulagines a Ponzano et de Similiano. pro quibus dedit in concambium in colle iuxta castellum Cuphi ad modia vigintiduo (5). item, in Petrorio, in quo est ęcclesia Sancti Petri, concessa est in hoc monasterio quarundam rerum medietas a Guidone filio Farolfi iuxta viam publicam et limites ac muros antiquos (6). item,

13-14. Pacciano *nel testo e anche nel Regesto, ma più sotto e altrove ricorre la forma* Baccianus 17. *Nel Regesto* Bruscitum 21. *Nel Regesto* Castallia

(1) An. 1000; *R. F.* doc. 443.
(2) An. 1001; *R. F.* doc. 444.
(3) An. 1002; *R. F.* doc. 445.
(4) An. 1002; *R. F.* doc. 446.
(5) An. 1002; *R. F.* doc. 447.
(6) An. 1003; *R. F.* doc. 448.

quidam Iohannes Bovis de Catino investivit et tradidit in hoc monasterio medietatem clausurę quę est iuxta terram Sanctę Marię suptus ęcclesiam Sancti Petri, et de alia medietate quartam partem cum forma ‖ aquam continente, pro redemptione animę suę et duo- c. 206 B
5 rum filiorum suorum qui eo die defuncti sunt, et in eadem ęcclesia Sancti Petri sepulti (1). item, Transaricus filius Maifredi dedit et tradidit in hoc monasterio res suas in comitatu Reatino et castaldatu Turano, ubi dicitur Puzalia, in pertinentia de Mala Morte; fines earum: a primo latere pertinentia Ophiani et de Vi-
10 varo, a secundo latere rivus Sclavi, a tertio latere rivus Sancti Martini descendens in rivum de Cartofago et inde ascendit in terra filiorum Ioseph et Guidonis, a quarto latere filiorum Totonis et pertinentia Ophiani quomodo descendit in suprascriptum rivum Sancti Martini. horum omnium sextam partem. et portionem
15 suam infra muros civitatis Reatinę, et de foris, et in Margarita, et in Plage, et in Amiterno in villa de Poplito, et in comitatu Furconino in villa de Pile, et Roge, et in Trebere vocabulo Paterno, et in Petra Lata cum portione sua de ęcclesia Sancti Gregorii et Sancti Liberatoris cum portione de molendinis de Caicla, et in
20 Ceserano, et in Utri, et in Camarda foris ipsum castellum, et in Sancto Chrisanto, et in Paganica, et in Collicello, et in Margine, et in puteo Valentini, et in Civitate, et in Banio, et in villa Sanctę Iustę (2).

Incipit preceptum domni Heinrici imperatoris.

An. 1014. **Enrico II imperatore conferma il monastero nel possesso dei suoi beni novellamente acquistati o rivendicati.**

25 [In nomine sanctę et individuę Trinitatis]. Heinricus divina clementia Romanorum imperator augustus. notum ‖ sit omnibus fidelibus sanctę Dei Ęcclesię, omniumque nostrorum fidelium pręsentium seu futurorum noverit universitas, qualiter Hugo monasterii quod dicitur in Pharpha venerandę genitricis Dei ac virginis Marię venerabilis abbas nostram adiens clementiam
30 deprecatus est, quatinus ipsius fusis pręcibus nostrę pietatis accomodaremus aures, scilicet ut res noviter Deo favente acquisitas seu a pravorum hominum dictione excussas ostra imperiali ac pręceptali pagina confirmaremus. nos vero, quia cunctis iusta poscentibus prębere debemus assensum, nostrę tuitionis pręcepto nominatas et subscriptas sancto confirmamus monasterio. res c. 207 A

25. *Le parole tra parentesi quadrate mancano nel testo del Chronicon e si suppliscono togliendole dal Regesto.*

(1) Senza data; *R. F.* doc. 449. (2) An. 1012? *R. F.* doc. 450.

itaque quas Grimizo filius Hildeprandi comitis contulit eidem monasterio,
sicuti in cartula donationis illius continentur, quę sunt in comitatu Firmano
sitę. simulque addidimus pro redemptione animę nostrę ex nostra largitate
eidem sancto loco districtum ministerii Sparzani cum omnibus pertinentiis,
et cum Campo Arsicio, quod prędictus Grimizo hactenus tenuit, ut quemad- 5
modum ille dominam nostram sanctam Mariam constituit hęredem de proprio,
ita et nos facimus de illo ministeriolo publico, ne forte, si alicui seculari
concederemus illud, ea occasione prędictas invaderet res. et in prędicto
comitatu Novę Casę castellum quod sibi contulit Atto filius Arderadi cum
suis pertinentiis, veluti in cartula concessionis illius leguntur. et in alio loco 10
c. 207 B
ipsius comitatus ‖ castellum de Anganello, vel alia loca quę inibi condonavit
Alkerius comes, qualiter in sua cartula referuntur, vel alię res quę moderno
tempore in ipso comitatu acquisitę sunt. in comitatu Sabinensi in loco Or-
tellę. et res quas contulit ibi Iohannes pręsbiter cum suis consortibus. et
[eas] quas [ibi] Octavianus cum Rogata coniuge sua in iam dicto comitatu 15
sepedicto monasterio optulit, ut in sua concessione habentur. et quas Leo
filius Bezonis condonavit in loco Moiano. insuper etiam [nostra] imperiali
pręceptione iubemus sub omni contestatione, ut omnia [illa] scripta quę Gra-
tianus invasor rerum ęcclesię Sanctę Marię de Minione, quę pertinet ad prę-
fatum monasterium, fecit, confringantur et annullentur, et ad ipsum mona- 20
sterium redeant sine obligatione. in comitatu quoque Balbensi ęcclęsias
Sancti Peregrini et Sanctę Marię cum pertinentiis earum, in quibus comes
Oderisius noviter monachos locavit, quę antiquitus ipsius monasterii fuerunt
et modo reacquisitę sunt. [pręcipientes itaque iubemus, ut nullus dux, ępi-
scopus, marchio, comes, vicecomes, iudex, schuldascius, aut aliquis rei pu- 25
blicę procurator, seu aliqua nostri regni magna parvaque persona audeat
prędictum monasterium vel abbatem aut monachos eius ex his omnibus quę
in pręsenti pagina pręscripta sunt molestare aut inquietare vel disvestire.
si quis vero hanc pręceptionem nostrę constitutionis temerario infringere
conabitur ausu, sciat se compositurum quingentas libras auri purissimi, me- 30
dietatem camerę nostrę et medietatem suprascripto monasterio aut abbati vel
fratribus eius. quod ut vęrius credatur et firmius ab omnibus conservetur,
pręsentem paginam corroborantes manu propria nostro insigniri sigillo ius-
simus. signum domni Heinrici invictissimi imperatoris augusti. Henricus
cancellarius vice Everardi ępiscopi et archicapellani recognovit. datum anno 35
dominicę incarnationis millesimo .xiiii., indictione .xii., anno domni Heinrici
imperatoris augusti regnantis .xii., imperii eius .i. actum Romę, feliciter,
amen] (1).

(1) *R. F.* doc. 451. Gregorio di Catino ha fuso in un solo i due diplomi che qui si leggono un dopo l'altro, e ha soppresso l'ultima parte di questo primo (*R. F.* doc. 451) dalle parole « pręcipientes itaque » fino alla fine, e la prima parte del diploma seguente (*R. F.* doc. 525) fino alle parole « noviter acquisivit ». Restituisco nella loro integrità i due diplomi secondo il *Regesto*.

An. 1019.

L'imperatore Enrico II facendo particolare menzione dei nuovi acquisti, conferma il monastero nel possesso dei suoi beni e dei suoi privilegi.

[In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Heinricus pius felix et clarissimus Dei gratia Romanorum imperator augustus. oportet imperatoriam sublimitatem omnium pręcibus iuste poscentium libenter annuere easque ad effectum perducere. quapropter noverit omnium fidelium sanctę Dei Ęcclesię nostrorumque multitudo pręsentium videlicet et futurorum, quia vir venerabilis abbas Hugo de monasterio Sanctę Dei genitricis semperque virginis Marię sito territorio Sabinensi in loco qui dicitur Acutianus nostrę dignitatis adiit pręsentiam supplici devotione deposcens, ut ea omnia nostri pręcepti firmaremus auctoritate, quęcumque antecessorum nostrorum iure perpetuo per similis donationis paginas regali atque imperiali constitutione eiusdem monasterii vendicaret proprietas. insuper etiam ipsas res quas idem abbas noviter acquisivit] vel quas fideles Christi inibi contulerunt seu quas perditas quomodolibet recuperavit. idest in comitatu Sabinensi castellum de Tribuco, et alterum de Bucciniano cum suis pertinentiis, quemadmodum domnus Benedictus summus pontifex nosterque spiritualis pater nostro rogatu eidem monasterio restituit. simili modo illa loca quę prędictus papa per pontificale pręceptum pro animę suę remedio contulit, quę sunt: ‖ massa de suprascripto Bucciniano cum suis omnibus pertinentiis; ęcclesia quoque Sanctę Marię sita in fundo Massę de Vestiario cum prędiis illis quę in ipso continentur pręcepto. nec non ęcclesia Sancti Sebastiani in Collina [in loco qui dicitur] de Flagiano cum terris et vineis, sicuti ipse pręsul universalis aliique plures sanctę Dei genitrici per cartulas concesserunt. pari modo monasterium Sancti Laurentii in finibus Campanię in loco qui nominatur Macri, quod idem venerabilis pater supradicto loco optulit. et in comitatu Sabinensi [prędia quę Octavianus cum Rogata coniuge sua per cartulas venerabili Matri domini Ihesu Christi dedit. etiam] terra [de] Ortellę Iohannis presbyteri cum ęcclesiis, olivetis atque vinetis [a Iohanne pręsbitero et a suis consortibus oblata]. in comitatu Reatino terra quam Transaricus Sanctę Marię largitus est. in suburbanis Tyburtinę civitatis monasterium Sancti Adriani cum omnibus suis pertinentiis. in comitatu Firmano [quędam] res Attonis filii Arderadi cum ęcclesia Domini Salvatoris, [et castello Casa Nova, sicuti habentur in cartula quam ipse sanctę ęcclesię Beatę Marię fecit. in eodem quoque comitatu res a Grimizone filio Hildeprandi inibi collatę cum ministerio de Sparziano et Campo Arsitio et de Valli, sicuti in priori nostro pręcepto continentur. similiter] et res quas Adelmodus filius Guidonis ibi dedit, et Adelmodus filius Hildemodis. et quęcumque ab aliquibus eidem Sanctę Marię de Pharpha data sunt. in civitate Ortana monasterium Sancti Theodori cum ęcclesiis et omnibus suis pertinentiis. [de perditis et requisitis rebus] monasterium Sanctę Marię de Minione cum omnibus suis pertinentiis quod beatę memo-

c. 208 A

1. *Le parole tra parentesi quadrate mancano nel testo del Chronicon e si suppliscono togliendole dal Regesto.* 26. Iohannis presbyteri *nel Chronicon; ma nel Regesto come tra* [ ] *nel rigo seguente.* 35. *Il primo* et *nel Regesto invece di* similiter

riȩ senior noster Otto ibi restituit. in Asisio duȩ ȩcclesiȩ quȩ super terram ipsius monasterii positȩ sunt. in Summati ȩcclesia Sancti Silvestri, et curtes de Flumine et de Monasteriolo et Portica. in comitatu Balbensi monasterium Sancti Peregrini ‖ cum omnibus suis pertinentiis. hȩc igitur omnia et quȩcumque nostri prȩdecessores reges vel imperatores eidem ȩcclesiȩ Beatȩ Mariȩ de Pharpha per prȩcepta contulerunt, nos per hanc paginam confirmamus, ut sancta Dei ȩcclesia habeat, teneat, ac iure proprietario sine aliqua molestatione possideat. si vero, quod absit, aliquis contradictor huius nostri prȩcepti fuerit, centum libras auri componat, medietatem nobis et medietatem vicario sanctȩ ȩcclesiȩ Beatȩ Mariȩ de Pharpha. ut igitur hȩc nostra iussio firmiter inviolabiliterque servetur, inferius manu propria firmavimus, ac illam nostro sigillo repercusso insigniri prȩcepimus. [signum domni Heinrici invictissimi imperatoris augusti]. Peligrimus cancellarius ad vicem Heberardi Pabenbergensis ȩpiscopi et archicapellani recognovit. datum anno dominicȩ incarnationis millesimo .xviiii., anno domni Heinrici regnantis .xvii., imperii vero .vi., indictione .ii., loco Meresburch, .v. idus aprilis (1).

Temporibus autem Iohannis XVII papȩ quidam viri germani filii Roccionis refutaverunt in hoc monasterio et reddiderunt scriptum moniminis quod habebant de rebus in Salisano, et Galoniano, et Bacciano, et monte de Ota (2). item, alii viri dederunt res suas in ipsis vocabulis (3). item, Iohannes Hilderici dedit res suas de Bacciano ubi dicitur Cupersetus (4). item, Adelbertus filius Lotharii confirmavit ‖ ȩcclesiam Sancti Silvestri cum modiolis viginti duobus in circuitu eius de territorio Asculano ubi dicitur Sumati, in ipsa valle (5).

Erat autem tunc intentio inter domnum abbatem Hugonem huius monasterii et Emmonem episcopum Asculanum de rebus territorii Asculani et Sumatini ubi dicitur Portica, et ubi monasterium Tembe ȩdificatum est, vel per eius vocabula et inter hos fines: a capite Cancelli et terra Sanctȩ Mariȩ, a pede piscaria, ab uno latere rigagines pergentes inter collem de Meso et collem

7. ac] *Nel Regesto* et

(1) *R. F.* doc. 525. Vedasi la nota al documento che precede, p. 30.

(2) An. 1004; *R. F.* doc. 454. Il papa nominato in questo documento come Giovanni XVII dev'essere invece Giovanni XVIII. V. intorno a ciò nel *Regesto*, III, 165, la nota al doc. 452.

(3) An. 1004; *R. F.* doc. 455.

(4) An. 1004; *R. F.* doc. 456.

(5) An. 1018; *R. F.* doc. 457.

de Posta, et venientes in piscariam, ab alio latere usque serram Cerreti Longi quomodo descendit in pedem Maclę Longę et venit in piscariam. pro quibus rebus iuraverunt homines tres, videlicet Aldo prębyter, Iohannes filius Brettonis, et Martinus de
5 Gaida, quia ipsę res inter ipsos fines ad hoc monasterium pertinent, et ad episcopium ipsum pertinere non debent. et in ipso iudicio iudicatum est ut idem Emmo episcopus cum suis successoribus exinde quiesceret et taceret. et fecit ex ipsis rebus idem episcopus refutationem et obligationem contra hoc monasterium
10 et domno Hugoni abbati, et pęnam interposuit bizanteorum aureorum mille si amplius questionem removerent. pro quo facto suscepit ab eodem domno Hugone solidos .ccc. (1). item, Tedmarius filius Gisonis concessit in hoc monasterio res suas in fundo Tatano, Paterno, Germano, Casule, Iuliano, Fanale,
15 Gualdo, Salsule, Paganeco, Quintiano, et in monte Givio, quę sunt ‖ inter terram et vineas et silvas et salicta modiorum .cxxx.: c. 209 B
a capite via quę pergit a Sancto Laurentio et terra Gualcherii et singulorum hominum, a pede et uno latere usque flumen Lubricum, ab alio latere usque flumen Ętam. et portionem de
20 ęcclesiis Sancti Martini, Sancti Petri et Sanctę Marię, et de mercato. et de castello Turricella iuxta flumen Lubricum. et de castello Spinitulo. et Poio Casulę. et Orbitulo. et de Leoni. et de molino cum cursu aquarum. et in fundo Mogiano. et in Corneto modia .xx. et de ęcclesia Sancti Michahelis in
25 fundo Mogiano (2). item, Crescentius prębiter concessit in hoc monasterio de castaldato Interocrino ubi dicitur Moza terrę petias .v.: primam ad Nicblam modiorum .II., aliam ibi prope modii unius, tertiam ibidem modii unius, quartam ubi dicitur Clerosus modiorum .II., quintam in monte Palumbo modiorum .II. (3).
30 item, quidam viri filii Agię fecerunt confirmationem in hoc monasterio et convenientiam cum domno Hugone abbate de ęcclesia Sancti Silvestri in territorio Asculano, ubi dicitur Sumati, cum modiis .XXII. et receperunt per concambium in Campo Fluminensi modia .XVIIII. (4). item, quidam Samson refutavit in hoc

(1) An. 1019; *R. F.* docc. 458 e 459.
(2) An. 1019; *R. F.* doc. 460.
(3) An. 1019; *R. F.* doc. 461.
(4) An. 1018; *R. F.* docc. 462 e 463.

monasterio et ad domnum Hugonem abbatem res territorii Sabinensis ubi dicitur Salisanus (1). item, Sabbo refutavit in Pimpiano seu Bucca Gelata iuxta Quinzam (2). item, Teuza filia Adenolfi refutavit in Carboniano et in Privati (3). item, Iohannes filius Azonis concessit in hoc monasterio res suas in Salisano (4). item, Octavianus filius Ioseph et Rogata filia Crescentii comitis uxor eius concesserunt in hoc monasterio res suas territorii Sabinensis, Postmontem ad Sanctam Mariam in Canneto, de casale quem Apo tenuit modiola .v. et cannas duas (5). item, Benedictus qui pronomine Nicto Sproccus vocabatur refutavit res cum ecclesia Sancte Cecilie et terra in giro ipsius ad trittici sementem sextariorum duorum in territorio Sabinensi, ubi dicitur casalis de Fulco iuxta alveum Currisem, medietatem earumdem rerum. pro quibus recepit a domno Hugone abbate pretium argenti solidorum .c. et penam interposuit auri optimi librarum .iiii. (6). item, predictus Octavianus et Rogata uxor eius pro anima Crescentii genitoris eius, et Theodore genitricis Rogate, et Iohannis patricii Romanorum germani illius, sive senioris, concesserunt in hoc monasterio res suas Postmontem inter hos fines: ab uno latere cacumina montium, a secundo latere flumen Currise, a tertio latere rigus currens iuxta terram Campi Tophani quomodo ascendit in cacumina montium, a quarto latere flumen Currise et terra monasterii Domini Salvatoris et huius monasterii. insuper concesserunt casaricium unum intra castellum Currise (7). item, Adam filius Arderadi concessit de insula de Aquarino in fundo Rasia, et montem de Oliano cum portione ecclesie Sancti Michaelis intra ipsum montem | cum ipso monte tantum et cum omni edificio inibi modo viso et in antea faciendo a nobis, in fundo Salustiano, et Campo Triciano, et Lanciola, et Ponte, per hos fines: a capite via pergens ad montem Maiorem, a pede fluvius Potentinus, ab uno latere via pergens a cruce Sancti Martini usque ad fluvium Potentinum,

(1) An. xxxv. R. F. doc. [illegible]
(2) An. xxxv. R. F. doc. [illegible]
(3) An. xxxv. R. F. doc. [illegible]
(4) An. xxxv. R. F. doc. [illegible]
(5) An. xxxv. R. F. doc. 469.
(6) An. xxxv. R. F. doc. 470.
(7) An. xxxvi. R. F. doc. 471.

ab alio latere via pergens a Sancto Stephano in rigum de Salustiano, quę sunt modiola ducenta [1]. item, Leo filius Bezonis et Berta uxor eius dederunt in hoc monasterio res territorii Sabinensis de Moiano in monte de Carro, ubi est ęcclesia Sanctę Mar-
5 garitę: ab una parte cacumina montis secus ipsam ęcclesiam, ab alio latere fossatus, a tertio limites et tenens Iohannes Zaidonis cum consortibus, a quarto latere via veniens a cacumine montis et descendens in viam antiquam. in ipso plano de Moiano et infra hos fines medietatem in integrum, et de suprascripta
10 ęcclesia cum monte de Carro, et medietatem casalis Ursi Ciabatte [2]. item, Bucco et Gualafossa germani refutaverunt in hoc monasterio et ad domnum Hugonem abbatem roccam in Campo Longo, et Privatim, et Carbonianum cum illorum pertinentiis [3]. item, Adalbertus filius Petri dederat res suas de
15 Salisano [4]. item, Raino filius Fulconis refutavit tertiam partem ęcclesię Sanctę Cęcilię et de dotalicio eius, et in Terentiano alias res [5]. quodam autem tempore querelatus est domnus Hugo abbas pro rebus huius monasterii, idest ‖ casalis Agulini de Terricla medietate; huius fines: Cisterna, et fossatus qui vadit in
20 viam, et fossatus qui venit a castello Lętonis, et fossatus de Battalia infecta et concacata. et in alio loco curtis Sancti Petri in Pensile medietate. et ipsam ęcclesiam Beati Petri in integrum cum rebus iuxta eam, inter hos fines: a Petra Maiori usque Fractalem sicut currit in Toranum, et per ipsum in viam, et
25 exinde in viam venientem inter casam Satulli et casam Petri prębyteri sicut vadit in lacum qui pergit in Toranum. et medietate ipsius molini. et medietate ipsius curtis et locorum eius in Sancto Marco, et Roboli, et casale Senaldi, et Liciniano, et Lobia, et in Spina. et in aliis locis curte Sancti Iacobi et ipsa
30 ęcclesia in integrum usque Toranum, et Pontem Fractum, et viam

c. 211 A

1–2. *Nel Regesto* Salassiano 21. *Le parole* et concacata *sono aggiunte a margine in caratteri più piccoli ma, sembrami, di mano di Gregorio. Nel Regesto si legge invece* fossatus de Vattalia cuncarata

(1) An. 1014? *R. F.* doc. 472.
(2) An. 1008; *R. F.* doc. 473.
(3) An. 1007; *R. F.* doc. 474.
(4) An. 1007; *R. F.* doc. 475.
(5) An. 1008; *R. F.* doc. 476.

monasterio et ad domnum Hugonem abbatem res territorii Sabinensis ubi dicitur Salisanus (1). item, Sabbo refutavit in Pimpiano seu Bucca Gelata iuxta Quinzam (2). item, Teuza filia Adenolfi refutavit in Carbo||niano et in Privati (3). item, Iohannes filius Azonis concessit in hoc monasterio res suas in Salisano (4). item, Octavianus filius Ioseph et Rogata filia Crescentii comitis uxor eius concesserunt in hoc monasterio res suas territorii Sabinensis, Postmontem ad Sanctam Mariam in Canneto, de casale quem Apo tenuit modiola .v. et cannas duas (5). item, Benedictus qui pronomine Nicto Sproccus vocabatur refutavit res cum ęcclesia Sanctę Cecilię et terra in giro ipsius ad trittici sementem sextariorum duorum in territorio Sabinensi, ubi dicitur casalis de Fulco iuxta alveum Currisem, medietatem earumdem rerum. pro quibus recepit a domno Hugone abbate prętium argenti solidorum .c. et penam interposuit auri optimi librarum .III. (6). item, prędictus Octavianus et Rogata uxor eius pro anima Crescentii genitoris eius, et Theodorę genitricis Rogatę, et Iohannis patricii Romanorum germani illius, sive senioris, concesserunt in hoc monasterio res suas Postmontem inter hos fines: ab uno latere cacumina montium, a secundo latere flumen Currise, a tertio latere rigus currens iuxta terram Campi Tophani quomodo ascendit in cacumina montium, a quarto latere flumen Currise et terra monasterii Domini Salvatoris et huius monasterii. insuper concesserunt casaricium unum intra castellum Currise (7). item, Adam filius Arderadi concessit de insula de Aquatino in fundo Banio, et montem de Oliano cum portione ęcclesię Sancti Michahelis infra ipsum montem || cum ipso monte tantum et cum omni ędificio inibi modo viso et in antea faciendo a nobis, in fundo Salustiano, et Campo Triciano, et Lanciola, et Ponte, per hos fines: a capite via pergens ad montem Mainonem, a pede fluvius Potentinus, ab uno latere via pergens a cruce Sancti Martini usque ad fluvium Potentinum,

(1) An. 1004; *R. F.* doc. 464.
(2) An. 1005; *R. F.* doc. 465.
(3) An. 1006; *R. F.* doc. 467.
(4) An. 1006; *R. F.* doc. 468.
(5) An. 1005; *R. F.* doc. 469.
(6) An. 1005; *R. F.* doc. 470.
(7) An. 1006; *R. F.* doc. 471.

ab alio latere via pergens a Sancto Stephano in rigum de Salustiano, quę sunt modiola ducenta [1]. item, Leo filius Bezonis et Berta uxor eius dederunt in hoc monasterio res territorii Sabinensis de Moiano in monte de Carro, ubi est ęcclesia Sanctę Margaritę: ab una parte cacumina montis secus ipsam ęcclesiam, ab
5 alio latere fossatus, a tertio limites et tenens Iohannes Zaidonis cum consortibus, a quarto latere via veniens a cacumine montis et descendens in viam antiquam. in ipso plano de Moiano et infra hos fines medietatem in integrum, et de suprascripta
10 ęcclesia cum monte de Carro, et medietatem casalis Ursi Ciabatte [2]. item, Bucco et Gualafossa germani refutaverunt in hoc monasterio et ad domnum Hugonem abbatem roccam in Campo Longo, et Privatim, et Carbonianum cum illorum pertinentiis [3]. item, Adalbertus filius Petri dederat res suas de
15 Salisano [4]. item, Raino filius Fulconis refutavit tertiam partem ęcclesię Sanctę Cęcilię et de dotalicio eius, et in Terentiano alias res [5]. quodam autem tempore querelatus est domnus Hugo abbas pro rebus huius monasterii, idest ‖ casalis Agulini de Terricla medietate; huius fines: Cisterna, et fossatus qui vadit in
20 viam, et fossatus qui venit a castello Lętonis, et fossatus de Battalia infecta et concacata. et in alio loco curtis Sancti Petri in Pensile medietate. et ipsam ęcclesiam Beati Petri in integrum cum rebus iuxta eam, inter hos fines: a Petra Maiori usque Fractalem sicut currit in Toranum, et per ipsum in viam, et
25 exinde in viam venientem inter casam Satulli et casam Petri pręsbyteri sicut vadit in lacum qui pergit in Toranum. et medietate ipsius molini. et medietate ipsius curtis et locorum eius in Sancto Marco, et Roboli, et casale Senaldi, et Liciniano, et Lobia, et in Spina. et in aliis locis curte Sancti Iacobi et ipsa
30 ęcclesia in integrum usque Toranum, et Pontem Fractum, et viam

c. 211 A

1-2. *Nel Regesto* Salassiano 21. *Le parole* et concacata *sono aggiunte a margine in caratteri più piccoli ma, sembrami, di mano di Gregorio. Nel Regesto si legge invece* fossatus de Vattalia cuncarata

(1) An. 1014? *R. F.* doc. 472.
(2) An. 1008; *R. F.* doc. 473.
(3) An. 1007; *R. F.* doc. 474.
(4) An. 1007; *R. F.* doc. 475.
(5) An. 1008; *R. F.* doc. 476.

per Pectorina ad Scalellas, et venit ad Arenarium et in Toranum. excepto molino suptus portam Interocrinam. et curtis Sancti Heliȩ medietate in integrum. de his omnibus prȩdictis rebus confessus est Berardus comes quod non eas contenderet per ullam inventam rationem [1]. item, Petrus clericus filius Iohannis 5 Sintonis et Boniza uxor eius dederunt in hoc monasterio res suas de Piccarella, idest quartam partem, et iuxta Muricinum Antiquum modiola tria [2]. item, Guinizo filius Amiconis et Maia uxor eius dederunt res suas de Sixtiliano, idest tertiam partem [3]. item, Petrus filius Iohannis et Octi uxor eius dederunt in terri- 10 c. 211 B torio Asculano ubi dicitur Sumati ‖ et Ancarano in ipsa villa et vocabulis eius: primam petiam terrȩ ad Franciscum et medietatem casilini cum casa, aliam petiam ad Peretum, tertiam petiam ad Fonticellas et Cesam, quartam petiam ad Caphanam, quintam petiam ad Fontes; quȩ sunt insimul modiola .v. [4]. 15 item, Franco Ampȩ dedit rerum suarum territorii Sabinensis in Lafriniano tertiam partem [5]. item, Leo de Petro diaconus et Mira uxor eius refutaverunt in Postmontem, ubi est ȩcclesia Sancti Gordiani, infra casalem filiorum Ampȩ, et in Casule, et in Lafriniano omnem decimam partem [6]. 20

Quadam vero die reclamavit domnus Hugo abbas ad Guinizonem comitem de Farolfo de Castellione pro rebus quȩ fuerunt de Goccio, qui dederat eas in hoc monasterio, et hic iniuste quesierat et invaserat eas. tunc bona convenientia et amica pactuatione per iussionem comitis et iudicum refutavit idem Fa- 25 rolfus ipsas terras et vineas et ȩcclesiam quȩ vocatur Sanctus Pantaleymon, et de fundo Plataniano, et Lumbricata, et Subripula, et Isclita, et Fossȩ: ab uno latere terra Sancti Vitalis, ab alio terra Totalis et Petri tribuni et pergit recte in flumen Tyberis, a capite ripa et via publica, a pede flumen Tyberis, cum 30 litoribus et piscariis suis, et portubus ad naves decurrendas [7].

17. *Nel testo* diaconus, *ma nel Regesto si legge* ego Leo filius Petri diaconi

(1) An. 1008; *R. F.* doc. 477.
(2) An. 1007; *R. F.* doc. 478.
(3) An. 1009: *R. F.* doc. 479.
(4) An. 1005? *R. F.* doc. 480.
(5) An. 1009; *R. F.* doc. 481.
(6) An. 1009; *R. F.* docc. 482 e 484.
(7) An. 1010? *R. F.* doc. 483.

item, prȩsbyter Azo filius Leonis dedit in hoc monasterio ‖ medietatem unius aquimoli territorii Sabinensis ubi dicitur Plana iuxta fluvium Pharpham cum ipso alveo (1). item, Franco Dominici refutavit terram de Pantanula (2). item, Loterius filius 5 Attonis et Gaido filius Bonȩ refutaverunt casalem Turris ubi dicitur Centum (3). item, Stephania uxor Ursi refutavit medietatem unius fili salinȩ in integrum de Burdonaria in pedica Cuccura (4). item, Taxilo filius Guinizonis cum fratribus suis refutavit terrȩ de Nocla medietatem in integrum (5). item, 10 Octavianus filius Ioseph et Rogata senatrix coniux eius dederunt in hoc monasterio res suas ad Cerreta, quas Arnolfus et Iohannes filius Dominici laborabant, quȩ sunt casamenta duo. et aliud casamentum quod tenuit Carincio monachus. et casamentum Iohannis Paniscaldi (6).

c. 212 A

15 Incipit privilegium.

An. 1014.

Il papa Benedetto VIII ricupera il castello di Bucciniano e lo concede al monastero insieme col distretto e placito della massa di Bucciniano.

Benedictus episcopus servus servorum Dei. convenit apostolico moderamine pia religione pollentibus benivola compassione succurrere et poscentium animis alacri devotione impertire assensum. tunc enim lucri potissimum prȩmium apud conditorem omnium reponitur Deum, quando venerabilia 20 loca oportune ordinata, ad meliorem fuerint sine dubio statum perducta. igitur notum esse volumus omnibus fidelibus sanctȩ Dei Ȩcclesiȩ prȩsentibus scilicet atque futuris, quatinus nos divino amore illustrati, ob reverentiam sanctȩ Dei genitricis semperque virginis Mariȩ, et petitionem ‖ gloriosissimi filii nostri imperatoris Heinrici, monasterio dominȩ nostrȩ Dei genitricis vir-25 ginis Mariȩ quod dicitur in Pharpha, castellum quod appellatur Buccinianum, quod super perditum habebat, reacquisivimus ad opus et utilitatem prȩdicti monasterii perpetualiter permansurum, situm in Sabinensi comitatu. deinde prȩdicti monasterii venerabilis Hugo abbas nostram adiit clȩmentiam, instantissimis prȩcibus deposcens, quatinus pro Dei amore et remedio eiusdem venera-30 bilis * * ex nostra apostolica largitate concedere dignaremur placitum et districtum de massa Bucciniani, quȩ est ante idem castellum, cum omnibus pertinentiis eidem massȩ pertinentibus vel adiacentibus. cuius prȩcibus annuentes, eidem venerabili monasterio supradictoque abbati suisque successoribus nec non et sanctȩ congregationi servorum Dei ibidem degentium prȩ-

c. 212 B

30. *Lacuna di circa cinque parole nel testo.* 31. *Nel Regesto* de Bucciniano

(1) An. 1010; *R. F.* doc. 485.
(2) An. 1011; *R. F.* doc. 486.
(3) An. 1012; *R. F.* doc. 487.
(4) An. 1011; *R. F.* doc. 488.
(5) An. 1013; *R. F.* doc 489.
(6) An. 1013; *R. F.* doc. 490.

dictę massę Bucciniani districtum et placitum cum omnibus suis pertinentiis vel adiacentiis, ex largitate beati Petri principis apostolorum et sanctę apostolicę Sedis, cuius ius esse dinoscitur, nostraque apostolica auctoritate concedimus atque confirmamus perpetualiter mansurum. scilicet ut monachi prędicti venerabilis cęnobii omni in tempore pro nobis delectent ad Deum fundere preces, et gloriosissima virgo Maria, cui famulari videntur, dum eos conspexerit nostro iuvamine quietos, suis sedulis pręcibus apud Deum filiumque suum sua miseratione nos commendare studeat. si quis autem, quod non credimus, ‖ temerarius extiterit et contra hoc nostrum apostolicum privilegium venire aut in quoquam dirumpere pręsumpserit et sicuti superius a nobis statutum est ita permanere non dimiserit, sciat se, nisi resipuerit, auctoritate Dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli atque nostra qui eius fungimur vicariatione anathematis vinculo innodatum esse et a regno Dei alienum. insuper et compositurum se sciat auri optimi libras centum, medietatem in sacrosancti Lateranensis palatio et medietatem in suprascripto monasterio. scriptum per manus Petri scriniarii notarii atque regionarii sanctę Romanę Ęcclesię, in mense augusti, indictione .xii. bene valete. datum .xv. kalendas augusti per manum Domini gratia Bosonis episcopi et bibliothecarii sanctę apostolicę Sedis, anno Deo propitio pontificatus domni Benedicti summi pontificis et universalis papę VIII in sacratissima sede beati Petri apostoli .iii. (1), imperante domno Heinrico a Deo cononato magno et pacifico imperatore, anno eius primo, [in mense et indictione suprascripta .xii.] (2).

c. 213 A

Incipit privilegium domni Benedicti papę.

An. 1017.

Il papa Benedetto VIII concede al monastero di Farfa il monastero di S. Lorenzo situato nel luogo detto Macri nel comitato Campanino.

c. 213 B

Benedictus episcopus servus servorum Dei. dilecto in Christo filio Hugoni religioso prę̨sbitero et monacho atque spirituali abbati venerabilis monasterii Sanctę Dei genitricis semperque virginis Marię dominę nostrę, siti a latere montis qui nuncupatur Acutianus super fluvium qui dicitur Pharpha, ‖ tuisque successoribus abbatibus vestręque almę congregationi perenniter in perpetuum. quotiens illa a nobis tribui sperantur quę rationi incunctanter conveniunt, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertire suffragium. atque ideo quia petistis a nobis, quatinus pro omnipotentis Dei amore mercedeque animę nostrę concederemus et confirmaremus tibi tuisque successoribus in perpetuum, idest monasterium unum quod est in honore sancti Christi martyris levitę Laurentii [quod] situm [est] in [loco qui vocatur] Macri, comitatu Campanino, cum casis, hortis, vineis, terris, campis, pratis, pascuis et silvis, sicuti infra inferius fines continere vi-

15. sacrosancti Lateranensis] *Così nel testo del Chronicon o del Regesto.* 22. *Le parole fra parentesi quadrate mancano nel testo del Chronicon e si suppliscono togliendole dal Regesto.*

(1) Effigie del pontefice Benedetto VIII. (2) *R. F.* doc. 491.

dentur, videlicet: a primo latere via quę venit a fontana Palumbę, a .II. latere rigagines qui pergunt in viam publicam quę appellatur Cerrum Ianarium, a .III. latere alia via publica quę ducit ad Balneum Novum, a .IIII. latere item alia via et rigagines qui vadunt ad Acrifolium, et exinde pergunt in Arciones, et
5 veniunt in viam suprascriptam fontis Palumbę quę est primus finis, seu et cętera alia quantacumque per diversa loca et ubicumque prope et longe petiolum reiacere et ad suprascriptum monasterium pertinere videtur, omnia iuris sanctę nostrę Romanę cui Deo auctore deservimus Ęcclesię, vobis ad tenendum, emissa pręceptione, concedere et confirmare deberemus. inclinati autem pręcibus ve-
10 stris, per huius pręcepti seriem suprascriptum monasterium Sancti Laurentii ‖ in integrum cum omnibus ad illud pertinentibus, ut superius legitur, a pręsenti .xv. indictione et usque in perpetuum, ea videlicet ratione concedimus detinendum vobis, ut servos Dei monachos qui in eodem monasterio sunt vel quos aggregare potueritis, sub castitate et modestia atque regulari et monachica di-
15 sciplina, Dei cum timore ut pater familias fovendo, gubernando atque regendo et dispensando, vel in pręfata ęcclesia luminariorum concinnationes et cottidianas laudes Deo omnipotenti omni tempore referre faciatis. unde nostra apostolica auctoritate constituimus et confirmamus vobis, ut nullus ępiscopus, marchio, comes, vicecomes, sive castaldius, aut alia quęlibet magna parvaque
20 persona audeat vos vel vestrum monasterium de iam superius pręlibato monasterio molestare aut disvestire. et qui hoc facere pręsumpserit, sciat se auctoritate domini nostri Ihesu Christi et beatorum apostolorum Petri ac Pauli et nostra maledictum, excommunicatum et anathematizatum. insuper compositurum [se sciat] centum aureos mancosos, medietatem camerę nostrę
25 et medietatem [in] sępedicto vestro monasterio. qui vero pio intuitu custos et obędiens atque observator huius nostri privilegii extiterit, benedictionis gratiam et cęlestis retributionis ęterna gaudia a iusto iudice domino Deo nostro consequi mereatur in sęcula sęculorum, amen. scriptum per manus Petri notarii regionarii et scriniarii ‖ sanctę Romanę Ęcclesię, in mense iunii, indi-
30 ctione suprascripta .xv. datum .VIIII. kalendas ianuarias, per manum Domini gratia Bosonis episcopi et bibliothecarii sanctę apostolicę Sedis. bene valete (1).

c. 214 A

c. 214 B

His temporibus Teuzo pręsbyter filius Ansę dedit in hoc monasterio res suas territorii Sabinensis ubi dicitur Lucciolus, iuxta ęcclesiam Sanctę Lucię, modiorum .III. (2). item, Siefredus filius
35 Sienolfi et Iohannes filius Benedicti commutaverunt cum domno Hugone abbate terras in Cesa Veteri modiorum .XXXII. et receperunt in Tancia montem ubi est castellum Fatucli: a primo

4. *Nel Regesto* ipsi pergentes rigagines in Arc. 5. *Nel Regesto* viam quę ducit ad fontem de Palumba

(1) *R. F.* doc. 503. (2) An. 1014; *R. F.* doc 495.

latere Furcella ante idem castellum descendens in rigaginem et petrę fixę, a secundo latere petrę fixę et terra huius monasterii, a tertio latere rigus, a quarto latere rigus cum ipso castello, modiorum .xv. (1). item, Boso filius Sabini et Todora uxor eius et Benedicta filia Leonis dederunt res suas territorii Sabinensis ubi 5 dicitur Plana, et est ęcclesia Sanctę Marię, modiola tria (2). item, Iohannes filius Benedicti et Anna uxor eius dederunt res suas de Sorbiliano de omni quarta quatuor partes, quintam exceptamus (3). item, dedit domnus Hugo abbas ad Lotherium filium Attonis per libellum casalem Petri grammatici, et Ratini, et Gennonis, et re- 10 cepit ab eo refutationem de Curuliano, modiola .CLXX. (4). item, Guinisius negotians et Saxa iugalis eius dederunt filum salinę in c. 215 a pedica Veteri (5). ‖ item, Lupo pręsbyter et alius Lupo de Mozano, et Ansa et Rosa ancillę Dei, et Petrus et Azo germani filiique Gizonis dederunt res suas territorii Sabinensis iuxta ca- 15 stellum de Mozano ubi dicitur Pes de Monte, et in fundo Curiliano, et in fundo Usano, et in Cospiano (6).

Postquam autem domnus Benedictus pontifex, rogatu piissimi Heinrici, castellum de Tribuco cum omnibus suis pertinentiis in hoc monasterio reddidit, quidam inimici Dei suaserunt domno 20 Romano consuli et duci omniumque Romanorum senatori, atque germano domni pontificis pręd icti, ut tolleret unam portionem de casalibus duobus, idest Serrano et Pontiano, quorum fines sunt: ab uno latere terra huius monasterii, a secundo latere medietas aquę Farfę, a tertio casales * * Scletum et Musigianum iuris San- 25 cti Andreę tunc montis Siractis, a quarto latere casalis Penti et Verruculę et finis Cutri, et medietatis rivi Canalis, et in suprascriptam terram quę est primus finis. hi vero fines sunt in circuitu castelli de Tribuco. et cum per aliquot dies idem Romanus suis detenuisset manibus, pręd ictus domnus abbas una cum carta do- 30 nationis quam Domnella religiosa diacona (7) antiquis temporibus de

25. *Lacuna di una o due parole nel testo del Chronicon e del Regesto.*

(1) An. 1015; *R. F.* doc. 496.
(2) An. 1015; *R. F.* doc. 497.
(3) An. 1014; *R. F.* doc. 498.
(4) An. 1014; *R. F.* doc. 499.
(5) An. 1015; *R. F.* doc. 500.
(6) An. 1016; *R. F.* doc. 501.
(7) Intorno a Domnella diacona cf. anche I, 334.

suprascriptis casalibus in hoc monasterio fecerat, ad prędictum pontificem venit, et dans cartam in manibus eius, de hac re fortiter reclamavit. qua perlecta et veritate cognita, laudavit eam, displicuitque illi quod frater eius fecerat in||iuste de rebus ipsis. c. 215 B
5 qua de causa illum ad se venire fecit, et corripiens eum, rogare cepit ut ab ipsa iniustitia recederet, et monasterium quiete ipsas res tenere sineret. quo audito domnus Romanus et cognita veritate, obędivit iussioni domni pontificis et sua sponte coram multis refutavit ipsas res in integrum (1).

10 Item, domnus Hugo abbas fecit convenientiam pactuationis cum presbyteris Sancti Eustathii, iubente domno Crescentio prefecto Urbis, et commutavit eis terram in qua sunt parietini destructi cum medietate oratorii Sancti Symeonis, et recepit ab eis curtem et domum cum puteo aquę vivę, et maiori cripta post
15 eam sinino opere coopertam, sicut a pariete antiquo circumdata videbatur. hęc omnia fuerunt hęredum Aldonis (2).

Cum vero in iudicio resideret domnus marchio Rainerius dux in turri de Corgnito, venit domnus Hugo abbas et coram omnibus ostendit atque legit cartas quas Hugo filius Teuzonis et Seria et
20 Berta filię eius fecerunt in Sancta Maria de Minione, iuris huius monasterii, de ęcclesia Sancti Peregrini et Sancti Anastasii cum omnibus pertinentiis et de ipso saline. et audiens Astaldus filius Hugonis, qui ibi astabat, respondit: « Cartulę istę bonę sunt « et legibus factę, et ipsę res et ęcclesię quę ibi leguntur nichil
25 « michi pertinent ». et iudicaverunt iudices ut deinceps prefatus Astaldus et eius hęredes taciti essent de ipsis rebus || sive ęcclesiis c. 216 A
et supradictum monasterium Sanctę Marię eas possideret in proprium. tunc domnus Rainerius marchio et dux exinde misit bannum domni imperatoris, ut si quis monasterium hoc de eis
30 disvestire presumpserit, duorum milium mancusos aureorum compositor existat, medietatem camerę imperatoris et medietatem huic monasterio (3). item, Azo filius Ramponis dedit in hoc monasterio res suas territorii Sabinensis, ubi dicitur Lanianus, modii .I. (4).

8. *Nel testo del Chronicon* ob ędium *ma nel Regesto si legge* obędivit

(1) An. 1015; *R. F.* doc. 502.
(2) An. 1017; *R. F.* docc. 504 e 506.
(3) An. 1017; *R. F.* doc. 505.
(4) An. 1017; *R. F.* doc. 507.

item, Iohannes filius Petri de Respampino refutavit in hoc monasterio terram de Terrentiano iuxta cavam de Morico, et iuxta ecclesiam Sanctę Cęcilię, ex omnibus tertiam partem (1). item, prębyter Grimaldus et filii Teuzę refutaverunt terram infra civitatem Gabis quę vocatur Turris (2). item, Rodulfus filius Iohannis dedit in hoc monasterio de Marciliano medietatem casalis quem tenuerunt ad laborandum Franco Adonis et Berardus gabiliarius (3). item, Iohannes et Stephanus filii Stephani cum suis consortibus refutaverunt casalem Alenianum in integrum (4). item, domnus Hugo abbas convenientiam et obligationem fecit ad domnum Octavianum et suos filios atque nepotes legitimos de terra et ecclesia Sanctę Marię in Massa ad Formellum quas domna Rogata coniux eius in hoc monasterio concesserat, eodem viro suo consentiente, cum omnibus pertinentiis et quantacumque pręsbyteri ipsius ęcclesię acquisierant in ipso vocabulo, et de aliis tribus casalibus ibidem, idest casale de Petroccio, casale Leonis Sabinensis, et casale Petri de Leone ferrario, ‖ cum omnibus eorum pertinentiis. de quibus omnibus constituit ut nec ipsi nec sui successores licentiam habeant ab hoc monasterio suptrahendi neque dandi per libellum aut aliquo modo nisi ad laboratores pro parte reddenda. quod si alienare vel suptrahere pręsumpserint, et probatum non emendaverint, tunc suprascriptus domnus Octavianus aut filii vel nepotes legitimi pręedictam ęcclesiam cum casalibus et pertinentiis reprehendere et ad suam proprietatem revocare licentiam habeant sine ulla çalumnia. et si postea abbas ipsas res contempserit, componat illi tantum pretium quantum de ipsa terra tunc fuerit ęstimatum (5). item prędictus domnus Hugo abbas fecit convenientiam cum domno Landuino abbate monasterii Domini Salvatoris de Letenano seu et Boiano de placito sive districto totius massę Bucciniani quę acquisierat a pontifice Romanę Sedis ad opus huius monasterii perpetualiter tenendum (6), ut homines ad placitum duceret idem abba Hugo vel eius successores, sicuti comites Sabinensis comitatus antea facere solebant. rogatus vero

c. 216 B

(1) An. 1017; *R. F.* doc. 508.
(2) An. 1017; *R. F.* doc. 509.
(3) An. 1017; *R. F.* doc. 510.
(4) An. 1018; *R. F.* doc. 511.
(5) An. 1018; *R. F.* doc. 512.
(6) Cf. il doc. a p. 37.

ab eodem Landuino abbate perdonavit illi ab ipsa hora in antea placitum et districtum de cunctis suis hominibus quos tunc tenebat ad suam manum vel deinceps acquirere poterit in curte sui monasterii de Meiana vel eius pertinentiis. et perdonavit illis
5 fodrum de castello Bucciniano et eius villa quod comites colligere solent, ‖ excepto pro imperatore, pro quo dent ipsi sicut et c. 217 A
homines nostri. et perdonavit prȩcum ut per consuetudinem illum non quȩrat. et promisit illos adiuvare et defendere contra omnes homines, sicut proprios huius monasterii homines, omni tempore
10 quotiens oportuerit. hȩc omnia promisit domnus Hugo abbas pro se suisque successoribus perpetualiter permanenda, tali tenore, ut prȩdictus abbas Landuinus et eius successores omnes homines suos de iamdicta curte Meiana omni tempore faciant in castello Bucciniano castellare, et perficiant ibi omnia sicut alii
15 castellani de guaita, et laborent ad ipsum castellum. et de culpis his legem faciant, idest de homicidio, de homine vulnerato, de furto, incendio, et traditione eiusdem castelli, de adulterio maritatȩ et ancillȩ Dei, si infra ipsum castellum commiserint. et ad legem semper sit abbas Domini Salvatoris aut eius nuntius. et
20 de compositione culpȩ perdonet abbas noster ad abbatem Domini Salvatoris medietatem. qui omni tempore faciat suos homines Domini Salvatoris ad fiduciam stare abbatum huius monasterii Sanctȩ Mariȩ. quod si abbas huius monasterii aliquid horum fregerit, et non emendaverit, componat abbati Domini Salvatoris
25 auri libras duas. et si abbates Domini Salvatoris non adimpleverint ut superius legitur, hȩc obligatio fiat inanis et vacua si non emendaverint, et abbates huius monasterii recipiant quicquid superius eis perdonaverunt (1). item, Benedictus prȩsbyter filius Iohannis militis et Anna iugalis dederunt in hoc monasterio et
30 in Sancto Theodoro ‖ intra civitatem Hortanam ȩcclesiam Sancti Petri apostoli positam in fundo Riolo, quam ipse ȩdificavit et c. 217 B
fecit, cum tota eius pertinentia, et unum petium casȩ in regione prima, et criptam sub ea iuris privatorum, et omne in eum con-

29. militis] *Nel testo* mīl

(1) An. 1018; *R. F.* doc. 513.

quisitum in fundo Riolo [1]. item, Lotharius filius Attonis refutavit portionem suam de castello Bucciniano de intus et de foris, et de loco ubi dicitur Sala, recepto prętio solidorum. c. [2]. item, prępsbyter Cando filius Stephani dedit res suas de Arnaro [3]. item, Berardus filius Guinisii dedit res suas de territorio Reatino ubi 5 dicitur Mala Morte: caput in terra de Vivaro, pedem in rigo Sancti Martini, de uno latere fossatus Stephani, de alio latere serra montis de Portica quomodo pergit in rigum Sancti Martini [4]. et alias res iuxta pertinentiam Ophiani in Puzalia [5]. et alias res in Puzalia et in Maclę [6]. et alias res in Mala Morte, idest casalem 10 Roccionis [7]. item, Tedemarius filius Iohannis dedit res suas territorii Sabinensis ubi dicitur Legaranus, iuxta confinium Reatinum, et viam de Murellis quę vadit a Sancto Vincentio et Anastasio [8]. item, Iohannes filius Anastasii Neapolitani et Stephania iugalis dederunt in hoc monasterio portionem suam Romę in regione Scor- 15 ticlari iuxta Thermas Alexandrinas de terra usque in viam publicam, quę pergit ante et suptus Arcum Pietatis, et introitum et exitum c. 218 A cum carro [9]. ‖ item, Sabinus prępsbyter filius Petri dedit res suas territorii Sabinensis ubi dicitur Barilianus. et alias res ibidem modiorum .II. [10]. item, Franco filius Frasię dedit res suas de Fla- 20 miniano et Valle et Balbiniano [11]. item, Petrus prępsbyter et Benedictus et Godius filii Ampę dederunt res suas de Aspra: a capite via et per ipsam in summum montem Cloccium, a pede rigagines et petrę fixę, ab uno latere similiter, ab alio latere revertentem in summum montem Cloccium et venientem in riga- 25 gines pedis. et alias res ibidem, et alias ubi dicitur Baccaricia, medietatem in integrum [12]. item, Valentinus prępsbyter et monachus atque custos ęcclesię Beati Antimi et Sancti Silvestri ac Symeonis comitatus Narniensis, consentientibus monachis ipsarum ęcclesiarum, dedit in hoc monasterio res suas in cuncto co- 30

(1) An. 1018; *R. F.* doc. 514.
(2) An. 1018; *R. F.* docc. 515 e 516.
(3) An. 1018; *R. F.* doc. 517.
(4) An. 1022? *R. F.* doc. 519.
(5) An. 1022? *R. F.* doc. 520.
(6) An. 1025? *R. F.* doc. 521.
(7) Circa an. 1022? *R. F.* doc. 522.
(8) An. 1019; *R. F.* doc. 523.
(9) An. 1019; *R. F.* doc. 524.
(10) An. 1019; *R. F.* doc. 526.
(11) An. 1020; *R. F.* doc. 527.
(12) An. 1020; *R. F.* doc. 528.

mitatu Narniensi et ęcclesiam Beati Antimi positam in Colle. et in pede montis Rotundi, ubi dicitur Sancti Rupti, terram ubi ipsę ęcclesię constructę sunt. in tali tenore, ut nullus abbas huius monasterii licentiam habeat easdem res et ęcclesias vendendi aut
5 commutandi vel in aliam ęcclesiam suffragandi, nisi in perpetuum in hoc monasterio conservandi et cęnobitarium faciendi [1]. item, Romanus filius Adenolfi et Formosa uxor eius dederunt in hoc monasterio res suas et ęcclesiam Sanctę Marię sub colle Baiano cum oratorio Domini Salvatoris, et Sancti Iuvenalis, et San-
10 cti Angeli, et Sancti Benedicti, et Santę Lucię, et Sanctę Crucis, ‖ et terram modiorum .v. super quam ipsa ęcclesia constitit, et aquimolum molentem. et aliam terram ibidem modiorum .II. et aliam ibidem modii .I. et solidi .I. et alias res ubi dicitur Casalis modiorum .II. et ubi dicitur Collis Malus modia .II. et me-
15 dium. et ibidem modia .II. et ubi dicitur Morianus et Vallis Paca modium .I. et medium. et aliam terram solidorum trium. et ubi dicitur Murianus et Cripta modiorum .v. et in fundo Collis Carbonis modiorum .III. et in fundo Furcella ad Murella modiorum .v. et in fundo Casalis solidi unius et medii. in
20 tali tenore, ut ipsam ęcclesiam cum rebus quas dedimus abbas huius monasterii non habeat licentiam vendendi nec donandi nec commutandi nec in aliam ęcclesiam suffragandi, sed in perpetuum in hoc monasterio conservandi et ad cęnobitale faciendi [2]. item, Gaido filius Bonę cum consortibus suis refutavit in hoc mona-
25 sterio casales de Albuciano, idest casalem Liutoni, casalem de Petro Rotrudę et casalem Merconis. et alia casamenta in Criptule, casalem de Petro Anglerię, casalem Ursi Truncamanticum, casalem Iohannis Sclantati, casalem Benedicti Madonis, et ęcclesiam Sancti Iohannis cum suis dotis, et casalem Leonis de An-
30 gelo, et casalem Iohannis de Adone [3]. item, Tinto et Boninus filii Leonis refutaverunt terram Postmontem in Materno, et in Lafriniano, et in Cassiano [4]. item, quidam homines .XII. territorii Sabinesis dederunt res suas in Cosce cum ęcclesiis [5]. ‖ item,

c. 218 B

c. 219 A

(1) An. 1019; *R. F.* doc. 529.
(2) An. 1019; *R. F.* doc. 530.
(3) An. 1020; *R. F.* doc. 531.
(4) An. 1021; *R. F.* doc. 532.
(5) An. 1020; *R. F.* doc. 533.

Leo prȩsbyter et Adelbertus germani filii Iohannis dederunt in hoc monasterio res suas territorii Reatini ubi dicitur Alatrum (1). item, Arnostrus missus domni imperatoris Heinrici revestivit Adam prȩpositum huius monasterii residens in placito apud Collectarium territorii Amiternini et ad monasterium Sancti Bartholomei de rebus huius monasterii in vocabulo Cupulo, quarum fines sunt: usque rivum et terram nostri congrui, et usque terram filiorum Guitemanni, et rigulagines, et venit in fontem, et pergit per vallem et per scrimen castelli huic monasterio pertinentis. has res iniuste tenebant filii Adenolfi cum nepotibus suis, idest Dodo, Aifredus, et filii Ingoberti, et Giso filiique Adelberti. hi ad placitum ter vocati sunt et venire noluerunt (2). item, in alio placito refutaverunt filii Rainerii, et filii Temmarii, et filii Roffredi, et filii Adelberti, atque filii Classani ad domnum Adam priorem huius monasterii et ad domnum Petrum prȩpositum Sancti Angeli res huius monasterii territorii Reatini ubi dicitur Octavus, quarum fines sunt: usque rivum qui currit in terram Zarfonis et venit in rigulaginem et in Furcellam, et in vallem et in collem de Macla Longa et in fossatum, et per ipsum in viam antiquam, et revertitur in fossatum terrȩ Zarfonis (3). item, Ofredus filius Alberici concessit in hoc monasterio res suas infra castaldatum Equanum et territorium Narnatinum, idest in Troniano, et in Cella, ‖ et in Lanzatora, et in tenentia de Figli: ab uno latere via publica quȩ pergit contra Vallem Gelatam a casis de Sicprandiscis, ab alio latere villa de Ficli et vadit in collem Carnacilis, quomodo venit in rigum Riguzani et vadit in casas Cornellȩ, a tertio latere mons Cornellȩ, a quarto latere mons Tolosеȩ pergens ad cellam et per eius viam usque in casas de Sicprandiscis, modiorum .c. et portionem de ȩcclesia Sancti Martini (4). item, Ildebaldus filius Sergiȩ, et Rapizo filius Attonis, et Eusebia relicta Rainerii, et Atria uxor suprascripti Ildebaldi dederunt in hoc monasterio res suas comitatus Reatini ubi dicitur

c. 219 B

5 10 15 20 25 30

(1) An. 1021? 1022? *R. F.* doc. 534.
(2) An. 1021? 1022? *R. F.* doc. 535. Cf. I, 292 e *R. F.* doc. 601.
(3) An. 1021? 1022? 1023? *R. F.* doc. 536.
(4) An. 1022? 1024? *R. F.* doc. 537.

Grecię [1]. item, Bonizo pręsbyter, et Benedictus et iterum Bonizo pręsbyteri, et Leo, et Franco dederunt in hoc monasterio ęcclesiam Sancti Iohannis comitatus Narniensis, ubi dicitur Torellus, cum cartulis .XL. de eius possessionibus [2]. item, Iohannes filius
5 Leonis et Ingerlada uxor eius dederunt in hoc monasterio res suas territorii Sabinensis in Cesa Veteri modii .I. [3]. item, Adenolfus filius Marię et Sergia uxor eius dederunt in hoc monasterio res suas territorii Sabinensis de Rescaniano, et in Acutiano cum portione ęcclesię Sancti Martini [4]. item, Berardus iudex
10 filius Dodati dedit in hoc monasterio res suas territorii Reatini, ubi dicitur Noveri, in Capitigiano, et in Paganico: prima petia est casarinus in Greci, secunda in fine Sancti Sabini, tertia ad Piscinas, quarta ibi prope, quinta in Campo Riano, || sexta ibi prope; septima in prato de Paganica ad rigum Cosarium, octava inter
15 fractas de prato, nona in Rapinali, decima in Rabicella Grecula, undecima in Riano, de qua exceptatum est modium .I. [5]. item, Petrus filius Rainerii dedit in hoc monasterio res suas quas aquisierat per commutationem ab episcopo Reatino infra ipsum comitatum ubi dicitur Quintilianus: ab uno latere Caneria, a se-
20 cundo latere Tremulum, a tertio latere rigus Alatri, a quarto latere via, quę sunt modiorum quinquaginta. et alias res in Monte Nigro iuxta Cęsam Reatinam modiorum .XX. cum ipso Cerrito [6]. item, Petrus filius Saxonis dedit in Casa Librici territorii Sabinensis modia .II. et alias res ibidem modii .I. [7]. ipso tem-
25 pore reclamavit domnus Hugo abbas ad Oddonem et Petrum comites de filiis Teuzonis et filiis Azonis et filio Crescentii qui tenebant in Feclinis res huius monasterii, et refutaverunt eas statim per iussionem comitum et iudicum. item reclamavit de filiis Marozę et nepote eorum filio Beraldi qui tenebant in Campo
30 Adonis res huius monasterii, qui similiter refutaverunt eas in hoc monasterio. et cum eis refutavit Crescentius filius Landulfi cum suis fratribus et cum Matilda matre eorum. re-

c. 220 A

(1) An. 1022? *R. F.* doc. 538.
(2) An. 1020? 1022? *R. F.* doc. 539.
(3) An. 1022; *R. F.* doc. 540.
(4) An. 1022; *R. F.* doc. 541.
(5) An. 1022? 1026? *R. F.* doc. 542.
(6) An. 1023; *R. F.* doc. 543.
(7) An. 1024; *R. F.* doc. 544.

futaverunt etiam Iohannes et Roccio de Arifuso, et Petrus prȩsbyter de Inga, et Franco et Ropertus filii Iohannis de Inga, et Stephanus cum coniuge sua Benefacta. item, Tedemarius c. 220 B filius | Rodulfi, et Rodulfus filius Georgii cum suis fratribus, et Iohannes notarius refutaverunt res de Cusiano. Oreclanium 5 vero, et Muricentum, et Licianum, ubi est ȩcclesia Sancti Angeli, refutaverunt filii Tebaldi, et filii Landulfi cum suis fratribus et cum Matilda matre eorum, et Bernengarius de Urbana, et Boniza mulier Tebaldi, et Raptis mulier Gozonis cum filiis suis. Barbanum autem refutarunt filii Seniorícti, et Aldebaldus, et Rai- 10 nerius de Maroza, et filius Landulfi cum Matilda matre et fratribus suis. et comites miserunt bannum pro suprascriptis rebus per unumquemque .reum auri optimi libram .I. [1]. item, Sico prȩsbyter dedit in hoc monasterio res suas de Rescaniano iuxta rigum Calentinum et portionem de ȩcclesia Sancti Martini. et 15 alias res de Agutiano iuxta rigum de Rescaniano [2]. item, Dominicus filius Petri et Lupa uxor eius dederunt res suas de casale ubi dicitur Agelli iuxta Rigianam [3]. item, Adam filius Petri et Isa uxor eius dederunt in hoc monasterio res suas territorii Asculani ubi dicitur Sumati, et villa de Carano: prima petia est 20 ad Casarinas cum casa, secunda ad Fonticellas, tertia ad Franciscum, quarta vero secus terram filiorum Odemundi [4]. item, Rainerius et Conius filii Odemundi dederunt res suas in suprascripto territorio ubi dicitur Mocarca, quarum fines sunt: fluvius Negia, et Gulganus, et pertinentia Maclȩ, et fluvius Trointus, et 25 sunt modia .CL. pro quibus prȩtium receperunt a domno Hugone abbate librarum triginta argenti [5]. || item, Sigizo filius c. 221 A Iohannis et Doda uxor eius dederunt in hoc monasterio res suas pertinentiȩ Scandriliȩ iuxta Fontem Marmoream et rigum Caculi [6]. item, Petrus filius Tophanii dedit ȩcclesiȩ Sancti Fla- 30 viani territorii Reatini foris Pontem tertiam partem et alias res ibidem [7]. item, Iohannes prȩsbyter filius Maionis dedit de ter-

(1) An. 1024; *R. F.* doc. 545.
(2) An. 1024; *R. F.* doc 546.
(3) An. 1024; *R. F.* doc. 547.
(4) An. 1024? 1025? *R. F.* doc. 548.
(5) An. 1024? 1025? *R. F.* doc. 549.
(6) An. 1023; *R. F.* doc. 551.
(7) An. 1022? 1027? *R. F.* doc. 552.

ritorio Asculano ad Farbezanum per diversas pezias modiola .XXIII. et eo amplius [1]. item, Gualafossa filius Totonis dedit de Puzalia ad Maceras et de castello Totonis duas partes [2]. item, Franco filius Nonvoliȩ dedit in hoc monasterio res suas territorii 5 Sabinensis ubi dicitur Fistula, in quo est ȩcclesia Sancti Blasii ad Faldum iuxta rigum Garri. et alias res de Puzalia, casalem Frassum totum in integrum. et alias res eiusdem territorii Reatini in Fala, seu sub casale quem tenuit Maioranus et Adelmarius [3]. item, Aldebaldus dedit de Grecia res suas modiorum .V. 10 et alibi modiorum .VII. et petiam terrȩ in Cȩsa Cardosa [4]. item, Maifredus filius Gottifredi dedit de territorio Reatino ubi dicitur Parrara modium .I. et sextarium .I. [5].

Anno autem dominicȩ incarnationis millesimo .XXVII., imperii vero domni Chuonradi primo, mense iulii, indictione .X., Berardus 15 filius Attonis fragilitatem humani generis pertimescens et ultimȩ tempus vitȩ, ne sine aliquo boni operis respectu migraret a seculo, sed prepararet sibi viam salutis per quam ad ȩternam beatitudinem perveniret, ‖ iccirco pro remedio animȩ suȩ et Rainerii dilectissimi filii sui et ut veniam delictorum consequi mereretur, 20 dedit et in perpetuum concessit atque de iure suo in ius et dominationem huius monasterii Pharphensis donavit unum monasterium Domini Salvatoris ducatus Spoletani inter confinium Teramnanum et Reatinum comitatum ubi dicitur ad Marmora, cum omnibus ad ipsum pertinentibus et quȩ modo habet et dein- 25 ceps acquirere poterit. sic tradidit suprascriptum monasterium Domini Salvatoris ad proprietatem huius monasterii Sanctȩ Mariȩ et per cartulam donationis confirmavit, sicut superius legitur, coram his testibus: idest Rolando filio Riconis, Eddo Valentino filio Iohannis, Benedicto. et ipse suprascriptus Berardus confir- 30 mavit et manu sua subscripsit ✠. Adam quoque iudex et notarius complevit et clausit [6]. item, Iohannes et Petrus prȩsbyteri reddiderunt quandam prȩstariam et refutaverunt res ibi descriptas

c. 221 B

1. pezias] *Così nel testo.*

(1) An. 1024; *R. F.* doc. 553.
(2) An. 1026; *R. F.* doc. 555.
(3) An. 1026; *R. F.* doc. 556.
(4) An. 1025? 1028? *R. F.* doc. 557.
(5) An. 1026? 1028? *R. F.* doc. 558.
(6) An. 1028; *R. F.* doc. 559.

cum ęcclesia Sancti Iacobi et eius pertinentiis [1]. item, Deodatus pręsbyter filius Mollicę dedit duas partes ęcclesię Sancti Rufi et Sancti Benedicti territorii Novertini ubi dicitur Paganicus cum libris .XII. et totum campanile. et alias res ibidem, et terram modiorum .XXX. [2]. item, Tebaldus, et Sebia, et Lavinia dede- 5 runt in hoc monasterio res suas comitatus Reatini ubi dicitur Grecię, et Rotę, et Cesa Cardosa modiorum .VIII. [3]. item, Tedemarus filius Rainerii et Tedemarus filius Tedemari dederunt res
c. 222 A suas ‖ territorii Reatini in Monte Nigro et in Cerrito modiorum .XX. [4]. item, Atto filius Venerię dedit res suas ducatus 10 Spoletani castaldati Equani ac territorii Narnatini ubi dicitur Lanzatoria modium medium [5]. item, Iohannes et Traso filii Petri dederunt in eodem territorio in villa ad Bubitam et ad Cretaiam modium .I. et sextaria .II. [6]. item, Adam filius Iohannis et Gironta uxor eius dederunt intra civitatem Reatinam ad Sanctum Geor- 15 gium casalicium unum et casam, et in Campo Maris terrę petiam unam, et in Campoliscum terrę petiam unam [7]. item, Samson filius Guinisii dedit res suas comitatus Reatini de Puzalia ubi dicitur Mala Morte ad Maclas: a primo latere pertinentia terrę quam tenuit Sinebaldus ascendentes in summum montem, tenentibus 20 filiis Totonis et descendentes in pertinentiam Ofiani, ab ipso fossato Sculculę descendentes in rigum Sancti Martini et ascendentes in summum montem Ornectam et inde venientes in pertinentiam Vivari et descendentes in rigum Sancti Angeli et in suprascriptum rigum Sancti Martini, cum aquimolis et ęcclesiis 25 omnibusque pertinentiis [8]. item, Iohannes filius Remedii et Liotolfus pręsbyter filius Iohannis dederunt res suas territorii Narnatini ad Bubitam, et ęcclesiam Sancti Stephani cum omni pertinentia, et petiam terrę cum casa ubi ipsi habitabant, et de petia terrę casę filiorum Iohannis Amizonis partes .II., et petiam a Se- 30
c. 222 B cenali, et aliam a prato filiorum Moronti, et petiam a Puzo, ‖ et

(1) An. 1028; *R. F.* doc. 560.
(2) An. 1026? 1027? *R. F.* doc. 561.
(3) An. 1028; *R. F.* doc. 562.
(4) An. 1030; *R. F.* doc. 563.
(5) An. 1034? 1036? *R. F.* doc. 564.
(6) An. 1034? 1036? *R. F.* docc. 565.
(7) An. 1036; *R. F.* doc. 566.
(8) An. 1036; *R. F.* doc. 567.

ad Coniolos suptus casas filiorum Venerię, quę sunt modia .c.[1]. item, Hugo pręsbyter filius Donati dedit res suas territorii Reatini castaldati Ophiani ubi dicitur casalis Petri Asonis iuxta fontem, in quo est ęcclesia Sanctorum Vincentii et Anastasii martyrum; to-
5 tam ęcclesiam dedit et medietatem omnium rerum et tres portiones de alia medietate; et alias res ubi dicitur Campus Coniuli [2]. item, Transaricus filius Maifredi dedit terram suam et res Salomonis germani sui in comitatu Reatino et Furconino, et portionem pertinentię Ophiani infra castellum vel a foris, et ad Turres cum
10 suis pertinentiis, et ad rigum de Angri, et ad Vespulum, et omnem pertinentiam Montis Pesclosi, et in monte ubi est ęcclesia Sancti Iohannis cum suis pertinentiis. harum rerum fines sunt: pertinentia de Mala Morte, et de Vivaro, et Berardi comitis filii Rainaldi, et filiorum Herimanni, et de Ciculanis, et filiorum Gui-
15 donis, et filiorum Totonis. et de comitatu Furconino. in Treveri. et ubi dicitur Paternus, in quo est ęcclesia Sancti Gregorii. et ęcclesia Sancti Liberati ubi dicitur Calicla, in quo sunt aquimola. et in Paganica. et in Camarda. et in Vutri. et in Sancto Chrisanto. et ad puteum Valentini suptus ęcclesiam
20 Sancti Gregorii. et ad Civitatem. et in Banio. et in Amiterno. et infra civitatem Reatinam. et in Plage. et in Margarita [3]. item, Azo filius Berengarii dedit in hoc monasterio res suas territorii Reatini de || Monte Nigro modiorum .xx.[4]. item, Lidinus filius Maifredi dedit res suas de   c. 223 A
25 Ophiano, idest sextam partem in integrum [5]. item, Deodatus pręsbyter filius Mollicę et alter Deodatus filius Iohannis dederunt in hoc monasterio duas partes ęcclesię Sancti Rufi territorii Novertini in Paganico cum omnibus pertinentiis [6]. item, Andreas filius Ursi dedit res suas de Grecię et ubi dicitur Gualda-
30 tura modiorum .v.[7]. item, Berardus et Guido filii Oldebaldi dederunt in suprascripto vocabulo de casale Iohannis Curti modium .I.[8]. item, Octavianus filius Ioseph dedit in hoc mo-

(1) An. 1036; *R. F.* doc. 568.
(2) An. 1030? 1036? *R. F.* doc. 569.
(3) An. 1038; *R. F.* doc. 570.
(4) An. 1038; *R. F.* doc. 571.
(5) An. 1017? 1020? *R. F.* doc. 572.
(6) An. 1023? 1032? *R. F.* doc. 574.
(7) An. 1033? 1038? *R. F.* doc. 575.
(8) An. 1025? 1031? *R. F.* doc. 576.

nasterio res suas ducatus Spoletani territorii Nocerini, idest duas portiones Caballi Albi, videlicet curtem quę ei in portionem evenit a consortibus suis, cuius fines sunt: desuper serra de Pila et terra curtis Acillionis, a secundo latere terra filiorum Daddonis et Hugonis et Lętonis recte venientes in clusam Sancti Victorini, 5 a tertio latere mons Sancti Angeli ad Camillianum, a quarto latere Camillianus et Semonclaria recte venientes ad primum latus. et duas portiones Sancti Euticii et Sancti Donati et de casamentis eiusdem curtis. et sunt modiola ducenta [1]. item, Berardus comes filius Teudini comitis commutavit in hoc monasterio res 10 suas infra territorium Reatinum ubi dicitur Veranus modiorum tercentorum .L., quarum fines sunt: Calcarola, et terra filiorum Corvini, et Pusanum, et terra filiorum Aldonis. et alias res in vocabulo Sancti Laurentii iuxta fluvium Mellinum modiorum .CLX. c. 223 B ad modium teatinum. et ‖ medietatem duarum ęcclesiarum in 15 rebus de Verano, et cum podio quod ibi fuit. unde recepit in commutationem a domno Hugone abbate res huius monasterii territorii Teatini infra fines Atissę, sub monticello super fluvium Sangrum ubi Fara ędificata fuit, modiorum quingentorum [2]. item, Aldebaldus filius Sergię, Rainerius et Rapizo filii Attonis dederunt 20 in hoc monasterio ęcclesiam Sancti Cassiani in Grecia cum terris ibi prope modiorum octoginta, et unum molinum [3]. item, Cancio et Iohannes filii Rainerii dederunt portionem suam de aquimolo in suprascripta curte de Grecia [4]. item, Hildegerius prębyter filius Azonis de castaldato Falagrinensi ubi dicitur Bacunius 25 dedit in hoc monasterio ęcclesiam Beati Petri ubi dicitur ad Collem cum rebus suis ibidem [5]. item, Hilperinus qui cognominabatur Bonhomo vendidit in hoc monasterio res suas in Sumati ad Hilica modiorum .LXX. et recepit prętium a domno Hugone abbate mobilium rerum solidorum .CC. [6]. item, Iohannes presbyter filius 30 Benefactę dedit res suas de Sixtiliano [7]. item, Lotharius filius Attonis et alii Tribucani refutaverunt ad domnum Hugonem ab-

(1) An. 1024; *R. F.* doc. 577.
(2) An. 1015; *R. F.* doc. 578.
(3) An. 1015; *R. F.* doc. 579.
(4) An. 1016; *R. F.* doc. 580.
(5) An. 1014? 1018? 1024? *R. F.* doc. 581.
(6) An. 1022? 1025? *R. F.* doc. 582.
(7) An. 1025; *R. F.* doc. 583.

batem de castello Tribuco a Petra Maiori quę est super ęcclesiam Sanctę Lucię et usque carbonariam antiquam quę est super ipsum castellum, et ipsam roccam, ut nullo modo aliquid amplius contendant infra ipsos fines contra hoc monasterium. et pęnam
5 compositionis posuerunt auri purissimi librarum .VIII.[1]. item, Fresa relicta cuiusdam Roccionis dedit in hoc monasterio ‖ Romę domum suam terrineam scanduliciam in regione nona non procul a Thermis Alexandrinis[2]. item, Franco filius Nonvolię dedit in hoc monasterio territorii Sabinensis ęcclesiam Sanctę Eugenię cum
10 rebus suis ibidem, quarum fines sunt: via Romana, rivus Bubita, Riana et Pons Marmoreus[3]. item, Marinus nobilis vir de Turre dedit in hoc monasterio portionem suam territorii Ponticelli, idest medietatem cum ęcclesiis et omnibus pertinentiis, alia vero medietas erat Crescentii olim pręfecti suique germani, et sunt ipsę
15 res in loco qui vocatur Sancta Barbara[4]. item, Beno filius Guidonis vendidit in hoc monasterio res suas de Sixtiliano prętio solidorum .x.[5]. item, Guarinus filius Aifredi dedit in hoc monasterio locum molendini in Currisio in casale qui fuit de Caimo[6]. item, Martinus et Sabinus filii Dominici dederunt in hoc mona-
20 sterio portionem suam de podio in Sorbiliano[7]. item, Merco filius Ansefredi et Anna uxor eius dederunt res suas territorii Sabinensis in Leiano super castellum de Cantalupo, et in alio vocabulo quod dicitur Mogianus[8]. item, Falco filius Arnulfi dedit in hoc monasterio res suas territorii Sabinensis ubi dicitur Cam-
25 pana, in quo est ipsum castellum[9]. item, Lucia filia Prodę, et Amato filius Remedii dederunt res suas de Lafriniano[10]. item, Rainio filius Ittę, et Iohannes prębyter et Simeon filii Rainonis dederunt res suas de Calviniano qui cognominatur Vallis Gramundella[11]. item, Iohannes qui cognominabatur de Georgio
30 dedit in hoc monasterio ‖ ęcclesiam Sanctę Marię territorii Collinensis in fundo Manciano cum omni illius pertinentia, et ęccle-

c. 224 A

c. 224 B

(1) An. 1026; *R. F.* doc. 584.
(2) An. 1029; *R. F.* doc. 585.
(3) An. 1029; *R. F.* doc. 586.
(4) An. 1036? *R. F.* doc. 587.
(5) An. 1036; *R. F.* doc. 588.
(6) An. 1036; *R. F.* doc. 589.
(7) An. 1036; *R. F.* doc. 590.
(8) An. 1037; *R. F.* doc. 591.
(9) An. 1037; *R. F.* doc. 592.
(10) An. 1037; *R. F.* doc. 593.
(11) An. 1037; *R. F.* doc. 594.

siam Sanctę Lucię quę posita est in monte Marciano, fines vero: a fossato in fossatum et fistula cum aqua (1). item, Aza relicta Rainerii et filia Adelberti, consentiente Bonefatio filio eius, dedit in hoc monasterio res suas de Cornazano modiorum .III.(2). item, Pico filius Benedicti et Boniza uxor eius refutarunt in hoc mo- 5 nasterio res de Castellione iuxta Cesam Arnonis, et recepit prę-tium solidorum .XXIII.(3). item, Romanus pręsbyter filius Iohannis dedit in hoc monasterio res suas territorii Reatini de Ophiano ubi dicitur Castellionis modiorum .VIII. (4). item, Benedictus prę-sbyter filius Arnulfi dedit in hoc monasterio portionem suam de 10 Sextiliano, et alias res de Nazano (5). item, Iohannes Tiniosus refutavit in hoc monasterio res unde scriptum acceperat ab hoc monasterio cum portione ęcclesię Sanctę Marię in Pisile, et ibidem tertiam partem unius molini (6).

Erat autem tunc temporis contentio inter huius monasterii mo- 15 nachos et nepotes Hilderici ac filios eius qui tenebant has curtes huius monasterii: idest curtem de Marruce cum servis et ancillis. curtem de Puplito cum servis et ancillis. et in Civitate terras et prata. in campo Fingiani, et in Termine, et per alia loca et vo-cabula. in Interocro duas curtes, Sextuni et Vallantis, cum il- 20 larum pertinentiis, unde est castellum Ianulę quod tenent per iniu-stum concambium, in montibus ibi prope constitutis. et | in (c. 225 A) Campo Ancillarum Dei. in Paterno, et Moza, et Ponte, atque Arturano. in Cesonis Cerretum Monaciscum, et gualdum de Treforco, et casalem Optuli, et casalem Maximum. in Reatina 25 civitate de intus et de foris. et curtem Sancti Gregorii. et in Ciculano terram quam perdiderunt sua negligentia et parentum suorum. in plurimis quoque locis vendiderunt parentes eorum et ipsi de prędictis rebus, etiam servis et ancillis. censum vero tempore prępfati Hugonis abbatis non dederunt. pro his denique 30 culpis reclamaverunt huius monasterii prępositus Adam et aliqui

29. censum] *Così nel testo del Chronicon; nel Regesto* incensum

(1) An. 1038; *R. F.* doc. 595.
(2) An. 1038; *R. F.* doc. 596.
(3) An. 1043; *R. F.* doc. 597.
(4) An. 1043; *R. F.* doc. 598.
(5) An. 1043; *R. F.* doc. 599.
(6) An. 1044; *R. F.* doc. 600.

monachi super eis ad Hernostrum nuntium Heinrici imperatoris, qui reinvestivit eos de ipsis rebus, quas tenuerunt per plures dies. redeuntem vero prȩfatum abbatem a Troia, ubi ierat cum eodem imperatore, ceperunt prȩdicti per se suosque amicos et parentes
5 nimis rogare, ut cum eis faceret finem. tandem venit ipse abbas cum illis, nolentibus monachis suis, in hanc convenientiam, qua illi refutarunt ȩcclesiam Sancti Nazarii cum Vallanti et medietatem de Paterno, et medietatem de Monte Divino, et ȩcclesiam Domini Salvatoris cum duobus molinis, et cum toto tenimento
10 Andreȩ prȩsbyteri. hȩc omnia tenuit prȩdictus abbas per annum .I. post hȩc iterum ipsis rogantibus reddidit Paternum medium et medietatem Montis et molendinum .I. alias res cum prȩdictis ȩcclesiis ad suam manum retinuit per istos fines: Limitem Grossum, et terram Domini Salvatoris, || et terram filiorum c. 225 B
15 Passiniani, et trivium de Campo Ancillarum Dei quomodo vadit per viam publicam ad pontem Sancti Sebastiani et descendit inde in flumine, et ubicumque Ursus prȩsbyter tenebat in montibus et planitiebus. sic nanque finitum est (1).

Item, Mainerius filius Otȩ dedit per commutationem in hoc
20 monasterio res suas de Furcone in villa de Barisiano ad colles modiorum .VIII., et recepit ibidem post limitem modia .IIII. et quartaria tria (2). item, Berardus filius Attonis dedit in hoc monasterio pro anima Rainerii filii sui res suas ducatus Spoletani, comitatus Reatini, quarum fines sunt: via quȩ pergit ad res San-
25 cti Iohannis, et ad fontem Ansarici, et ad torrentem, et ad terram filiorum Hilderici, et ad limitem et costam Montis Ponzuli, et pergit ad Crucem et per pedem montis Lestȩ et per collem quem Iohannes Crassus tenuit, et venit in flumen Mellinum et in Scalellas de Osano, et venit ad Sanctum Fortunatum et per montem
30 Sancti Maronis et venit ad Monumentum ad vadum de Pararia.

6. **nolentibus]** *Così nel testo.*

(1) *R. F.* doc. 601, e ripetuto al doc. 1285. Il documento non ha data, ma tutte le trattative di cui si fa parola in esso debbono essersi svolte tra il 1014 e il 1024, anni dell' impero d' Enrico II, e più precisamente intorno all' anno 1022 in cui l' abbate Ugo andò con l' imperatore a Troia. Vedasi riguardo a ciò I, 77, 292, e in questo volume a p. 46.

(2) An. 1004; *R. F.* doc. 701.

harum omnium rerum medietatem, quas ipse tenuerat tertia die antequam Transaricus germanus eius moreretur, dedit et confirmavit in hoc monasterio (1). item, Roccio filius Roccionis et fratres eius commutaverunt in hoc monasterio res suas territorii Sabinensis ad collem Sancti Martini in villa Terria modiorum .xxiii. 5
c. 226 A et receperunt a domno Hugone abbate collem iuxta ‖ castellum Cuphi modiorum .xxii. (2). item, Iohannes filius Luponis dedit res suas modii .i. ubi dicitur Acutus et Furcilla (3). item, Petrus et Giletruda et Benedictus qui Piro vocatur dederunt in hoc monasterio et in Sancto Adriano civitatis antiquę Tyburtine de fundo Marini 10 portionem suam (4). datę sunt etiam in suprascripto Sancto Adriano portiones Leonis qui vocatur Bioccus et Constantię iugalis eius non longe ab ipso monasterio (5). et in regione quę vocatur Vicus Patricii domus terranea cum curticella. et in fundo Lippiano vinea ordinum nonaginta. et portio de fundo Ferrata 15 cum ęcclesia sicut fuit Iohannis pręsbyteri et monachi quę vocatur de Erma (6). item, Benedictus pręsbyter filius Sabini, recepto prętio librę .i., refutavit in hoc monasterio res de Paternione ubi dicitur Turris (7). item, Iohannes pręsbyter filius Gregorii dedit in hoc monasterio portionem suam de ęcclesia Sancti Iohannis 20 cum terra et vinea iuxta eam in comitatu Asisinato ubi dicitur Vallefreda modiorum .ii. et ad Basco modiorum quatuor. et in Plage modiorum .ii. (8). item, Hildebaldus filius Ittę cum Attone filio suo et Adelberga uxore eius dedit res suas de suprascripto comitatu ubi dicitur Silvulę modiorum .viii. et dimidium. et in 25 Satriano modiorum .iii. item, in Satriano modiorum .xvii. (9). item, Adelbertus filius Silvestri commutavit in hoc monasterio res suas de fundo Collis Baiani iuxta Laiam (10). item, Leo de Roccio dedit res suas de pertinentia Catini in Miliano et Biliano mo-
c. 226 B diorum .vii. et alias res ibidem ‖ modiorum .iii. et alias res 30

22. *Nel Regesto* Bosco

(1) An. 1023; *R. F.* doc. 702.
(2) An. 1002; *R. F.* doc. 703.
(3) An. 1022; *R. F.* doc. 704.
(4) An. 1003; *R. F.* doc. 705.
(5) An. 1006; *R. F.* doc. 706.
(6) An. 1007; *R. F.* doc. 707.
(7) An. 1012; *R. F.* doc. 708.
(8) An. 1034; *R. F.* doc. 711.
(9) An. 1038? 1039? *R. F.* doc. 712.
(10) An. 1024; *R. F.* doc. 713.

ibidem modiorum quatuor (1). item, Petrus filius Iohannis dedit in hoc monasterio de massa Toccię ad Antiscanum res suas in integrum (2). item, Benedictus pręsbyter filius Petri et Dominica devota femina dederunt in hoc monasterio res suas de Colle Sicco
5 et Paicla Folgia modiorum .v. et in fundo suprascripto Collis Sicci modium .I. et alias res ibidem modii .I. et in fundo Albanetta, et ubi dicitur Longulę, et in fundo Collis Baiani ad Gallita terrę petias .III. (3). item, Crescentius filius Duranti et Maroza uxor eius dederunt in hoc monasterio res suas de Or-
10 telle, et ubi dicitur Barbianus (4). item, domnus Petrus et Adrianus nepos eius simul abbates dederunt in hoc monasterio et domno Hugoni abbati monasterium Sancti Angeli et Sancti Benedicti comitatus Narniensis ubi dicitur Taizanus in ipso monticello cum omnibus pertinentiis, quarum fines sunt: a fossatu pergentes in
15 viam euntem ad Montem Maiorem, et inde in fossatellum ab aquilonis latere et tenentes hęredes Maifredi quomodo vadit in viam publicam sub monte suprascripti monasterii et pergit in fossatum primę coherentię. et alias res ibidem. et ęcclesiam Sancti Benedicti cum terra et vinea circuitus eius. et res in
20 fundo Stilgiano. et ad Fontanam. et in fundo Campo de Monumento petias quatuor. et in fundo Carboniano petias quatuor. et in fundo Ticciano modia .v. et in fundo Quarta ęcclesiam Sancti Benedicti cum eius pertinentiis. et in fundo Gualdiciolo modia .VIIII. et in Plenasella modia .II. ‖ et in c. 227 A
25 fundo Pacciano modia .XL. et medietatem ęcclesię Sancti Gregorii. et in fundo Terentiano modia .II. et ibidem petias tres ubi dicitur ad Sanctam Crucem. et in monte Taizano modia .X. et in fundo Valle Cupa solidorum quatuor. aliam petiam modiorum .III. de ipso monte. et in fundo Castanea modia .VI.
30 et in fundo Latrongiano. et de fundo Orilgiano. et de fundo Galbano. et de fundo Plagiano. et de fundo Columellę. et ęcclesiam Beati Martini in civitate Narniensi regione Sancti Severini. et in fundo Agelli ad Lumbricitum modia .v. et de fundo Pastina solidorum .VI. et medietatem ęcclesię Sanctę Marię

(1) An. 1033-1044; *R. F.* doc. 715.
(2) An. 1036; *R. F.* doc. 716.
(3) An. 1036; *R. F.* doc. 717.
(4) An. 1037; *R. F.* doc. 718.

de fundo Ortiscano. et in fundo Fabriciano ęcclesiam Sanctę Felicitatis cum terris modiorum .x. et in fundo Fracta suptus via Flaminea modia .III. et in fundo Flaganello ęcclesiam Sancti Martini. et terras ibidem. et ęcclesiam Sancti Sabini in integrum. et terras de fundo Fraxineta. et de fundo Tabula. et de fundo 5 Verulę. et de fundo Capitone. et de fundo Collę. et de fundo Aqua Puzola. et de fundo Bobio quod nominatur Sancti Valentini. in comitatu Amerino ubi dicitur Gallorum ęcclesiam Sancti Stephani in integrum. et in colle Maclę de curte Sancti Viti quę eis pertinebant. et de fundo Corbiano. et de 10 fundo Stiphoni duo aquimola. et aliud in fundo Corentiano ad Criptas. et in Rome regione nona ęcclesiam Sancti Benedicti in integrum (1). item, Dodo filius Probonis et Aio filius Benedicti et filii Amiconis ‖ commutaverunt in hoc monasterio de Col- c. 227 B lectario ad Zesea Pratellę modiorum .II. et semodialis, et recepe- 15 runt ibidem modia .II. (2). item, Franco et Bonus filii Saxę cum uxoribus suis dederunt in hoc monasterio res suas de Rescaniano (3). item, Gualkerius filius Emmonis dedit in hoc monasterio res suas territorii Furconini ad Cornella modiorum .XL., et recepit in commutationem de Ceserano terram incultam modiorum triginta (4). 20 item, Iohannes filius Gaidonis refutavit in hoc monasterio portiones de castellis et podiis et omnibus rebus territorii Sabinensis quas pater eius per scriptum tenuit (5). item, Gualkerius supradictus commutavit in hoc monasterio res suas territorii Furconini petias .II.: primam modiorum .VIII. ad vadum de Paganica, 25 secundam modiorum .III., et recepit ad Petram Latam modia .X. (6). item, Aldo filius Andreę commutavit in suprascripto territorio ad Aquilentrum modia .V., et recepit in colle Sancti Moronis modia .IIII. (7). item, Atto qui vocatur Martius dedit in hoc monasterio territorii Amiternini res de Tisingano ad Sanctum Nereum medietatem terrę, idest modia .X. cum medietate eiusdem ęcclesię (8). item, Atto filius Seniorícti dedit in suprascripto terri-

(1) An. 1036; *R. F.* doc. 719.
(2) An. 1037; *R. F.* doc. 720.
(3) An. 1022; *R. F.* doc. 722.
(4) An. 1023; *R. F.* doc. 723.
(5) An. 1037; *R. F.* doc. 724.
(6) An. 998; *R. F.* doc. 725.
(7) An. 998; *R. F.* doc. 726.
(8) An 998; *R. F.* doc. 727.

torio ad Maclas modia .IIII. et in campo Lavareta modium .I. et ad Sanctum Heliam modia .III. recepit in commutationem (1). item, Dodo iudex et Manfredus filii Azonis commutaverunt in hoc monasterio res de Collectario: primam petiam in Pantano modio-
5 rum .XVI., secundam ibidem prope modiorum .XIIII., tertiam modiorum .XX., aliam ad Pratella modiorum .X., aliam ibidem prope modiorum .X. et receperunt in ipso vocabulo per diversa loca modia sexaginta (2).

Domnus itaque Hugo abbas prętio solidorum sexaginta con- c. 228 A
10 cessit res huius monasterii in Bariliano territorii Sabinensis iuxta Paccianum. item, pro solidis .XXX. concessit in Iviano et in Monte Aureo. pro solidis .XXX. concessit in Iobiano. pro solidis quatuorcentis concessit in Viaro: a capite summum montis, a pede ripa, hinc rigus, inde tenet Azo cum suis consortibus. et
15 in Calviniano, et Casa Pauli, et in Agutiano, in quo est ęcclesia Sancti Sabini. de his omnibus medietatem et nonam partem alterius medietatis. et in Urbana suptus ęcclesiam Sancti Viti medietatem de duobus aquimolis pro solidis sexaginta concessit in Ortisano. pro solidis .XX. concessit in Baniolo. pro so-
20 lidis .C. concessit in Puliano quasdam res et ęcclesiam Sancti Benedicti. item, pro solidis .XXX. concessit in eodem loco. pro solidis .C. concessit infra antiquam civitatem Turris et de foris, et aliam clausam, et alias res. item, alias res et ad Criptas Antiquas, et in Centu, et alias res. item, alias. pro libra-
25 bus .VIII. concessit in Barbano, ubi est ęcclesia Sanctę Helenę. et in Liciniano ubi dicitur Muricentum. et in Oreclanio. et in Campadoni. et in Coxiano. pro librabus duabus concessit de castello Cuphi et de eius ęcclesia partem quartam. pro solidis .X. concessit in Campo ad Cerquitum. pro librabus duabus
30 concessit in Serrano, ubi est ęcclesia Sancti Valentini, cum ipsa ęcclesia, et in Pantano suptus Serranum. pro solidis .XXX. concessit in Iobiano decimam sextam partem et modia .II. ‖ pro so- c. 228 B
lidis .C. concessit in Salisano et Grassiano: ab uno latere rigus Grassianus, ab alio fossatus venientes in viam publicam, a tertio

(1) An. 1030; *R. F.* doc. 728. (2) An. 1016; *R. F.* doc. 729.

latere rigus et fossatus montis Cęsę venientes in Petram Casariam, a quarto latere venientes in rigum Portelle, et inde in pedem montis Salisani usque in pedem, cum assimilatione finis Campi Longi venientes in rigum Massę. ex omnibus medietatem, excepta ęcclesia Sancti Petri quam in hoc monasterio reservavit cum do- 5 taliciis suis et medietatem rerum ipsius modiorum .xv. pro solidis .xx. concessit sub castello Postmontem, et alias res sub ipso monte ad quartam reddendum et de vino mundo medietatem et opera atque xenia sicut alii homines huius monasterii. pro solidis .xx. concessit in Iobiano modia .vi. pro solidis .lx. 10 concessit in Turano. pro solidis .lx. concessit in Monte Aureo. pro solidis .l. concessit in Bocciniano cum ęcclesia Sancti Andreę: a capite summum montis Sancti Cosmę, a pede limite et terra huius monasterii quam tenent filii Iohannis Baronis, ab uno latere terra Domini Salvatoris, ab alio Ingebaldi Franci et petrę 15 fixę, medietatem in integrum. pro solidis .lx. concessit in Turano. pro librabus .xi. concessit in Campo Sancti Benedicti unciam unam principalem et dimidiam de medietate ipsa quę nobis pertinet, excepto aquimolo, insuper de castello ipso et petia una terrę de curte Sancti Gethulii omnem medietatem, in renova- 20 c. 229 A tione quoque huius libelli librę tres dandę. ‖ pro solidis triginta concessit ubi dicitur Molle iuxta Massacium et Rianam et Insulam atque rigum Siccum. pro solidis .l. concessit in Anzano. pro solidis .xxx. concessit in Sorbiliano. pro solidis .xx. concessit in Bassiano vel Casa Librici unciam .i. pro solidis .vi. con- 25 cessit in Scintilla quę pertinent in Bassiano. pro solidis .xxxv. concessit in Cassiano casalis medietatem, excepta ęcclesia Sanctę Marię, ad quartam reddendum et vini mundi medietatem et xenia et operas sicut homines nostri. pro solidis .xx. concessit in Aqua Calida vel Bobaria ad quartam reddendum et operas .ii., et 30 si vineam pastinassent, post annos .vi. redderent vini mundi medietatem. pro librabus quinquaginta concessit in monte Cisterne quod vocatur Faldus: ab uno latere fossatus inter Mianam et Carbonianum quomodo assumptus est in furcam ipsius Faldi et descendit in fossatum Cancelli, et inde venientes ad cerrum Crucis, 35 et ascendentes in cesam Coppari, a capite rigagines quomodo

assumitur in cacumen montis et descendit in rigum Cavalli, a tertio latere vallis eiusdem rivi venientes in Canalem, et assumitur in aliam vallem, inde in Cisternam minorem et in viam, a quarto latere Murella. pro solidis .xx. concessit in Cassiano,
5 excepta ęcclesia Sanctę Marię cum orto iuxta eam, ad quartam reddendum et vini mundi medietatem et de olivis et xenia et operas sicut nostri homines. pro solidis .c. concessit ubi dicitur Sancta Maria in Pisile medietatem in integrum, et casalem ‖ Cerquitus, et de medietate Noclę partes .iii., et de Co- c. 229 B
10 roliano similiter. pro solidis .l. concessit in Fecline, et in Lacu. pro solidis .x. concessit in Paterno. pro solidis .xx. concessit in Coroliano modia .cx., et alia ibidem modiorum .xxx. et terram cum silva modiorum .x. pro solidis triginta concessint in Petroriolo modium .i. et dimidium, et medietatem
15 ecclesię Sancti Sebastiani, et duas petias terrę ad quartam reddendum et medietatem vini mundi et xenia. pro solidis .l. concessit in curte secus vallem Bulimarzi et Rianam, et alias res in Criptula, et in Curano, et in Saturano, qui et Fonte Putida, iuxta atrium Sanctę Balbinę. pro solidis .vi. concessit in Fe-
20 cline. pro solidis .xx. concessit in Area Vetula ad quintam reddendum iuxta curtem Sancti Gethulii. pro solidis .c. concessit Postmontem in Ciciniano medietatem de rebus et ecclesiis. pro solidis .xii. concessit in Quinza casalem Remedii, et petiam terrę in casale Iohannis Longi, et ęcclesiam Sancti Philippi. pro
25 solidis .xx. concessit in Privati ęcclesiam Sancti Cipriani, et alias res ibidem, et in Miana, et in Campo Longo. pro solidis .xv. concessit casalem Roccionis de Angelo, et ad Ventum alias res, et ad Aquam Calidam. pro solidis .xxx. concessit ubi dicitur ad Sanctum Laurentium. pro solidis .xx. concessit in Teste iuxta
30 castellum Postmontem cum ęcclesia Sancti Andreę, et alias res suptus eam, et in casale Caniano modium .i. ad reddendum pensionem denarii .i. et medietatem oblationis omnis Natalis Domini, Paschę maioris et sancti Andreę. ‖ pro solidis .xx. concessit in Centu c. 230 A
casalem Ursi ad quartam reddendum et vini mundi medietatem
35 et xenia et operas. pro solidis .c. concessit in Piniano. pro solidis .l. concessit Postmontem casalem Scaplianum. pro so-

lidis .L. concessit in colle quod vocatur Villa Terria ad Sanctum Martinum modiorum .XXIII. pro solidis .C. concessit Postmontem in Ciciniano de rebus et ęcclesia medietatem. pro solidis .XVI. concessit iuxta casalem Sancti Gordiani. pro solidis .XII. concessit in Albuciano, exceptis molinis, in integrum, ad quartam reddendum et vini mundi medietatem. pro solidis .XX. concessit in Ficlini, et alias atque alias res pro solidis .XX. concessit ibidem. pro solidis .X. concessit illic et Cervariola. pro solidis .XX. concessit ubi supra. pro solidis .X. concessit in Bacciano. pro solidis .L. concessit casalem Scaplianum absque parte tertia. pro solidis .LX. concessit in Bacciano, et in Galoniano, et in Salisano. pro solidis .XX. concessit medietatem ęcclesię Sanctę Lucię de Bacciano, et rès in Galoniano. pro solidis .XX. concessit in Bacciano modia .II. pro solidis .X. concessit ibidem. pro solidis .XXX. concessit in Petriolo medietatem ęcclesię Sancti Sebastiani, cuius medietatis partem tertiam in hoc monasterio reservavit de oblationibus in Natale Domini et Pascha cum mortuorum datis, et unam clausuram, excepto oliveto domnico. pro solidis .XX. concessit in fundo Muciano medietatem rerum. pro solidis .XXX. concessit in Petriolo duas partes rerum et medietatem ęcclesię Sancti Sebastiani, exceptis olivis et nuculis et medietate oblationum in Natale Domini et Pascha maiori | et tertia parte de mortuorum datis. prętio librarum trium concessit in Turano modia quatuor. pro solidis .XL. concessit in Paterno. pro solidis .XX. concessit in Turano et ad Fontanam Putidam, et alias atque alias res ibidem, ad quartam reddendum et medietatem musti mundi. pro solidis .XV. concessit in Musileo medietatem rerum ad quartam reddendum et vini mundi medietatem et de olivis et xenia et operas. pro solidis .XX. concessit in Petriolo, et alias res, ubi est ęcclesia Sancti Sebastiani. pro solidis .XX. concessit in Molatiano. pro solidis .XX. concessit res in Grassiano. pro solidis .XL. concessit in Urbana. pro solidis .CLX. concessit in Tribiliano, et in Marciliano, et in Monte Aureo medietatem rerum. pro solidis .XXX. concessit in Baniolo ad quartam reddendum et vini mundi medietatem et de olivis et xenia et operas. pro solidis .XX. con-

c. 230 B

cessit in Salisano modia duo. pro argenti librabus quatuor concessit in Serrano, et Cerquito. pro solidis .xx. concessit suptus Ripas. pro solidis .xx. concessit in Curano. pro solidis .xx. concessit in Scapliano. pro solidis .xx. concessit in
5 Casulę. pro solidis .xx. concessit in Quinza ad quartam reddendum et vini mundi medietatem et xenia et operas. pro solidis .xx. concessit in Baniolo ad quartam reddendum et vinum et xenia et operas ut supra. pro solidis .xl. concessit suptus Ripas. pro solidis .xii. concessit in Caniano ad quartam et vinum
10 et operas et xenia et olivas ut supra. item, concessit in Luniano, et Salisano. pro solidis .xx. concessit in Campo Sancti Benedicti, et alias atque alias res ibidem ad quartam et cetera ut supra. | pro solidis .xv. concessit in Caniano ad quartam et cetera ut supra. pro solidis .xii. concessit in Casalamantis quod
15 vocatur Quinza ad quartam et cetera ut supra. pro solidis .l. concessit casalem Angonis ad Sanctum Vitum, absque ipsa ęcclesia cum dotaliciis et aquimolo et terra quam tenent pręsbyteri. pro solidis .xxx. concessit ad Frassum iuxta viam Romanam. pro solidis .xv. concessit in Quinza et in Campo Abbatini ad quar-
20 tam reddendum et vini mundi medietatem et xenia et operas. pro solidis .xii. concessit in Quinza ad quartam et cetera ut supra et de nucibus. pro solidis .l. concessit in Centu. pro solidis .xx. concessit in Hircule. item, concessit in colle iuxta Pomarolum et secus Rianam casalem unum ad quartam et cetera ut supra.
25 item, concessit in Pompeiano seu Bucca Gelata iuxta Quinzam, et alias res ibidem in Campo Tophani ad quartam reddendum. pro solidis .xx. concessit in Paterno ad quartam et cetera. pro solidis .xxx. concessit in Terentiano duas partes tertię partis rerum et ecclesię Sanctę Cecilię. pro solidis .xl. concessit in supra-
30 scripto Terentiano de rebus et supradicta ęcclesia duas partes tertię partis. pro solidis .xx. concessit in Prepi medietatem rerum, et in Peneta modia .iii. pro solidis .xx. concessit Postmontem, ubi est ęcclesia Sancti Gordiani, iuxta olivas modium .i., et ibidem modia .ii., exceptis olivis, ad quartam et cetera. item,
35 concessit in Privati casalem Sabini Gualdę. et in Carboniano casalem Liuneperti. pro solidis .xx. concessit in Prepi medie-

c. 231 A

tatem, et in Peneta modia .III. pro solidis .XL. concessit in Te-
c. 231 B rentiano de rebus et ęcclesia Sanctę Cecilię | ibidem duas partes
tertię partis. pro solidis .XII. concessit Postmontem̨ casalem
Roccari ad quartam et cetera ut supra. pro solidis quatuorcentis
concessit roccam in Salisano: ab uno latere petrę fixę et pes montis 5
Salisani, a secundo latere fossata coniuncta, a tertio latere rigus
et fossatus qui decurrit iuxta montem Pompeię, a quarto latere
fossatus. et in Campo Longo iuxta ipsam roccam medietatem
roccę et ęcclesię Sancti Angeli. et in Carboniano et Privati:
ab uno latere cacumen montis Veli, quomodo venit in Bacca- 10
riciam et in rigum Portellę, a secundo latere via a Portella in rigum
iuxta Carbonianum, et inde venientes in Pharpham, a tertio
latere terra Sancti Cipriani venientes in Pharpham, et inde
ascendit in rigum iuxta Carbonianum, a quarto latere rigagines
temporaliter aquam fluentes quomodo ascendit iuxta Maranellam 15
in suprascriptum cacumen montis, quartam partem in integrum,
excepta ęcclesia Sancti Marcelli cum dote sua in Carboniano.
item, concessit in Bacciano, et in monte Otę. pro solidis .C.
concessit in Salisano modia .XXXVIII. et ibidem modia .II. pro
solidis .XXX. concessit in Bucciniano. prętio librarum .V. con- 20
cessit in Pantanula, et Sangriniano, et casalem qui nominatur
Casarina, et res in Meiana, et super Albucianum vallem super
molendinos cum aquimolis, excepto uno, et in monte Otę ter-
tiam partem: a capite rigus Scalatus qui pergit in rigum Sancti An-
c. 232 A geli, a pede rigagines venientes a Cisterna || in rigum Cancelli, 25
ab alio latere via Cisternę venientes in rigum Sancti Angeli, ab
alio latere lacus venientes in Calvisiam Maialini et exinde suptus
in Furcellam et in rigum Scalatum. et in Tancia: ab uno la-
tere rigagines inter roccam et castellum Fatucli venientes in
rigum Sancti Angeli, a secundo latere rigus Scalatus, a tertio 30
latere Furcella de Cava venientes in aquam Nucellę, a quarto
latere riga coniuncta venientes in rigum Sancti Angeli. et res
ad Cisternam: ab uno latere Cisterna et via quę venit in rigum
Sancti Angeli, ab alio latere res Guanizonis, a tertio latere rigus
Cancelli, tertiam partem de omnibus et castellum. pro so- 35
lidis .XII. concessit in Bacciano res ad quintam reddendum. et

ibidem modia .II., et aliam petiam ibi ad quartam et opera .I. et xenium unum. pro solidis .xx. concessit in Pantanula modia quatuor. pro solidis .xvIII. concessit in Prȩteriolo, et alias atque alteras sive alias res ibidem, ad quartam reddendum et cetera. pro
5 solidis .xxx. concessit in Petriolo casalem Luponis de Sancta Reparata. pro solidis .xxx. concessit in Canali modia .II. pro solidis .xxx. concessit in Nazano, et in Leganillo, et in Vulpiniano in castello modia quatuor a foris, et tertiam partem eiusdem castelli. pro solidis .x. concessit in Mazano. pro solidis .xx.
10 concessit ad aquam de Nespulo modia .III., et ibi prope modium .I. pro solidis .xx. concessit in Bucciniano modia .III. pro solidis .xx. concessit in Baniolo modia .v. et medium. pro solidis .xx. concessit in Quinza ad Sanctum | Felicem, et suptus clausuram domnicam, et in Cavallaria modia .vIIII. pro solidis .xv. c. 232 B
15 concessit in Albiniano ad quartam reddendum et xenium unum. pro solidis .xx. concessit in Bucciniano modia .II. pro solidis .c. concessit in Quinza ad curtem iuxta vallem Bulimarzum. prȩtio librarum trium concessit in Quinza casamentum Iohannis Stabilis. pro librabus .L. concessit in Pompeiȩ montem Cellonis:
20 ab uno latere terra Massensis, a secundo Pharpha, a tertio rigus sub Rocca venientes in Pharpham. et in territorio Reatino curtem Sanctȩ Agathes, et Sancti Iohannis, et terram de Clio, et collis Remundati, et Monumenti Carnarilis, et de Tazano, et Fontis Ansarici, et Areȩ Baiȩ, et duas petias ad Britti-
25 scam, et molinum maiorem, et medietatem de Lacu Maiori, et terram Frigiȩ, et Baschȩ, et tres petias ad viam Scainam a rigo Zoculi, et terram a Padule. et intra civitatem duas petias vinearum. et ad Cantarum petiam vineȩ .I. et ad Fontem Ansarici .I. et in Tezano .I. et unam in valle ad Sanctum Io-
30 hannem usque ad limitem. et olivas in suprascripto Monticello. prȩtio solidorum .XL. concessit in Coroliano modia .vIIII. pro solidis .LX. concessit ibidem modia .XIII. pro solidis .xxx. concessit illic modia .vI. pro solidis .xxx. concessit ubi supra modia .v. pro solidis .xxx. concessit in eodem loco modia .vII. pro soli-
35 dis .LX. concessit in suprascripto loco modia .vIII. pro solidis .xxx. concessit in ipso loco modia .III., et foris ipsa clausura modia .II.,

et in Silva modium .I., et ad Cerritum sextaria .VI. prętio li-
c 233 A brarum trium | concessit itidem, et in Carpineta modia .X. pro
solidis .XL. concessit in suprascripto Coroliano modia .XX. pro so-
lidis .XXIIII. concessit in supradicto loco modia .IIII. pro soli-
dis .XX. concessit in prętato loco modia .III. pro solidis .XXX. 5
concessit in prędicto loco modia .X. pro solidis .XXX. concessit
in pręlibato loco modia .V. pro solidis .XL. concessit in iam-
dicto loco modia .III. pro solidis .XV. concessit in Bucciniano me-
dietatem rerum, et ęcclesię Sanctorum Philippi et Iacobi sextam
portionem. pro solidis viginti uno concessit in Loriniano. pro 10
solidis .XXVI. concessit in Campo Sancti Benedicti ad collem
filiorum Angeli duas partes ad quintam reddendum et vini mundi
partem tertiam et operas et xenia. pro solidis .XX. concessit in
Sextiliano modium .I. pro solidis .XXX. concessit in Casule
medietatem rerum. pro solidis .XII. concessit in Turri modium .I. 15
pro solidis .XII. concessit Postmontem cum ęcclesia Sancti An-
dreę et Sancti Nycolai quartam partem in integrum. pro
solidis .XXX. concessit in Monte Aureo modia .II. pro solidis
quatuorcentis concessit Petriolum. pro solidis .LX. concessit in
Coroliano quartam partem, et alias atque alias cum plurimis rebus 20
ibidem. et modia .VIII. solidis .XL. concessit in Cavallaria, et
aliarum rerum ibidem modia .III. pro solidis .XV. concessit in
Granica ad quartam reddendum et vini mundi partem tertiam
et operas et xenia. pro solidis .XL. concessit in Terentiano
modia .III. pro solidis .XX. concessit in Bassiano, et alia- 25
rum rerum ibidem modium .I. pro libra una concessit in
Feclinulę, et aliam petiam cum ęcclesię Sancti Stephani parte
quarta, et aliam petiam ibidem. pro solidis .XII. concessit in
c. 233 B Cerquito partem quintam, | et ad Teste alias res ad quartam
reddendum et vini mundi tertiam et operas et xenia. pro so- 30
lidis .XII. concessit in Mosoleo ad quartam reddendum et vini
mundi tertiam et de olivis et operas et xenia. pro solidis .X.
concessit ibidem ad quartam ut supra. pro solidis .XX. concessit
in Casulę ad quartam ut supra, et de olivis pastinandis medie-
tatem, de aliis vero partes duas, et nec angarias, nec xenia, nec 35
glandaticum, nec vascaticum. prętio librarum .V. concessit in

Quinza casamenti Leonis Gondonis tertiam, excepta ęcclesia Sancti Philippi, ad quartam ut supra. pro solidis .c. concessit Postmontem casalem Guesi et casalem Domnari. pro solidis .xxx. concessit in Urbana modia .iii. pro solidis .xl. concessit in
5 Leganillo modium .i. pro solidis .xx. concessit in Campadoni et Fontana Formę. pro solidis .xx. concessit ibidem cum aliis rebus, et ad Cesam Alpari modia .x. pro solidis .xxx. concessit in Tuliano, et in Angano. pro solidis .l. in Capriolo ad Butum aquimolum. pro solidis .xx. concessit in Campadoni
10 modia .iii. pro solidis .xii. concessit in Turri medietatem casalis Crescentii ad quartam ut supra. pro solidis .l. concessit in Campadoni et Cesa Alpari modia .v., et alibi modia .iii., et alibi modia .xiiii. pro solidis .xx. concessit ibidem modia .vi. pro solidis .xl. concessit ad Nucellam, et in Agutiano cum ęc-
15 clesie Sancti Antimi, et in Agutianello, de omnibus partem sextam. pro solidis .xii. concessit ad Testes suptus castellum Postmontem ad quartam et cetera ut supra. ‖ pro solidis .xl. concessit in Veneri, et ad Criptellam iuxta rivum Vallis Transarici ad quartam et cetera ut supra. pro solidis .c. concessit in Viaro, et in
20 Tancia, in quo est rocca ipsa cum pertinentiis, et in Grassiano, et Muscini tertiam de his quę tenuit per scriptum Petrus Rainerius, et in Tegora territorii Reatini, et in Campo Cavallaro, et in Turrita, excepta ęcclesia Sanctę Marię cum modiolo .i., et in Pascano, et in Spelturano, et in Carsule. pro solidis .lx.
25 concessit in Campadoni, et Massacio cum aliis atque aliis rebus. pro librabus .x. domnus Iohannes abbas concessit fundum Cicilianum, in quo est ęcclesia Sancti Donati, cum eadem ęcclesia. pro solidis .xx. domnus Hugo abbas concessit in Feclinule terrę petias .iii., et aliam ibidem. pro solidis .x. concessit in Sali-
30 sano de valle Iohannis Caronis modium .i. et medietatem. pro solidis .c. concessit montis Pompeię medietatem: a duobus lateribus Aqua Garrula quę vocatur Pharpha, a tertio rigus pergens in Pharfam, a capite Monumenta Antiqua inter montem Massę et Pompeię sicut ab ipsis curritur in Pharpham, ab alia parte
35 sicut currit in suprascriptum rigum. pro librabus .xx. concessit in Coroliano, et suptus viam alium modicum casalem, et me-

c. 234 A

dietatem ęcclesię Sanctę Marię in Pisile, et medietatem aquimoli iuxta Currisem, et quartam terrę ante illum, et ad Nocla, et de castello Tribuco partem decimam, et in Cerquito medietatem, et in Sorbiliano cum ęcclesia Sancti Antimi, excepta medietate oliveti et canneti suptus ipsam. ‖ pro solidis .xx. concessit in Paterno modia .ii. pro solidis .xx. concessit casalem ad Sanctum Felicem medietatem, et in Quinza alias res. pro solidis .lx. concessit in Marcelliano modia .xxv., et in Agutianillo modia .v., et in Rescaniano modia tria. pro solidis .xx. concessit in Serrano clausuram .i. ad quartam ut supra. pro solidis .xxx. concessit in curte Sancti Gethulii casalem Luponis Ansę ad quartam ut supra. pro solidis .vi. concessit in Pustiniano modia .iii. pro solidis .x. concessit in Bucciniano modia .iiii. pro solidis .lx. concessit in Turri modia .viii. pro solidis .xx. concessit in Nazano modia .ii. pro solidis .xx. concessit in Caniano ad quartam et vini mundi partem tertiam, non autem glandaticum nec operas nec xenia. pro solidis .xii. concessit in Quinza ad quartam ut supra. pro solidis .xx. concessit suptus Ripas casalem Amponis medietatem. pro solidis .xx. concessit in Sorbiliano modia quatuor. pro librabus .lx. concessit in Aliniano, excepto podio. pro solidis .xx. concessit in Lafriniano ęcclesię Sançte Lucię quintam, et alias atque alias cum aliis rebus ibidem. pro solidis .xx. concessit suptus Ripas casalis Amponis medietatem. pro solidis .xx. concessit in Valeriano, sive Canituro, et in Bucciniano modium .i. pro solidis .xx. concessit in Casalicto tertiam. pro solidis .xxx. concessit in Hircule ad quartam ut supra et medietatem olivarum. pro solidis .xx. concessit in Bucciniano modia .ii. pro solidis .xxx. concessit suptus Ripas Piniani super Pharpham et aliarum rerum medietatem. pro solidis .xx. concessit in Salisano modia .ii. item, concessit in Campo Sancti Benedicti quarumdam rerum tertiam partem, excepto ‖ casale Iohannis Sabinensis. pro solidis .c. concessit casalem Ursi Morici tertiam, excepto casale Iohannis Sabinensis. pro solidis .xv. concessit in Cavallaria, et in Cerquito tertiam partem. pro solidis .xl. concessit in curte Sancti Benedicti quod vocatur Campus Brittonorum ad quintam reddendum.

item, pro solidis .LXXX. concessit ibidem et alias res modiorum .XLVII. item, concessit in Criptule. pro solidis .XX. concessit in Pantanula modia .II. pro solidis .XL. concessit casalem Domnari modiorum .VI. pro solidis .XX. concessit in Moranula
5 modium .I. et sextaria .VI. pro solidis .XXX. concessit in Terentiano. pro solidis .LX. concessit ad Aquam Latronum, et in Pantanula modia .IIII. pro solidis .XX. concessit in Galoniano modium .I. pro solidis .XX. concessit ad Aquam Calidam iuxta Bobariam, et in Granica, excepto horto secus aquimolos, et in
10 Mandrili, et in colle Antiquo. pro solidis .XX. concessit in Bariliano. pro solidis .XX. concessit in Montorio modia .II. pro librabus .X. concessit in Laniano ad Sanctum Stephanum, et de ęcclesia ipsa et Sancti Valentini quartam portionem. pro solidis .XL. concessit in Turri. pro solidis .XX. concessit in Fisi-
15 niano, et in Terentiano ad quartam et vini mundi tertiam et olivarum medietatem et in Pascha xenium .I. pro librabus .XX. concessit res in Cosce. pro librabus .XVIII. concessit collem Ursi Morici tertiam partem, excepto casale Iohannis Sabinensis. pro solidis tercentis concessit Privatim, et Carbonianum, mo-
20 dia .C. pro solidis .XL. concessit in Casule, et in Lafriniano. pro solidis .XX. concessit iuxta castellum Postmontem ad tertiam vini mundi et operas et xenia. pro librabus .VIII. concessit Postmontem ad Sanctum Gordianum, et in Casule, et in ‖ Lafriniano. pro solidis .C. concessit in Centu. pro so- c. 235 B
25 lidis .LXXX. concessit in Turri de casale Iuliano, et alibi, et terram et silvam maiorem. pro solidis .XX. concessit Postmontem ad Ventum ad quartam et cetera ut supra. pro solidis .XL. concessit in Canali modia .VII. pro solidis .XII. concessit in villa Sancti Viti de casale Domnici ad quartam reddendum
30 omnium frugum, excepto panico et semunclo, et musti mundi tertiam, et olivarum medietatem, et quintam de lanistero, et operas. pro solidis .XX. concessit in Montaniano modia .XIIII. pro librabus .XL. concessit Petrolum, casalem Petri Pulcrę, casalem Gambalii, casalem Trasonis, casalem Petri Alboni, casalem
35 Sabini Prodonis, casalem Luponis de Sancta Reparata, casalem Petri Altrudę, casalem Miccirini, et ecclesiam Sancti Sebastiani,

casalem Ferrarii, casalem Gabelle, casalem Crescentii Picti. pro solidis .xx. concessit Postmontem in Mazano. pro solidis .x. concessit in Sorbiliano. pro solidis .xx. concessit in Leganillo. pro solidis .xxx. concessit in Acutianillo. pro solidis .vi. concessit in Casalamantis, et iuxta Marinianum ad quartam et 5 cetera ut supra. item, concessit in Marciliano, et in fundo Bascano. pro solidis .xii. concessit in colle Grassiani modia quatuor. pro solidis .xl. concessit in Pantanula modia .vii., et alibi modia .ii., et item modium .i. pro solidis .cc. concessit in Privati et Carboniano modia .cl. pro solidis .l. concessit in 10 Montorio. pro solidis .xx. concessit in Nazano modia .ii. pro solidis .l. çoncessit in Acutiano. pro solidis .xx. concessit in Cęsa c. 236 A Veteri modia .ii. ‖ pro prętio librarum .viii. prędictus Hugo venerabilis abbas concessit in Sorbiliano, excepto medietatem ipsius podii, et quartam partem ęcclesię Sancti Antimi. insuper alias res in 15 Cerquito, in Serrano, in Coroliano, in Noccla, in castello Tribuco, de casale Iohannis de Lupone Lantrudę partes tres, de casale Iohannis Amici partes tres, de casale Nictonis de Lupone Lantrudę partes tres, de casale Luponis Miciliani partes tres, de casale Franconis de Iohannę Lantrudę partes tres, de 20 casale Marini partes .iii., de casale Franconis Sorractati partes .iii., de casale Teuzonis partes .iii., de ipsius vineis partes .iii., de casale in Coroliano partes tres, de casale Sabini de Pacciano partes tres, de casale Luponis Ansę partes tres, de casale Guidonis Tabernecclę partes .iii., de casale Noccla partes .iii. et 25 res in colle Attonis cum silva. et de medietate molini et petia terrę partes tres. pro solidis .xxx. concessit in Acutianillo modiola .iiii., et ibidem alia modiola quatuor, et alibi modia .ii., et ibidem modiolum .i., et alibi modia .ii. pro solidis triginta concessit in monte de Ota modia .iiii., et ibidem modia .vii. et 30 dimidium. pro librarum prętio duarum concessit in Quinza modia .iiii. pro solidis .xx. concessit in Coroliano modia .xvi. c. 236 B et dimidium, et ad Peritum modiola duo. ‖ pro solidis .xx. concessit in Valle Ceneraria ad quartam reddendum. ad Ventum similiter ad quartam reddendum concessit et tertiam partem vini 35 mundi pro solidis .iiii. in Quinza similiter concessit ad tertiam

vini mundi et ad quartam reddendum pro solidis .xx. in Pitriolo concessit modiola .xii., excepto ęcclesiam et olivetum huius monasterii, pro solidis .xx. et ibidem infra casalem Petri Altrudę concessit modiola .iiii. in Bucciniano concessit modiola .iiii. vel
5 amplius pro solidis .xx. in Quinza concessit res quasdam pro prętio equi solidorum .xl., ubi ęcclesiam apostolorum Philippi et Iacobi in hoc monasterio reservavit. item, ad prętium auri boni librarum .iiii. concessit medietatem ęcclesię Sanctę Marię in Pisile, et alias res ibidem, et octavam portionem de podio in Sorbiliano,
10 et de ęcclesia Sancti Antimi quartam portionem, et in Cerquito, et in Serrano, et in Moricello, et in Cutri, et de castello Tribuci, et in Nocla, et in Ҫoroliano, et de aquimolo in Currise et terra iuxta eum. ex omnibus his quartam portionem. in curte Sancti Gethulii ad campum magistri Iohannis concessit modia .iii.
15 prętio solidorum .xx. in Staberano iuxta res Leonis Scortialupum concessit tertiam partem ad quartam reddendum et tertiam vini mundi pro solidis .xv. in Casulę concessit res pro solidis .viii. in Ortelle concessit modia .iiii. pro solidis .xx. et ibidem concessit ‖ modia .ii. pro solidis .x. et modiola .xxv. c. 237 A
20 prętio librarum .x. et ibidem de ęcclesia Sancti Laurentii tertiam partem, et de ecclesia Sancti Benedicti quartam et octavam partem, et alias res illic pro solidis .lx. in Miana concessit res pro solidis .xx. ad reddendum pensionem grani modium .i., ordei et speltę modium .i., musti lacunas .xx. de castello Cuphę
25 quartam partem concessit pro prętio librarum .iiii., et aliam quartam concessit pro prętio duarum librarum, et aliam quartam pro prętio librarum duarum. in Petriolo et Magise concessit quasdam res, excepto castello Cuphi, pro prętio librarum duarum. de ęcclesia Sancti Laurentii in Ortelle tertiam partem, et de
30 ęcclesia Sancti Benedicti quartam partem et octavam, et alias res pro solidis .lx. in fundo Turano concessit casales duos, unum Carincionis et alium Puliani. in Bucciniano medietatem ipsius castelli, et de eius rebus duodecimam partem, pro prętio librarum .xii. de casale Loriniano quartam partem ad pen-
35 sionem musti mundi lagenas .xx. pro prętio solidorum .xxx. in Laniano octavam partem rerum et ęcclesiarum Sancti Stephani

et Sancti Valentini, et de alia quarta parte quartam portionem, et in Atriano, ubi est ęcclesia Sancti Blasii, cum ipsa ęcclesia, et in monte Cisternę duodecimę partis medietatem, et in Grippe, et in Urbana suptus ęcclesiam Sancti Viti aquimolum in Pharpha c. 237 B pro solidis .cc. | in Agello terrę petias tres concessit ad quartam 5 et xenia et operas prętio solidorum .xx. in Postmontem concessit casalem Ursi diaconi ad quartam et vini mundi tertiam partem et xenia et operas prętio solidorum .x. in Bucciniano modiolum unum et sextaria .x. prętio librarum duarum. in Serrano casalem Leonis de Cesa et alias res, et ad Noclam 10 prętio librarum .x. in Canali casalem Omari, et super Canali medietatem prętio solidorum .xxx. in Caniano et Monte Opuli casalem Gennonis et alias res prętio solidorum .cccc. in Petroriolo modium .I. et dimidium prętio solidorum .xx. in Achiniano ad Salam modia .III. et dimidium pro solidis .xx. in 15 colle Hominis Mortui modia .x. pro solidis .XL. in Serrano casalem Leonis Parrę, et casalem Andreę, et casalem Sabini Lupardi pro solidis .c. in Teste res ad quartam et xenia et operas pro solidis .xv. in curte Sancti Benedicti ad quintam pro solidis .xx. item, ibidem modia .II. pro solidis .LX. item, ibidem 20 modia .v. pro solidis .LX. in villa ad Sanctum Laurentium casalem Ramponis ad quartam et tertiam vini mundi et xenia et operas pro solidis .xx. in Monte Aureo quasdam res pro solidis .LX. in Loreniano modia .XII. pro solidis .x. in Tribiolo quasdam res pro prętio librarum duarum et dimidię. in 25 Miana res quasdam pro solidis .xx. in Albuciano casalem Lu- c. 238 A ponis Cęci et Isonis Pazi, || et in Salisano in monte super ipsam Roccam, a ripa Corvara venientes in rigum iuxta Roccam et a ripa Caprara venientes in ripam Ferularam et in Coniolum et in rigum Grassianum, medietatem pro solidis .cc. in Centum 30 concessit res prętio librarum duarum. in colle Hominis Mortui modia .v. pro solidis .xx. in Canali modiola .LXXXVI. pro prętio librarum .v. in Cerro de Cruce quasdam res pro solidis .XL. in Scappliano quarumdam rerum tertiam partem pro solidis .xx. in Salisano similiter. in Usano quoque similiter. 35 in Grassiano et in Salisano quasdam res pro solidis .c. item,

in Salisano modium .I. pro solidis .X. in Bacciano quasdam res et medietatem ęcclesię Sanctę Lucię pro solidis .L. item, in Bacciano quasdam res et vineam et ecclesię Sanctę Lucię quartam portionem pro solidis. in Turano, et ad Tres Vir-
5 gines, et ad Nazanum, et in Leganillo concessit quasdam res pro prętio librarum trium. in Morazano concessit quasdam res ad quartam et tertiam partem vini mundi et de olivis et operas et xenia pro solidis .XX. in Frasso, et ad Loritulum, et in Fabruciano concessit quasdam res pro solidis .LXXX. in Monte
10 ad Sanctum Alexandrum concessit res pro solidis .X. in Piniano modia .III. pro solidis .XX. [i]n Privati, ubi est ęcclesia Sancti Cipriani, et in Meiana cum ipsa ęcclesia concessit quasdam res pro solidis .XXX. in Monte Aureo modia .XVI. pro solidis .XX. in colle Guineldę ‖ concessit quasdam res pro solidis .XL. in c. 238]H
15 Teste ad Rigum Siccum et unum casalem qui nominatur Arci, tenentis Iohannis Panis Calidi, ad quartam et vini mundi tertiam pro solidis .XXVI. et operas et xenia. in Pustiniano quasdam res et modium .I. pro solidis .XXX. in Miliano modium .I. et eo amplius pro solidis .XII. ad Tres Virgines modium .I. pro so-
20 lidis .XX. in Pantanula modia .VIII. pro solidis .XXX. in Lorniano et in Mariniano pro solidis .XX. in Mozano iuxta ipsum castellum, et in Coriliano, et in Cospiano. in Bucciniano concessit pro solidis .XL. in Canali modia duo pro solidis .X. in Quinza ad Sanctum Valentinum pro solidis .XXVI. in Post-
25 montem ad quartam et vini mundi tertiam pro solidis .XX. item, ibidem alias res concessit ad quartam et vini mundi tertiam et de olivis medietatem et tertiam de operis et de xeniis pro solidis .XX. in Cripta Terentiana pro solidis .LXXX. in Bucciniano pro solidis .XL. item, ibidem modia .III. pro so-
30 lidis .XXX. in Mazano Postmontem pro solidis .X. de ęcclesia Sancti Stephani et Sancti Valentini in Laniano et aliis rebus ibidem quartam portionem pro solidis .C. in Miana concessit quasdam res ad quartam et vini mundi tertiam et operas et xenia et de olivis pro solidis .XX. in Mosileo Postmontem pro so-

4. pro solidis] *Così nel testo, senza la cifra rispettiva.*

lidis .xx. in Bucciniano quarundam rerum et ipsius ęcclesię sextam partem pro solidis .xv. in Lumerano modia tria et alias
c. 239 A res ibidem, et in Coniolo ‖ ubi dicitur Cęse, et in Rugiano, et alibi pro solidis .xxx. de ęcclesia Sancti Salvatoris in Capriolo, et aliarum rerum ibidem, et Villa Rustica minore medietatem 5 pro solidis .xx. in Bucciniano modia .xii. prętio librarum trium. in Monte Aureo quarundam rerum medietatem, et casalem Iohannis Iacta Coppa prętio librarum .v. in Turano casalem Azonis Scarpa Veccla et alias res pro solidis .xl. in Bucciniano quasdam res pro solidis .xxx. et alias res ibidem et in 10 Pantanula pro solidis .lx. et alias res in ipso vocabulo pro solidis .l. in Coroliano et ad Nocclam pro solidis .c. in curte Sancti Gethulii medietatem unius casalis, et medietatem ęcclesię Sanctę Lucię, ubi sunt duo aquimoli communales, et terram in Buto. de ęcclesia Sanctę Marię in Pisile cum qui- 15 busdam rebus duas portiones quartę partis et medietatem casalis Adę Mallia Vacca, et ad Mirtetum, et in Formillo, et in Centu, et in Fixiniano, et in Casalicclo, et tres portiones aquimoli in Currisio cum terra pro solidis .cl. in Tribiliano, et in Castellione pro solidis .lxxx. in casale Sancti Stephani modium .i., 20 et ad Tres Virgines pro solidis .xv. in Baniolo modia .v. et medium pro solidis .xxx. in Lafriniano quasdam res prętio librarum trium. in vocabulo Hirculi modia .ii. pro solidis .xx. in Florano, et ubi dicitur Campus, et in Bariliano pro solidis .c. in Casule quarundam rerum medietatem pro solidis .xxx. et 25 alias res ibidem et in Lafriniano pro solidis .xl. in Gabiniano
c. 239 B ubi dicitur Bassianus ‖ sextaria .vi. pro solidis .vi. in Ortelle ad Barlianum res pro solidis .xx. in Albiniano modia .iiii. pro solidis .xv. [i]n Cavallaria de casale Fulconis Ferrarii duas partes ad quartam, et de olivis et vino ac frugibus octavam partem, 30 pro solidis .xv. in Postmontem suptus castellum Antiquum modiolum i. et sextaria .xi. pro solidis .xv. in Granica res pro solidis .xx. de casale Sancti Stephani in Laniano modia .ii., et in Mariniano modia .ii. pro solidis .xx. in Casule res pro solidis .x. in Serrano pro solidis .xx. ad quartam omnium frugum 35 et tertiam vini mundi et de olivis medietatem et operas .vi. in

Campo Arsicio, et in Casarina, et in Calcaria, et in Centu casalem unum, et de silva et de colle Augusti, et in Serrano de casale Burronis, et in castello Tribuco, et in Fisiniano de silva et arboribus pro solidis .L. in casale Sancti Laurentii de casale Sabbonis quar-
5 tam partem pro solidis .xv. in Paterno quoque domnus Hugo abbas prȩfatus concessit quasdam res pro solidis .L. (1).

Item, relatio constitutionis domni H[ugonis] abbatis (2).

c. 240 A

Audite, fratres dilectissimi et domini mei amantissimi, quod
10 modo coram Deo omnipotente et domina nostra Maria perpetua virgine profiteor vestrȩ sanctitati. denique cum in hanc abbatiam cupiditate honoris captus venire auderem, pecuniam optuli domno papȩ et studui eam acquirere inique. post hȩc, recognoscens me graviter deliquisse, cepi de hoc ingemiscens cogitare et de huius
15 monasterii redintegratione, si forte michi propter hoc misereretur Deus et per suȩ sanctissime Genitricis intercessionem si aliquem fructum efficere possem ad huius cenobii recuperationem.

Erat enim tunc iste locus in omni religione pene destitutus, ita ut plures monachi seculariter et cum maxima lascivia forent,
20 carnem in refectorio manducantes et irreligiose viventes. vestimenta quoque non monachica sed quasi laicalia ad suum libitum ferentes. perrexi igitur primo ad Sublacenses monachos et huc inde sustuli aliquos quia michi aliquantulum videbantur incedere melius. sed non multo post eorum cognita religione, non ut

(1) Le concessioni elargite dall'abbate Ugo sono registrate nel *Largitorio* dalla c. CVI B alla c. CLXXXVII A e in una aggiunta del monaco Todino nipote di Gregorio dalla c. CCCLVIII A alla c. CCCLXXII B. Tra queste largizioni aggiunte si trova alla c CCCLXVII A il documento seguente, senza data, che mi par bene di riferire:

Ad laudem summi Dei. ego Hugo abbas monasterii Beatȩ Mariȩ siti Sabinis, quod et Farfȩ nuncupatur, consilio et consensu fratrum nostrȩ congregationis, cuidam abbatissȩ, Oriȩ nomine, quȩ secundum carnem nostra nepta esse videtur, in Deo vero spiritualis filia, concedo ecclesiam Sancte Mariȩ in Graiano cum omnibus eius pertinentiis.

(2) Per questa relazione e per la Exceptio relationum, vedansi le osservazioni che si leggono nelle note 1, p. 55, e 1, p. 61 del vol. I. Qui poi vuolsi aggiungere che questa Relatio non è di mano di Gregorio di Catino, ma scritta a caratteri più grandi che imitano la scrittura di Gregorio, e alquanto posteriore ad essa. La Exceptio invece è scritta da Gregorio.

c. 240 B desiderabam | in eis reperi regularem perfectionem. dein ad Casinense properavi cenobium in quo similiter inveni quod non cernebatur commodum. tunc relatum michi est quod Ravennate monasterium regularem tramitem observaret plenius. ego autem ceu sitiens abii, et illinc quosdam qui religiosi videbantur acqui- 5 sivi. quorum me etiam inconditę ferocitati in tantum subdidi, ut frequenter ab eis disciplinarer indiscrete pro eorum cottidiani victus aliqua defectione.

Quę omnia iccirco sustinebam ut et michi venia peccaminum daretur et mei exemplo alii erudirentur. inter ea supervenerunt 10 quidam sanctissimi viri et patres Cluniensis monasterii in hoc cenobium, qui meum desiderium de huius monasterii recuperanda perfectione cernentes, valde ędificati laudaverunt, et qualiter ad magnum pervenire possem proficuum, utillimum spiritualiter michi consilium dederunt. 15

Quorum postremo compunctus admonitione, dedi operam ut hanc abbatiam amitterem et penitentiam ab eis congruam susciperem. itaque ut dignam penitudinem perficerem me admonuerunt et ne abbatiam dimitterem omnimodis interdixerunt.

Quod michi sanctissimum consilium discrete illatum ab eis 20 c. 241 A libentissime suscepi, et qualiter meam salva|tionem et huius monasterii recuperationem possem adimplere pręcipuorum ortamine confratrum et suffragio fultus, sicut infra scribitur exercere et ordinare studuimus, adiurantes et optestantes nostros omnes successores et huius monasterii futuros fratres et seniores per tremendi 25 examinis terribilem diem ut quod modo communiter statuimus non ducant in aliquam minorationem aut violari temptent, ne exinde in die iudicii rationem reddentes pavendam recipiant damnationem et in hoc seculo Deus illis inferat debitam ultionem.

In nomine Domini. ego Hugo humilis et indignus abbas 30 Pharphensis cenobii dum per Dei omnipotentis pietatem recognoscerem gravissimum crimen symoniacę hereseos me incurrisse, data pecunia pro huius honore abbatię, digne confessus sum et penitentiam suscipiens eandem abbatiam in manibus sanctorum patrum pręsentium Odilonis et Guilelmi Cluniensis almi mona- 35

sterii refutavi et deinceps me quiescere et continere ab ea fideli sponsione promisi.

Tunc illi magis congruo huic monasterio in futurum utentes consilio, pro hoc peccato hanc michi indixerunt pęnitentiam, ut
5 pręfati Cluniensis ‖ monasterii sanctam consuetamque religionem in hoc nostro monasterio introducerem, et proutcunque plenius valerem iuxta huius loci possibilitatem facerem retinere. quam iussionem, a nostris ortatus pręcipuis senioribus, tamquam ab ore divino ab eis suscepi, et viriliter atque constantissime studui per-
10 ficere. unde pręsente venerabili sanctissimoque episcopo A. sanctę Romanę Ęcclesię (1) et pręfatis patribus omnique nostro religioso conventu, statuimus et confirmamus ut eandem prędictam religionem Cluniensis monasterii in officiis ecclesiasticis et dignis moribus et confratrum cultu vestium sive copia victus cottidie et
15 in sanctis sollemnitatibus, in quantum huius loci possibilitas Deo administrante exigerit, in hoc monasterio deinceps sagacissime et constantissime teneamus et omnimodis observemus, et a nullo nostro successore vel huius monasterii pręlato in quoquam destruatur aut transgrediatur. quam vero nostram constitutionem ut
20 omnis noster conventus voluntarie suscipiat et libentissime observans per omnia custodiat, confirmantes sancimus eius regimini omnes mortuorum totius abbatię oblationes et decimas, et molendinos totius alvei ‖ Pharphę, et manualia Tornarię et Granicę ac Sancti Viti, et gualdum Catini cum gualdo circuitus huius loci.

c. 241 B

c. 242 A

25 Quę omnia si quis abbas aut pręlatus vel subditus causa tyrannicę damnationis aut favore sublimitatis secularis destruere aut in aliquo minuere quocumque ingenio pręsumpserit, vel consilium dederit, aut submissionem fecerit, pręlatura eius deficiens ad nichilum deveniat, et in iram incurrat Dei omnipotentis donec
30 vixerit sub perpętuo permanens anathemate, et in tremendo iudicio cum Iuda sacrilego et Dei traditore ęternam recipiat damnationem nisi digne penitens emendaverit, et nisi forte aut fratrum imbecillitas vel loci impossibilitas sive temporis aliquid remitti

11. Romanę] *Così nel testo; probabilmente* Remensis

(1) « Arnulfo Remensi »; cf. JAFFÉ-LÖWENFELD, *Reg. pontificum*, n. 3908.

cogerit egestas. quod tamen nullo modo nisi communi assensu et ęqua concordia discretissime fiat. has vero constitutiones prędicti sanctissimi patres O[dilo] et G[uilelmus] cum venerabili episcopo A. coram se ęditas corroborarunt, optantes ut earum observatores in paradiso eternam percipiant remunera- 5 tionem.

c. 242 B Sed et Silvester secundus apostolicus postea collau||dans sua auctoritate confirmavit, et penitentiam pro eodem peccato adhuc canonice indixit quemadmodum in eius habetur decretis.

c. 243 A Incipit exceptio brevis relationum domni Hugonis 10 abbatis, quas de huius monasterii diminutione ędere curavit [1].

Iterum iterumque compellor a spiritualibus senioribus, pręcipueque a miseria quam iugiter patimur, aliquid disserere adhuc de nostri monasterii diminutione. de illa enim quę antiquitus 15 contigit, in quantum largitus est Deus, illis parere non distuli, et nunc de ista quę noviter pululavit, ipso opitulante, priori opusculo inserere non differam. verumtamen prius mecum vos admoneo, fratres, ut in nullo pro hoc titubetis, neque tędio, quod absit, defecti a bono incepto proposito declinetis, sed illud quod 20 Scriptura dicit prę oculis habeatis: « Vasa figuli probat fornax, « et hominem iustum temptatio » [2], itemque Iacobus apostolus: « Omne gaudium existimatę, fratres, cum in varias temptationes « incideritis » [3]. volo etiam vos absque ulla ambiguitate credere, quia ille qui dispersa, ut nuper audistis, huius monasterii a pes- 25 simis Paganis redintegrare dignatus est ad statum quem cernitis, bene poterit congregata custodire a pravorum Christianorum insidiis. tamen si non egerit, quod absit, culpis facientibus nostris, non miremur, cum sciamus scriptum: « Ęcclesia Dei crescit et « decrescit ». ipse enim creator cęli et terrę, quamvis omnia 30 gubernet suo potentatu, tamen prę cunctis aliis locis Hierusalem

c. 243 B dilexit, de qua Psalmographus || dicit: « Deus autem rex noster

(1) V. la nota 2 a p. 75 di questo volume.

(2) *Eccl.* XXVII, 6.

(3) Iacob. I, 2.

« operatus est salutem in medio terrę »[1]. ipsa quippe est umbilicus totius orbis et caput terrę repromissionis; de ipsa elegit patriarchas, prophetas, apostolos, evangelistas, et quod maius est omnibus, ipsam honoravit sua sancta nativitate, morte ac resur-
5 rectione, ut eius sepulcrum usque hodie testatur. ascensione etiam et adventu Sancti Spiritus eandem nichilominus illustravit. et cum tantum eam dilexerit, dum tempus venit eius consumationis, peccatis habitantium in ea facientibus, funditus permisit everti. nullus etenim locus desolatur, nisi ob malitiam in eo habitantium.
10 in hoc denique cognoscere possumus quod Deus amplius diligat ęterna quam temporalia, magisque curam gerat de salute animarum quam de caducis et transitoriis rebus, cum infernum penetrasse dicatur propter salutem animarum ibidem degentium. inferno enim expoliato, cunctos inde iustos abstraxit et omnes ibi peccatores
15 reliquit. iccirco autem, fratres, hęc dico, ut in quantum valemus Dei exempla sequamur, et non tantum de damno secularium doleamus rerum, quantum de perditione animarum. quapropter recurramus ad Christi auxilia, si eius sequi volumus vestigia. hęc itaque prelibasse sufficiant; tandem veniamus ad causam.
20 Iohannes igitur papa, qui appellatus est maior, ingressus papaticum[2] satis exaltavit quendam nepotem suum nomine Benedictum, ‖ deditque ei Theoderandam uxorem satis nobilem, filiam Crescentii qui vocabatur a Caballo marmoreo; et comitatum Sabinensem dedit ei et plures alios. qui veniens Sabinis, habi- c. 244 A
25 tare cępit in castello Arci. tunc temporis Iohannes abbas noster antecessor gubernabat hoc monasterium, ut multi sciunt secularibus actibus deditus; cui pręfata Theoderanda de cibariis et deliciis diversis familiariter serviebat, et per se suosque fideles frequenter loqui satagebat. abbas autem tenebat tunc castellum
30 Tribuci, cum Martino Riconis et eius filiis aliisque consortibus. roccam vero desursum tenebat ad suam manum abbas, et quę deorsum est tenebant ipsi, sicut a prioribus acquisierant abbatibus. quotiens abbas proficiscebatur longius, suam partem illis relinquebat ad custodiendum, et recipiebat cum reverteretur. ipsi

(1) *Psalm*. LXXIII, 12. (2) An. 985.

autem erant valde asperrimi et in diversis malis nequissimi, ideoque viatores sepe deprędabantur, et eundem abbatem dedecorantes contristabantur. qua commotus mestitia contra eos, suasusque veneratione et obsequio prȩfati comitis eiusque coniugis, sperans etiam unum ornamentum missȩ officii sibi promissum accipere 5 ab eis, fecit illis scriptum quod Romani dicunt tertium genus de prȩdicto castello Tribuco solummodo, nullo sciente prȩter Luponem monachum et Ursum canonicum qui de Male Passia dicebatur [1]. c. 244 B sed cum ‖ nollent ipsi dare ut promiserant ornamentum missale, quod, ut fertur, mirabile erat valde, prȩtii triginta libra- 10 rum, quia fuerat papȩ Iohannis avunculi eiusdem comitis, nec ipse abbas idem scriptum corroborare voluit. tunc ipse comes cum sua uxore cȩpit callide moliri ut illud acquireret castellum, quia per vim nequiverant, eo quod qui tenebant feroces et nimis astuti erant. fecit itaque cum eis sacramenta qualia ipsi quȩsie- 15 runt, eosque ad castellum Arcis ubi habitabant venire fecerunt. quorum prudentiores duodecim capientes, in ima carceris miserunt et vinculis ferreis religaverunt, aliosque triginta, ut fertur, acceptis pecuniis dimiserunt. in qua captione acquisivit prȩdictus comes cum sua uxore ab filiis Lotharii scriptum de curte 20 Sancti Gethulii, cui Adam abbas concesserat pro stupro ubi illum apprȩhendit; et a filiis Gregorii diaconi de castello Tribuco, et ab aliis ibi captis, qui ab hoc monasterio scripta habebant. quod factum lex omnino interdicit, quia terram censualem nullus potest sine sui licentia patroni alicui dare. illi autem qui reman- 25 serant in Tribuco, adiutorio cuiusdam Senioricti propinqui sui suffulti, filii Arduini, per unum annum duraverunt. post hȩc vero, accepta pecunia, prȩfatus Seniorictus dedit ipsum castellum c. 245 A prȩdicto comiti eiusque coniugi. quo ingressi, ‖ cuncta vicinia nostrique monasterii prȩdia et Sancti Andreȩ atque Romanorum 30 sibi subiugarunt. quȩ omnia non sine causa a Deo permissa sunt; dicit enim Scriptura: « Omnis qui se exaltat, humiliabi- « tur » [2]. quȩ audiant divastatores ȩcclesiarum et persecutores

(1) Intorno ad Orso di Male Passia si veda alle pp. 14 e 95 di questo volume e nel *R. F.* il documento 658.
(2) Luc. XIV, 11.

pauperum, et custodiant se a deprędationibus eorum, quia Deus advocatus est et defensor illorum. prędia vero quę a supra scripto comite a nostro abstracta sunt monasterio hęc sunt: curtis Sancti Gethulii, quam duces Spoletani Faroaldus eiusque successor, dato
5 concambio episcopatui Reatino cuius proprietas fuerat, nostro monasterio contulerunt temporibus domini Thome. fundum Serranum in integrum, quod Milo et Domnella diacona huic monasterio concesserunt. fundum Canali. fundum Verruculę. fundum Cutri.

10 Prędicti autem comitis Benedicti fuerunt filii Iohannes et Crescentius: ex quibus Iohannes quodam anno in vigilia sanctę Marię voti causa per suum missum mandans duodecim solidos fecit ponere super altare ipsius, quos sacristanus assumpsit et inter alia vota reposuit, nichil interrogans. alia autem die mandavit di-
15 cens: « Dicite abbati, ut solidos duos faciat michi reddere, quia « non debui nisi decem pro pensione dare ». hoc ingenio fraudulento ab hoc monasterio ablata sunt prętata loca usque ad nostrum ingressum. ipso denique anno interfectus est Crescentius comes iussu Ottonis ‖ imperatoris et Gregorii papę, ut audistis, qui c. 245 B
20 nimis districte placita infra Romam exercebant. quorum territus pavore prętatus comes quęsivit nobis pactum, imperatore ac papa scientibus, et refutavit medietatem curtis et ęcclesię Sancti Gethulii com duobus casalibus, unde brevem testatam habemus (1); et ego rogavi illi tertium genus de alia medietate cum castello Tri-
25 buco. quo facto Romę, pręlibatus Crescentius venit illuc levitatis causa. quem imperator et papa capientes, iusserunt patri eius, ut redderet Cerem illis quibus abstulerat, quorum fuit. tunc in pręsentia eorum promisit se facturum; et egressus de Roma, fugiit illo. quo viso imperator ac papa nimis irati post eum propera-
30 runt, et papa secum me ire pręcepit, dicens michi: « Veni me« cum ad Cere, eo pacto, ut si comes Benedictus reddiderit michi « ipsam civitatem, recipiat filium et stet finis inter vos; sin autem, « filium eius suspendi faciam ipso vidente, et tibi restituam Tribu-

29. *Sopra la* o *di* illo *si vede un lieve segno come d'abbreviazione:* illos?

(1) An. 998; *R. F.* doc. 428.

« cum ». et tunc cum ad furcam duceretur ligatis post tergum manibus oculisque panniculo strictis, videns talia pater, reddidit civitatem et liberavit filium. eo die Romam reversi sumus. et cum die sequenti Sabinis venissemus, manibus nostris firmavimus tertium genus, et nostros direximus ad eum legatos, ut acciperet illud prȩfatus comes et appare ab ‖ illo firmatum nobis mandaret. sed facere noluit. quapropter ab omnibus legem scientibus non ignoratur, quoniam numquam stat tertium genus legaliter sine appare. verumtamen in supra scripto pacto prȩfatus comes nobiscum stetit, donec advixit, et nullam molestiam de prȩdicta curte nobis fecit; licet vellet, non audebat, quia in regno imperator erat.

c. 246 A

Mortuo vero ipso imperatore, Iohannes Crescentii filius ordinatus est patritius; qui Iohannem et Crescentium filios prȩdicti comitis uti dilectos consanguineos amare cepit. completis vero post hoc duobus annis, Crescentius supra scriptus abstulit nobis turpiter eandem curtem, nec est recordatus anathema quod pater eius fecerat ex corde, si unquam suus hȩres a nostro monasterio abstrahere vellet. post hoc nobis nostrisque hominibus multa inferentes mala ipse ac frater eius Iohannes, de Campo Sancti Benedicti tulerunt casales tres. castellum quoque Buccinianum supra scriptus Crescentius furatus est nobis, de quo tenebamus partem tertiam et alias duas nostri libellarii. cuncta etiam ultra Farfam redegit dominio suo, etiam nostros molendinarios. castellum vero Buccinianum delegavit quondam huic monasterio per cartam una matrona nomine Theoderanda, filia Gratiani consulis Romani, pro anima mariti sui Ingebaldi Francigenȩ, tempore Alberici Romanorum principis, qui dederat ei Sabinensem comitatum [1]. quod castellum Campo abbas genero suo Azoni Iudeo postea dedit; ‖ modo vero dicunt adversarii nostri quod sit de curte Sancti Petri, illi proxima, quȩ Salla vocatur. ad quod refellendum acquisivi antiquum privilegium a quodam factum papa cuidam nobili Romano de ipsa Salla, quod dat Buccinianum, affinem et latus ad ipsam curtem. si vero domnus Crescentius illud sciebat esse Sancti Petri, ut modo dicit, cur de illo cartam

c. 246 B

(1) An. 939; *R. F.* doc. 372. Cf. I, 65, nota 1.

acquisivit ab Adam nostro libellario, filio prędicti Azonis Iudei, videntibus cunctis Buccinianensibus?

Interea contentio alia orta est nobis in Marchia, pro qua me oportuit ire ultra montem ad Heinricum regem; ubi, cooperante
5 Deo, rege omnino placato, occulte illi refutavi istam abbatiam pro peccato quod omnes scitis. qui multum rogavit me, ut usque ad suum huc adventum illum pręstolarer, quem ipso dicebat anno esse. expectavi autem illo et altero et usque in tertium annum; quo minime veniente, dimisi illam. vos autem
10 elegistis domnum Guidonem, quem Iohannes patricius et Rainerius gratis fecerunt consecrare a papa Iohanne, pro nostro amore (1). patricio quoque mortuo, ordinatus est domnus Benedictus bonę memorię papa (2), qui contrarius extitit filiis Benedicti comitis. ablata itaque sunt ab eis omnia castella eorum pręter Tribucum
15 et Buccinianum; Iohannes etiam frater Crescentii obsidebatur in turribus Penestrini montis. tunc in sollenitate sancti ‖ Petri (3) venit ad nos supra scriptus Crescentius, et dixit, revelatum fuisse cuidam servo Dei quod suus frater Iohannes non evaderet nisi per orationem monachorum Sanctę Marię. deinde vos caritatem
20 fecistis in illis, et triduo ieiunastis. unde prędictus papa contra vos iratus est. post hęc vero eruitur frater eius ab illa obsessione, prout Deo placuit. tunc venit Crescentius in assumptione sanctę Marię (4), et renuntiavit medietatem ipsius curtis, ut voverat, et misit fratri suo, ut et ipse confirmaret. sed displicuit illi
25 hoc, et iratus dixit: « Quoquo pacto ego teneam terram alicuius « ęcclesię per triginta annos absque pensionis redditione, mea « postea erit proprietas. hoc enim nos et pater noster factum « habemus de illà curte ». tandem vero rogatu Grimaldi pręsbyteri ipse et uxor eius Itta confirmaverunt eandem refutationem; po-
30 stea autem Crescentius firmavit ipsam brevem refutationis et dedit prędicto abbati Guidoni (5); et ipse abbas firmavit tertium genus de alia medietate cum castello et dedit illi; et taliter fecimus

c. 247 A

16. sollenitate] *Così nel testo.*

(1) Cf. I, 66, nota 1.
(2) Cf. I, 67, nota 1.
(3) 29 giugno.
(4) 15 agosto.
(5) 22 agosto 1012; *R. F.* doc. 628.

finem. in quo me minime subscripsi, quia de alio existens monasterio, Sanctę Marię monachus non fui, et dimissa abbatia extraneus factus sum.

In hoc stetimus, usque dum imperator venit et coronatus est (1). cui obvius fui Papiam; cumque venissemus Ravennę, imperator 5
c. 247 B cum omnibus cogere ‖ me cępit, et maxime prę cunctis domnus Odilo abbas, ut reciperem abbatiam (2). sed non acquievi usque Romam ad sinodum (3). prędictus autem imperator ex quo Ravennam venit, pręcepit cunctis abbatibus et episcopis, ut scriberent res perditas suarum ęcclesiarum, qualiter et quando perdiderint 10 vel a quibus detinerentur. quod et ego feci. deinde venimus ante pręsentiam imperatoris et pape coram iudicibus romanis, et enarravi omnia, qualiter scripta sunt hic. inter alia vero protuli, quod a nullo abbate haberent scriptum de prędicto castello, nisi ab ipso Guidone, qui donum ab imperatore non habuit nec 15 pręceptum. tunc ab imperatore iudices interrogati, uno ore dixerunt: « Episcopus aut abbas qui pertinet palatio imperiali vel « pontificali, nullo modo valet facere scripta, nisi prius ab ipsis « donum acquirat ». deinde dixit imperator: « Domne papa, « date michi vestros milites, qui cum meis vadant, ut capiant mei 20 « monasterii castella ». subito autem orta est seditio inter Romanos et Teutonicos, quę die sequenti sedatur (4). timebat vero prędictus Iohannes, ne a papa caperetur consensu imperatoris, quia mentitus fuerat de Penestrino monte, nolens illum reddere sicut promiserat. et suasi imperatori ut ad locum securum si- 25 neret illum abire. qui reverti permisit cum tali tenore, ut die tertia rediret ipse aut eius frater, et legem aut convenientiam faceret. sed die tertio ut promiserat non est reversus. tunc con-
c. 248 A sensu ‖ prędicti papę et cunctorum iudicum consilio reinvestivit me imperator de ambobus prędictis castellis cum suis pertinentiis, et 30

4. *Al passo equivalente I, 68, r. 1, per errore di stampa fu omessa la parola* usque

(1) 14 febbraio 1014.

(2) Gennaio 1014.

(3) Febbraio 1014.

(4) Nel documento 492 del *Regesto* (III, 199) dove si narrano diffusamente questi fatti, è detto: « Motio facta est « inter Romanos et imperatoris plebem, et eam legem quam imperator « inde facere malebat, adimplere non « poterat ».

commendavit me in manu papę in sua fide, ut si animam suam diligeret, michi restitueret. quod strenue postmodum complevit ipse venerabilissimus papa. interea triginta diebus fecimus indutias nec super ipsa venimus castella, quia finem facere cum
5 eis volebam libentissime. ipsi autem subdola fraude prius promiserunt, et postmodum respuentes, etiam terribiles minas nobis intulerunt, quia ausi fuimus super eos imperatori reclamare. timore autem perculsi, uti inermes monachi, fecimus tandem venire super eos prędictum seniorem. illis denique qui erant intus,
10 per viginti dies et eo amplius arefactis prę nimia aquę siccitate ablatę, quadam die inundatio pluvię erupit ex omnibus partibus ipsius castelli, ita ut rivuli essent turbidi. tunc ceperunt vascula et pannos extra mansiones ordinare, ut aquis replerentur; sed tantum non pluit infra ipsum castellum, ut aliquod minimum vas
15 impleri posset. hoc illi videntes pavidi, Dei cognoscentes virtutem, sequenti die in manibus domni papę etiam ipse Crescentius et omnes se tradiderunt et castellum ei reddiderunt. statimque domnus papa Sanctę Marię et michi restituit cum omnibus qui intus erant, et redit Romam(1). ‖ post aliquantos autem dies c. 248 B
20 venit iterum Sabinis prope Tribucum, in quo prędictus Iohannes adhuc sedebat, cum iudicibus tantum et paucis hominibus, et mandavit ei familiariter, ut aut ipsum castellum quod iniuste tenebat Sanctę Marię redderet sicut imperator pręceperat, aut mecum staret ad legem. et si eius pręsentiam timeret, usque ad
25 carbonariam ipsius castelli exiens in sua virtute staret, et ibi cum iudicibus et paucis aliis inter nos fieret lex: quoniam nolebat ei absque iuditio tollere. sed hoc ille omnino rennuit. triduo autem ibi stetimus, et cottidie illi nuntios misit, sed nullo modo legem facere voluit. deinde per iuditium ipsorum iudicum rein-
30 vestivit me de ipso castello ac fecit breve testatum(2), et reversus est Romam. completo vero anno rediit illuc, et reacquisivit illud castellum ac reddidit Sanctę Marię, sicut domino Deo pla-

(1) 18 luglio 1014; *R. F.* doc. 491. Jaffé-Löwenfeld, nei *Regesta pontificum*, credono che il doc. 491 debba attribuirsi al 18 agosto, ma io non vedo sufficiente ragione per non prestar fede alle note cronologiche del documento stesso: « datum .xv. kalendas augusti ».

(2) 2 agosto 1014; *R. F.* doc. 492.

cuit et prędictus imperator rogavit, et ipse domnus papa complevit. postea autem domnus papa finem cum eis fecit absque nobis, non tamen cum bona voluntate, ut sciunt plurimi. quod ut audivimus, consensu ac consilio Piligrimi archiepiscopi et cancellarii prędicti imperatoris (1), iunximus nos cum Oddone et Crescentio 5 filiis Octaviani, et dedimus eis sortem de ipso Tribuco eiusque pertinentiis, ut nos ab ipsis defenderent, nullo | alio accepto prętio, quod usque hodie faciunt per divinum auxilium; sicuti postea imperatori intimavimus, audiente eodem papa et Oddone, quando nos interrogavit. tunc domnus imperator voluit inter nos et ipsos 10 Iohannem et Crescentium legem facere; quam ipsi noluerunt.

c. 249 A

An. 1009-1013. c. 249 B

Tricesimus nempe tertius extitit in hoc sancto cęnobio abbas Guido nepos scilicet suprascripti domni Hugonis (2). huius prę-cibus, Sergius papa quartus ędidit apices in hunc modum: 15

Sergius episcopus servus servorum Dei, Gratiano abbati et omnibus habitatoribus in castello et civitate Corgnito salutem karissimam cum benedi-

(1) An. 1022. Intorno a Piligrimo arcivescovo di Colonia e bibliotecario di S. R. C. cf. I, 76, nota 2.

(2) Intorno alla durata del governo dell'abbate Guido I, cf. I, 66, nota 1. Mi pare anche utile ripetere qui quello che si annota nel *Regesto di Farfa* (IV, 1) riguardo a questo abbate: « Il « MURATORI nelle note al *Chronicon* « *Farfense* (col. 565) stima verosimile « che questo Guido abbate sia iden- « tico al Guido II di cui troveremo « la menzione più tardi, ma questa « ipotesi non ci pare accettabile in al- « cun modo. Chi ben considera la serie « degli abbati Farfensi quale apparisce « dai cataloghi compilati da Gregorio « di Catino e dai documenti del *Re-* « *gesto*, può facilmente osservare che « Gregorio fu assai minutamente e pre- « cisamente informato riguardo a que- « sti abbati i cui governi s' innestarono, « a così dire, nel lungo ma intermit- « tente governo dell' abbate Ugo. In- « torno a questi tempi Gregorio diventa « una guida sempre più sicura per la « cronologia degli abbati Farfensi, per- « ch' egli entrò nel monastero quando « la memoria d' Ugo e dei suoi con- « temporanei era ancor fresca, tren- « t' anni appena dopo che l' insigne « abbate era morto. Del resto ogni « dubbio circa alla ipotesi del Muratori « è dissipato dalle indicazioni biogra- « fiche che Gregorio stesso ci dà dei « due Guidi. Il primo d' essi, certa- « mente uscito di nobili natali, nipote « all' abbate Ugo, e che non dubitò di « accettare e tenere per alcuni anni il « governo della badia; l' altro Guido « invece, nato di umili parenti e così « rimesso d' animo che parendogli « " huius pręlationis indecenter portare « onus, " supplicò i suoi compagni ed « ottenne d'essere sostituito da un altro « abbate (*Chron. Farf.* col. 565). La « differenza tra l' uno e l' altro Guido « vien fuori così manifesta da questo « paragone, che non è possibile am- « mettere la identità loro e fondere in

ctione apostolica. nostra cura pastoralis talis est, Christo favente, ut discordantes clericos vel laicos ad concordiam revocemus. ideo monemus te, prędicte Gratiane abba, et omnino iubemus, ut secundum pręceptum regulę sancti Benedicti humilies te sub Guidone abbate monasterii Sanctę Marię,
5 quod ponitur in Pharpha, et quicquid contra prělibatum monasterium iniuste egisti citius emendes, et ęcclesias quas iam dicto abbati contendis, videlicet Sancti Peregrini et Sancti Michahelis, cum omnibus suis pertinentiis reddas illi. quod si hoc facere nolueris, ab omni officio sacerdotali maneas alienus. similiter mandamus omnibus prędictis hominibus, vel aliis qui tibi contra
10 hanc nostram iussionem adiutorium pręstare voluerint, ut extra Ęcclesiam maneant usque dum per satisfactionem emendaverint (1).

Hic autem domnus Guido abbas una cum Huberto iudice advocato huius monasterii reclamavit ad domnum Ottonem comitem simul cum Rainerio Sabinensi episcopo et iudicibus resi-
15 dentem in placito pro rebus huius monasterii in Rescaniano et ostenderunt eas. et respondit advocatus eorum qui ipsas res tenebant: « Ipsa res a Romanis possessa est ‖ iuxta legem eorum « quiete per .xx. annos et a Langobardis per .xxx. annos » (2). tunc Hubertus iudex ostendit in libro capitulum domni Caroli
20 regis dicens: « Ubi res ecclesiastica per inquisitionem inveniri « poterit, ut non excludat eam per possessionem aliquis, sed re- « stituatur in ipsa ęcclesia unde ipsa res est ». post hęc iussu comitis et iudicum refutata et restituta est ipsa res in hoc monasterio (3). sub huius quoque domni Guidonis abbatis cura re-
25 giminis, donata est in hoc monasterio quędam res territorii Sabinensis in Galoniano (4). et in Leiano, et in Lumerano, et in

c. 250 A

1-11. *Dalle parole* nostra cura pastoralis *fino alla fine, questo documento non è scritto da Gregorio di Catino ma è di mano posteriore, del secolo XII.*

« una le due persone ». Vedasi anche GALLETTI, *Gabio*, p. 119 sgg. e I, 73, nota 1.

(1) An. 1009-1012; *R. F.* doc. 603. Cf. anche la nota 1 a p. 16 di questo volume.

(2) Il testo originale nel *Regesto* riporta così le parole dell' avvocato che difendeva gli avversari del monastero: « Ipsam terram et vineam quas eis monstrare fecisti, ipsi qui sunt Romani « per .xx. annos possiderunt quiete, « sicuti eorum lex est, et ipsi qui « sunt Langobardi possiderunt eas per « .xxx. annos ». Gli avversari che erano diversi e di diversa famiglia vivevano evidentemente alcuni a legge romana, altri a legge longobarda.

(3) An. 1009; *R. F.* doc. 604.

(4) An. 1010; *R. F.* doc. 605.

cuit et prędictus imperator rogavit, et ipse domnus papa complevit. postea autem domnus papa finem cum eis fecit absque nobis, non tamen cum bona voluntate, ut sciunt plurimi. quod ut audivimus, consensu ac consilio Piligrimi archiepiscopi et cancellarii prędicti imperatoris (1), iunximus nos cum Oddone et Crescentio 5 filiis Octaviani, et dedimus eis sortem de ipso Tribuco eiusque c. 249 A pertinentiis, ut nos ab ipsis defenderent, nullo | alio accepto prętio, quod usque hodie faciunt per divinum auxilium; sicuti postea imperatori intimavimus, audiente eodem papa et Oddone, quando nos interrogavit. tunc domnus imperator voluit inter nos et ipsos 10 Iohannem et Crescentium legem facere; quam ipsi noluerunt.

An. 1009–1013. c. 249 B Tricesimus nempe tertius extitit in hoc sancto cęnobio abbas Guido nepos scilicet suprascripti domni Hugonis (2). huius prę-cibus, Sergius papa quartus ędidit apices in hunc modum: 15

Sergius episcopus servus servorum Dei, Gratiano abbati et omnibus habitatoribus in castello et civitate Corgnito salutem karissimam cum benedi-

(1) An. 1022. Intorno a Piligrimo arcivescovo di Colonia e bibliotecario di S. R. C. cf. I, 76, nota 2.

(2) Intorno alla durata del governo dell'abbate Guido I, cf. I, 66, nota 1. Mi pare anche utile ripetere qui quello che si annota nel *Regesto di Farfa* (IV, 1) riguardo a questo abbate: « Il « MURATORI nelle note al *Chronicon* « *Farfense* (col. 565) stima verosimile « che questo Guido abbate sia iden- « tico al Guido II di cui troveremo « la menzione più tardi, ma questa « ipotesi non ci pare accettabile in al- « cun modo. Chi ben considera la serie « degli abbati Farfensi quale apparisce « dai cataloghi compilati da Gregorio « di Catino e dai documenti del *Re-* « *gesto*, può facilmente osservare che « Gregorio fu assai minutamente e pre- « cisamente informato riguardo a que- « sti abbati i cui governi s'innestarono, « a così dire, nel lungo ma intermit- « tente governo dell'abbate Ugo. In- « torno a questi tempi Gregorio diventa « una guida sempre più sicura per la « cronologia degli abbati Farfensi, per- « ch' egli entrò nel monastero quando « la memoria d' Ugo e dei suoi con- « temporanei era ancor fresca, tren- « t' anni appena dopo che l' insigne « abbate era morto. Del resto ogni « dubbio circa alla ipotesi del Muratori « è dissipato dalle indicazioni biogra- « fiche che Gregorio stesso ci dà dei « due Guidi. Il primo d' essi, certa- « mente uscito di nobili natali, nipote « all' abbate Ugo, e che non dubitò di « accettare e tenere per alcuni anni il « governo della badia; l' altro Guido « invece, nato di umili parenti e così « rimesso d' animo che parendogli « "huius pręlationis indecenter portare « onus," supplicò i suoi compagni ed « ottenne d'essere sostituito da un altro « abbate (*Chron. Farf.* col. 565). La « differenza tra l' uno e l' altro Guido « vien fuori così manifesta da questo « paragone, che non è possibile am- « mettere la identità loro e fondere in

ctione apostolica. nostra cura pastoralis talis est, Christo favente, ut discordantes clericos vel laicos ad concordiam revocemus. ideo monemus te, prędicte Gratiane abba, et omnino iubemus, ut secundum pręceptum regulę sancti Benedicti humilies te sub Guidone abbate monasterii Sanctę Marię,
5 quod ponitur in Pharpha, et quicquid contra pręlibatum monasterium iniuste egisti citius emendes, et ęcclesias quas iam dicto abbati contendis, videlicet Sancti Peregrini et Sancti Michahelis, cum omnibus suis pertinentiis reddas illi. quod si hoc facere nolueris, ab omni officio sacerdotali maneas alienus. similiter mandamus omnibus prędictis hominibus, vel aliis qui tibi contra
10 hanc nostram iussionem adiutorium pręstare voluerint, ut extra Ęcclesiam maneant usque dum per satisfactionem emendaverint (1).

Hic autem domnus Guido abbas una cum Huberto iudice advocato huius monasterii reclamavit ad domnum Ottonem comitem simul cum Rainerio Sabinensi episcopo et iudicibus resi-
15 dentem in placito pro rebus huius monasterii in Rescaniano et ostenderunt eas. et respondit advocatus eorum qui ipsas res tenebant: « Ipsa res a Romanis possessa est || iuxta legem eorum « quiete per .xx. annos et a Langobardis per .xxx. annos » (2). tunc Hubertus iudex ostendit in libro capitulum domni Caroli
20 regis dicens: « Ubi res ecclesiastica per inquisitionem inveniri « poterit, ut non excludat eam per possessionem aliquis, sed re- « stituatur in ipsa ęcclesia unde ipsa res est ». post hęc iussu comitis et iudicum refutata et restituta est ipsa res in hoc monasterio (3). sub huius quoque domni Guidonis abbatis cura re-
25 giminis, donata est in hoc monasterio quędam res territorii Sabinensis in Galoniano (4). et in Leiano, et in Lumerano, et in

c. 250 A

1-11. *Dalle parole* nostra cura pastoralis *fino alla fine, questo documento non è scritto da Gregorio di Catino ma è di mano posteriore, del secolo XII.*

« una le due persone ». Vedasi anche GALLETTI, *Gabio,* p. 119 sgg. e I, 73, nota 1.

(1) An. 1009-1012; *R. F.* doc. 603. Cf. anche la nota 1 a p. 16 di questo volume.

(2) Il testo originale nel *Regesto* riporta così le parole dell' avvocato che difendeva gli avversari del monastero: « Ipsam terram et vineam quas eis monstrare fecisti, ipsi qui sunt Romani « per .xx. annos possiderunt quiete, « sicuti eorum lex est, et ipsi qui « sunt Langobardi possiderunt eas per « .xxx. annos ». Gli avversari che erano diversi e di diversa famiglia vivevano evidentemente alcuni a legge romana, altri a legge longobarda.

(3) An. 1009; *R. F.* doc. 604.

(4) An. 1010; *R. F.* doc. 605.

Valeriano, et in Ruiano [1]. et in Rescaniano et in Lacu [2]. et in Postmontem casalis Iohannis Miccini, ubi est ęcclesia Sancti Silvestri [3]. quidam autem Constantius acquisierat quasdam res per scriptum a Guidone abbate et ex ipsis rebus transvendiderat sine iudicio et malo ordine. quapropter convictus in placito, refutavit ipsam terram per idem scriptum [4]. item, filii Ingezonis refutaverunt medietatem casalis Cannetuli [5]. his etiam diebus donata est in hoc monasterio quedam res in Campora, et in Abbatini [6]. et in Curiano, et ad Fontanam Puzam, et in Mutella ad Sanctum Angelum [7]. et in Pantanula [8]. et in Meiana cum quarta portione ęcclesię Sancti Silvestri [9]. et ibidem refutata est alia res cum aquimolis iuxta rigum Sancti Marcelli. et in Meiana casalis Luponis magistri. et in | Pantanula alius casalis et terra atque vinea. et in Sanguiniano quarta pars dotalicii ęcclesię Sancti Silvestri. et in Casarina in valle super Albucianum [10].

Ipso tempore iterum reclamaverunt pręsbyteri Sancti Eustathii super Guidone abbate ad Iohannem patricium et Crescentium pręfectum pro ęcclesia Sancti Benedicti et Sancti Blasii de Thermis Alexandrinis. tunc ipse abbas una cum Huberto iudice advocato huius monasterii ostendit breve factum quod continebat qualiter quondam ante Ottonem imperatorem et Gregorium papam diffinitum fuerat querimonium. quo audito omnes, iudicio iudicum et iussu domni patricii atque pręfecti, iterum refutaverunt ipsi pręsbyteri in manus Guidonis abbatis eandem ęcclesiam, et duę carte per quas litigabant per medium incisę sunt. et sic domnus patricius una cum pręfecto constituit, ut si deinceps ipsam ęcclesiam litigarent pręsbyteri Sancti Eustathii, componerent pęnam auri optimi librarum .v., medietatem Lateranensi palatio et medietatem huic monasterio [11]. interea qui-

(1) An. 1010; *R. F.* doc. 606.
(2) An. 1010; *R. F.* doc. 607.
(3) An. 1010; *R. F.* doc. 608.
(4) An. 1011; *R. F.* doc. 609.
(5) An. 1011; *R. F.* doc. 610.
(6) An. 1011; *R. F.* doc. 611.
(7) An. 1011; *R. F.* doc. 612.
(8) An. 1011; *R. F.* doc. 613.
(9) An. 1011; *R. F.* doc. 614.
(10) An. 1011; *R. F* doc. 615.
(11) L'importanza di questo giudizio m' induce a riprodurlo qui per intero:

In nomine domini Dei salvatoris nostri Ihesu Christi. anno Deo propitio pontificatus

dam Otto filius Octaviani donavit atque confirmavit in hoc monasterio terras et vineas in Piccarella iuxta furcellum Melleti modio-

domni nostri Sergii summi pontificis et universalis IIII papę in sacratissima sede beati Petri apostoli .II., indictione .VIIII., mense iunii, die .I. ad laudem omnipotentis Dei et salvatoris nostri Ihesu Christi simulque beatę et superexaltatę Dei genitricis virginis Marię, ex decreto iudicum et per patricialem pręceptionem, breve memoratorium factum qualiter orta est contentio inter pręsbiteros ęcclesię Sancti Eustathii, quę sita est in Platana, qui reclamaverunt ad domnum Iohannem patricium urbis Romę, et Crescentium gloriosum istius urbis Romę pręfectum. dum resideret infra domum suam prędictus domnus patricius, una cum iam dicto domno pręfecto, simulque cum eis optimates et iudices Romanorum, videlicet Iohannes Dei providentia primicerius, Gregorius primicerius defensorum, Benedictus sacellarius, Georgius arcarius, Petrus et Leo sive Iohannes atque Gregorius dativi iudices, Leo protoscriniarius sacri palatii, Belizo inclitus comes, Amato Campanię comes, Octavianus et Otto comes filius eius, Marinus germanus suprascripti pręfecti, Leo Curtabraca et Berardus suus germanus, Bonizo filius Franconis, Bulcio filius Gunzonis, Franco a Sancto Eustathio, Franco de Brittone, Leo de Calo Iohannis, Maraldus, Rolandus filius Guarnolfi de comitatu Viterbensi, Ardicho Domini gratia dativus iudex, Franco Langobardorum iudex de comitatu Sabinensi, et alius Franco iudex filius Alberti iudicis, Rainerius filius Arduini de comitatu Sabinensi. in istorum omnium pręsentiam venerunt pręsbiteri suprascriptę ęccclesię Sancti Eustathii una cum Iohanne diacono sacrosancti Lateranensis palatii et rectore atque dispensatore suprascriptę ęcclesię, scilicet Petrus archipręsbiter, Iohannes pręsbiter de Polla secundicerius, Eustatius pręsbiter de Benedicto pręsbitero de Castorio, Iohannes pręsbiter, Silvester pręsbiter, Petrus pręsbiter, Adrianus pręsbiter, Sigizo pręsbiter cum cuncta illorum congregatione, et cęperunt proclamare super Guidone venerabili abbate monasterii Sanctę Marię dominę nostrę quod dicitur in Pharpha. nam ita dicebant: « Domne « patrici et pręfecte et iudices, Dei et vestra « misericordia habeamus legem de isto Gui« done abbate qui contendit nobis unam ęc« clesiam quę est ędificata in honore sancti Be« nedicti et sanctę Marię et sancti Blasii infra « Thermas Alexandrinas positam Romę re« gione .VIIII. ad Scorticlarios, cum una domo « iuxta se invicem coherente solarata tigulicia, « cum yliaco suo et scala marmorea et infe« rioribus et superioribus suis a solo terrę usque « ad summum tecti, et curte ante eam et in« troitu et exitu suo a via publica, et cum « omnibus ad ipsam ęcclesiam et domum per« tinentibus, quod est inter affines: a duobus « lateribus curtis et cripta de suprascripta ęc« clesia Sanctę Marię que appellatur in Phar« pha, a .III. latere curtis Lamberti filii Al« donis, a .IIII. latere via publica ». tunc iussit inde lex fieri. contigit itaque illa hora ibi adesse prędictum abbatem cum suis monachis et advocato prędicti monasterii, scilicet Huberto Langobardorum iudice, et cęperunt dicere: « Ecce nos parati sumus legem facere ». continuo prędictis pręsbiteris datus est advocatus Sicco filius Ingebaldi ut pro eis ageret contra prędictum abbatem et advocatum eius. tunc cępit prędictus Sicco conqueri iam dictum abbatem et advocatum eius de prędicta ęcclesia et domo, sicuti superius legitur, quod iniuste teneret. tunc respondit prędictus Hubertus iudex: « Ipsam ęcclesiam et domum, quas « tu dicis, isti pręsbiteri alia vice in placito « domni Ottonis imperatoris et domni Gregorii « papę refutaverunt antecessori istius abbatis, « videlicet Hugoni abbati, secundum iudicium « Romanorum et Langobardorum iudicum, et « nos ad proprietatem monasterii nostri te« nemus ». tunc prędixerunt prędicti domni patricius et pręfectus et iudices: « Volumus « scire si ita est ut dicitis ». statim ostenderunt prędictus abbas et advocatus brevem memoratorium factum temporibus prędicti imperatoris et papę, ubi continebatur qualiter diffinitum est inter prędictum abbatem et pręsbiteros secundum diligentissimam examinationem et magnam discretionem, et corroboratum erat ex toto a senioribus et iudicibus qui illo in tempore videbantur iudicia exercere. qua perlecta et obscultata, omnibus placuit, et affirmaverunt cuncti prędicti iudices et iudicaverunt quod nulla ratione posset removeri nec deberet illud iudicium quod semel tam diligenter tamque consulte diffinitum est, et maxime quod iussu regis et papę tam firmiter et inviolabiliter terminatum est. deinde iterum Ubertus iudex dixit contra Siconem advocatum pręsbiterorum: « De hac diffinitione quę « tam iuste et legaliter, sicuti superius dixi« mus, finita est, de iam dicta ęcclesia et domo, « quid dicis, aut quid tibi videtur? » respondit Sicco et dixit: « Usque modo putavi quod « iam dicta ęcclesia et suprascripta domus « Sancto Eusthatio pertinerent et suę esse de« berent. sed modo scio pro certo et proba« tum habeo, quia prędicti monasterii San« ctę Marię sunt, et Sancto Eusthatio nichil « pertinet, et ego amplius non contendo ». ad hęc cuncti iudices iudicaverunt et pręceperunt

Valeriano, et in Ruiano [1]. et in Rescaniano et in Lacu [2]. et in Postmontem casalis Iohannis Miccini, ubi est ęcclesia Sancti Silvestri [3]. quidam autem Constantius acquisierat quasdam res per scriptum a Guidone abbate et ex ipsis rebus transvendiderat sine iudicio et malo ordine. quapropter convictus in placito, refutavit ipsam terram per idem scriptum [4]. item, filii Ingezonis refutaverunt medietatem casalis Cannetuli [5]. his etiam diebus donata est in hoc monasterio quedam res in Campora, et in Abbatini [6]. et in Curiano, et ad Fontanam Puzam, et in Mutella ad Sanctum Angelum [7]. et in Pantanula [8]. et in Meiana cum quarta portione ęcclesię Sancti Silvestri [9]. et ibidem refutata est alia res cum aquimolis iuxta rigum Sancti Marcelli. et in Meiana casalis Luponis magistri. et in | Pantanula alius casalis et terra atque vinea. et in Sanguiniano quarta pars dotalicii ęcclesię Sancti Silvestri. et in Casarina in valle super Albucianum [10].

c. 250 B

Ipso tempore iterum reclamaverunt prębyteri Sancti Eustathii super Guidone abbate ad Iohannem patricium et Crescentium pręfectum pro ęcclesia Sancti Benedicti et Sancti Blasii de Thermis Alexandrinis. tunc ipse abbas una cum Huberto iudice advocato huius monasterii ostendit breve factum quod continebat qualiter quondam ante Ottonem imperatorem et Gregorium papam diffinitum fuerat querimonium. quo audito omnes, iudicio iudicum et iussu domni patricii atque pręfecti, iterum refutaverunt ipsi prębyteri in manus Guidonis abbatis eandem ęcclesiam, et duę carte per quas litigabant per medium incisę sunt. et sic domnus patricius una cum pręfecto constituit, ut si deinceps ipsam ęcclesiam litigarent prębyteri Sancti Eustathii, componerent pęnam auri optimi librarum .v., medietatem Lateranensi palatio et medietatem huic monasterio [11]. interea qui-

(1) An. 1010; *R. F.* doc. 606.
(2) An. 1010; *R. F.* doc. 607.
(3) An. 1010; *R. F.* doc. 608.
(4) An. 1011; *R. F.* doc. 609.
(5) An. 1011; *R. F.* doc. 610.
(6) An. 1011; *R. F.* doc. 611.
(7) An. 1011; *R. F.* doc. 612.
(8) An. 1011; *R. F.* doc. 613.
(9) An. 1011; *R. F.* doc. 614.
(10) An. 1011; *R. F* doc. 615.
(11) L'importanza di questo giudizio m' induce a riprodurlo qui per intero:

In nomine domini Dei salvatoris nostri Iheau Christi. anno Deo propitio pontificatus

dam Otto filius Octaviani donavit atque confirmavit in hoc monasterio terras et vineas in Piccarella iuxta furcellum Melleti modio-

domni nostri Sergii summi pontificis et universalis IIII papę in sacratissima sede beati Petri apostoli .II., indictione .VIII., mense iunii, die .I. ad laudem omnipotentis Dei et salvatoris nostri Ihesu Christi simulque beatę et superexaltatę Dei genitricis virginis Marię, ex decreto iudicum et per patricialem pręceptionem, breve memoratorium factum qualiter orta est contentio inter prębiteros ęcclesię Sancti Eustathii, quę sita est in Platana, qui reclamaverunt ad domnum Iohannem patricium urbis Romę, et Crescentium gloriosum istius urbis Romę prędfectum. dum resideret infra domum suam prędictus domnus patricius, . una cum iam dicto domno prędfecto, simulque cum eis optimates et iudices Romanorum, videlicet Iohannes Dei providentia primicerius, Gregorius primicerius defensorum, Benedictus sacellarius, Georgius arcarius, Petrus et Leo sive Iohannes atque Gregorius dativi iudices, Leo protoscriniarius sacri palatii, Belizo inclitus comes, Amato Campanię comes, Octavianus et Otto comes filius eius, Marinus germanus suprascripti prędfecti, Leo Curtabraca et Berardus suus germanus, Bonizo filius Franconis, Bulcio filius Gunzonis, Franco a Sancto Eustathio, Franco de Brittone, Leo de Calo Iohannis, Maraldus, Rolandus filius Guarnolfi de comitatu Viterbensi, Ardicho Domini gratia dativus iudex, Franco Langobardorum iudex de comitatu Sabinensi, et alius Franco iudex filius Alberti iudicis, Rainerius filius Arduini de comitatu Sabinensi. in istorum omnium prędsentiam venerunt prębiteri suprascriptę ęccclesię Sancti Eustathii una cum Iohanne diacono sacrosancti Lateranensis palatii et rectore atque dispensatore suprascriptę ęcclesię, scilicet Petrus archiprębiter, Iohannes prębiter de Polla secundicerius, Eustatius prębiter de Benedicto prębitero de Castorio, Iohannes prębiter, Silvester prębiter, Petrus prębiter, Adrianus prębiter, Sigizo prębiter cum cuncta illorum congregatione, et cęperunt proclamare super Guidone venerabili abbate monasterii Sanctę Marię dominę nostrę quod dicitur in Pharpha. nam ita dicebant: « Domne « patrici et prędfecte et iudices, Dei et vestra « misericordia habeamus legem de isto Gui« done abbate qui contendit nobis unam ęc« clesiam quę est ędificata in honore sancti Be« nedicti et sanctę Marię et sancti Blasii infra « Thermas Alexandrinas positam Romę re« gione .VIIII. ad Scorticlarios, cum una domo « iuxta se invicem coherente solarata tigulicia, « cum yliaco suo et scala marmorea et infe« rioribus et superioribus suis a solo terrę usque « ad summum tecti, et curte ante eam et in« troitu et exitu suo a via publica, et cum « omnibus ad ipsam ęcclesiam et domum per« tinentibus, quod est inter affines: a duobus « lateribus curtis et cripta de suprascripta ęc« clesia Sanctę Marię que appellatur in Phar« pha, a .III. latere curtis Lamberti filii Al« donis, a .IIII. latere via publica ». tunc iussit inde lex fieri. contigit itaque illa hora ibi adesse prędictum abbatem cum suis monachis et advocato prędicti monasterii, scilicet Huberto Langobardorum iudice, et cęperunt dicere: « Ecce nos parati sumus legem facere ». continuo prędictis prębiteris datus est advocatus Sicco filius Ingebaldi ut pro eis ageret contra prędictum abbatem et advocatum eius. tunc cępit prędictus Sicco conqueri iam dictum abbatem et advocatum eius de prędicta ęcclesia et domo, sicuti superius legitur, quod iniuste teneret. tunc respondit prędictus Hubertus iudex: « Ipsam ęcclesiam et domum, quas « tu dicis, isti prębiteri alia vice in placito « domni Ottonis imperatoris et domni Gregorii « papę refutaverunt antecessori istius abbatis, « videlicet Hugoni abbati, secundum iudicium « Romanorum et Langobardorum iudicum, et « nos ad proprietatem monasterii nostri te« nemus ». tunc prędixerunt prędicti domni patricius et prędfectus et iudices: « Volumus « scire si ita est ut dicitis ». statim ostenderunt prędictus abbas et advocatus brevem memoratorium factum temporibus prędicti imperatoris et papę, ubi continebatur qualiter diffinitum est inter prędictum abbatem et prębiteros secundum diligentissimam examinationem et magnam discretionem, et corroboratum erat ex toto a senioribus et iudicibus qui illo in tempore videbantur iudicia exercere. qua perlecta et obscultata, omnibus placuit, et affirmaverunt cuncti prędicti iudices et iudicaverunt quod nulla ratione posset removeri nec deberet illud iudicium quod semel tam diligenter tamque consulte diffinitum est, et maxime quod iussu regis et papę tam firmiter et inviolabiliter terminatum est. deinde iterum Ubertus iudex dixit contra Siconem advocatum prębiterorum : « De hac diffinitione quę « tam iuste et legaliter, sicuti superius dixi« mus, finita est, de iam dicta ęcclesia et domo, « quid dicis, aut quid tibi videtur ? » respondit Sicco et dixit : « Usque modo putavi quod « iam dicta ęcclesia et suprascripta domus « Sancto Eusthatio pertinerent et suę esse de« berent. sed modo scio pro certo et proba« tum habeo, quia prędicti monasterii San« ctę Marię sunt, et Sancto Eusthatio nichil « pertinet, et ego amplius non contendo ». ad hęc cuncti iudices iudicaverunt et pręceperunt

rum .c. (1). et in vocabulo ubi dicitur Macla Felcosa iuxta pertinentiam de Spongia tradidit pro anima Dodę uxoris suę in hoc monasterio modiola quadringenta consentiente genitore suo, quorum fines sunt: a furca Vallis Lupę descendentes in Vallem | Nucis, deinde in Maclam Longam et Petram Fixam, deinde semita pergens per ipsam Maclam in Maclam Petrosam et in caput Callatorum, et venientes in viam antiquam, deinde scrimen montis descendens in Petram Ream, et in Currisem, et in fossatum serrę Populi, deinde serra montis de Meso venientes in caput Pollecclę et descendentes in suprascriptam furcam Vallis Lupę. insuper tradidit in hoc monasterio pro anima sua modiola mille quingenta vel si amplius fuerint infra istos fines, et terram ad aquimolum faciendum iuxta Currisem, et secus casalem Dominici Furis, et in Fabriciano res cum portione ęcclesię Sancti Silvestri sicut tenuit

c. 251 A

ut prędicti pręsbiteri refutarent iam dictam ęcclesiam cum domo, sicuti supra legitur, prę-libato abbati suoque advocato. mox iussu domni patricii et pręfecti et cunctorum supradictorum iudicum iam dictus Iohannes diaconus et defensor prędictę ęcclesię Sancti Eustathii tulit duas cartas in manus per quas litigabat contra sępedictum abbatem simulque cum cunctis prędictis et cum pręfato Sicone advocato suo et refutaverunt ipsi abbati et suo advocato prędictam ęcclesiam et pręnominatam domum per affines et pertinentias et ex integro sicuti supra scriptum est, et in manu prędicti abbatis et advocati reliquerunt cartas. illico iussu domni patricii et pręfecti et cunctorum iudicum tulit Gregorius primicerius defensorum cultellum et eas per medium abscidit similitudine crucis, et iterum in manu iam dicti abbatis reliquit ac dimisit in conspectu omnium ibidem residentium et circumstantium. quod si in quocumque tempore a iam dicto Iohanne diacono aut prędictis pręsbiteris vel successoribus eorum aliqua cartula de iam dicta ęcclesia sive de suprascripta domo cum omnibus eorum pertinentiis ex integro, sicuti superius legitur, inventa aut reperta fuerit, et cum ea qualicumque insurgente persona magna vel parva prędicto monasterio litigare vel calumnias inferre temptaverint, non solum cartula ipsa vacua permaneat, sed etiam compositores existant auri optimi libras quinque, medietatem in sacro Lateranensi palatio et medietatem prędicto monasterio. et post solutam pęnam hoc breve memoratorium in omni robore firmitatis permaneat. unde pro futura memoria et cautela, ut a modo et usque in finem seculi prędictum monasterium iam dictam ęcclesiam Sancti Benedicti cum pręfata domo et omnia illorum pertinentia securo et quieto ordine detineat, sicuti dictum est, usque in finem sęculi. propter hoc supradictus domnus pręfectus et patricius simul et omnes suprascripti iudices michi Romano scriniario sanctę Romanę Ecclesię scribere pręceperunt. in quo et ipsi omnes manu propria subscripserunt. in mense et indictione suprascripta .VIIII. Iohannes Domini gratia Romanorum patricius. + Crescentius Domini gratia Urbis pręfectus. + Belizo comes. Amato comes. + Arduinus Domini gratia dativus iudex. + Iohannes Dei providentia primicerius. + Gregorius Domini gratia primicerius. + ego Georgius Dei providentia arcarius. + Benedictus Domini gratia saccellarius apostolicę Sedis. + Petrus Dei nutu iudex. + Leo Domini gratia dativus iudex. + Iohannes Domini gratia dativus iudex. + ego Gregorius Domini gratia dativus iudex. + Leo protoscriniarius sacri palatii. + Iohannes de Benedicta. + Leo Curtabraca. + Marinus. + Rolandus. + Octavianus. + Franco de Britto Curtabraca. + Maraldus. + Bonizo filius Franconis. + Rainerius filius Arduini. + Otto comes. + Sicco filius Engibaldi. + ego Romanus scriniarius sanctę Romanę Ecclesię, qui supra scriptor huius memorię brevis post iudicum subscriptiones complevi et absolvi.

An. 1011; *R. F.* doc. 616.

(1) An. 1011; *R. F.* doc. 617.

Iohannes Miccinus [1]. et ubi dicitur Collis dedit unum aquimolum prędictus Octo comes in ęcclesia Sancti Martini super Acutianum [2]. prędictus autem Guido abbas acquisivit quasdam res in Nazano Sabinensi [3]. et revicit in quodam placito
5 unam curtem ad Flumen in vocabulo Sumati territorii Asculani ad Macerianum [4]. et accepit quandam convenientiam de rebus in Terentiano in quo est ęcclesia Sanctę Cecilię [5]. de Arnario quoque donata est in hoc monasterio pars decima octava quę fuit Crescentii Bonizonis [6]. et quędam res in Nocla prę-
10 dicto abbati refutata est [7]. quidam vero Samso donavit in hoc monasterio quasdam res in Miana et refutavit res in monte de Velo modiola .c. [8].

Ipso tempore Crescentius comes et Iohannes marchio | filii Benedicti quondam comitis refutaverunt in hoc monasterio me- c. 251 B
15 dietatem curtis Sancti Gethulii [9]. quidam vero Franco filius

(1) An. 1011; *R. F.* doc. 618.
(2) An. 1011; *R. F.* doc. 619.
(3) An. 1011; *R. F.* doc. 620.
(4) An. 1012; *R. F.* docc. 621 e 622.
(5) An. 1012; *R. F.* doc. 623.
(6) An. 1012; *R. F.* doc. 624.
(7) An. 1012; *R. F.* doc. 625.
(8) An. 1012; *R. F.* docc. 626 e 627.
(9) An. 1012; *R. F.* doc. 628. Riproduco qui in nota questo documento notevole per la importanza dei personaggi che vi sono menzionati e per la storia del monastero:

In nomine domini Dei salvatoris nostri Ihesu Christi. anno Deo propitio pontificatus domni nostri Benedicti summi pontificis et universalis VIII papę in sacratissima sede beati Petri apostoli .I., indictione .X., mense augusti, die .XXII. licet in bonę fidei solo verbo optineat conventio firmitatem, oportet tamen ut ea quę inter se partes conveniunt per scripturę testimonia roborentur, ne prolixitas temporum aliquid oblivionis abducat, ut quandocumque expedit et recensita aut ostensa fuerint, totius litis amoveant quęstionem. omne vero pactum quod homines faciunt, placitum vocatur; placitum vero dictum est eo quod ambobus partibus placeat. et ideo qui fidem pacti non servat, subscriptam pęnam persolvat. iccirco hoc breve memoratorium et diffinitionis sive refutationis factum, qualiter litis contentio horta fuit inter Guidonem Domini gratia religiosum pręsbiterum et monachum atque abbatem venerabilis monasterii Sanctę Dei genitricis semperque virginis Marię dominę nostrę quod ponitur territorio Sabinensi in loco qui dicitur Acutianus, et inter Iohannem Domini gratia inclitum ducem atque marchionem, nec non et Crescentium Dei nutu honorabilem comitem germanum ipsius, de curte una in integrum quę vocatur Sancti Gethulii quę pertinens est de suprascripto monasterio, unde bonę memorię Benedictus comes genitor suprascriptorum emphyteusin cartulam habuit ab antecessoribus abbatibus prędicti monasterii et postea per pactum convenientię medietatem in integrum de suprascripta curte refutavit in prędicto monasterio et Hugoni abbati qui illo in tempore regebat iam dictum monasterium (*). deinde prędicti filii sui, videlicet Iohannes marchio et Crescentius comes, iniuste et non legaliter disvestierunt prędictum monasterium et prędictum abbatem de iam dicta curte de ipsa medietate, sicuti superius legitur, et ad suum opus tenuerunt per longum tempus. postea vero inspirante Deo venit pręnominatus Crescentius comes ad iam dictum monasterium in assumptione sanctę Marię et celebravit divinum officium ibi noctis et diei. et post peractum officium venit ante sacrum altare coram iudicibus et nobilioribus hominibus qui subscribendi sunt, et pro redemptione animę suę et parentum suorum, scilicet bonę memorię

(*) V. il doc. n. 428, *Regesto*, III, 141.

Nonvolię refutavit quasdam res in Pompeie, et Conflenti, et Agello, et super Albucianum, et in Postmontem. et in civitate

pręlibati Benedicti comitis genitoris sui et Theodorandę matris suę, refutavit in iam dicto monasterio et prędicto Guidoni venerabili abbati successori iam dicti Hugonis abbatis suisque successoribus in perpetuum medietatem de iam pręnominata curte in integrum, eo ordine quem supter dicturi sumus, et tunc repromisit de iam dicto fratre suo Iohanne marchione, quod sicuti ipse refutavit, ita et ille faceret. deinde cum suo nuntio, videlicet Grimaldo prębitero, et cum testimoniis subscriptis, ivit prędictus Hugo, qui quondam abbas, et Iohannes prębiter et monachus, qui olim prępositus, usque ad Penestrinam civitatem, ubi tunc erat suprascriptus marchio Iohannes, et sicuti antea refutatam habebat suprascriptus Crescentius comes medietatem de prędicta curte, qualiter inferius dicturi sumus, in manu iam dicti Guidonis abbatis et Huberti iudicis et advocati ipsius monasterii, ita et prędictus Iohannes marchio refutavit in manibus suprascriptorum monachorum Hugonis et Iohannis, et Franconis iudicis et advocati monasterii et filii suprascripti Huberti iudicis. hoc videlicet ordine ambo refutaverunt. prędictus domnus Crescentius comes refutavit sicuti sępe dictum est, domnus Iohannes marchio iam dictus refutavit simul cum sua coniuge domna Hitta illustrissima ducatrice (*), consentiente sibi in hoc prędicto viro suo. refutaverunt toti tres prędictam medietatem de suprascripta curte quę vocatur Sancti Gethulii, excepto ipsum castellum quod vocatur Tribucum in integrum, cum ripis et appendiciis suis, et cum ędificiis et constructura illius in integrum, quod exceptaverunt. nam cęteram medietatem de suprascripta curte quę vocatur Sancti Gethulii cum medietate de ęcclesiis et cum casis, casalibus vineis, terris, pratis, campis, pascuis, silvis, salictis, arboribus fructiferis vel infructiferis, aquis, aquimulis aquarumque decursibus, et cultum vel incultum, vacuum et plęnum, mobile vel immobile, et cum omnibus ad eandem medietatem de prędicta curte generaliter et in integrum pertinentibus, excepto iam dictum castellum, sicuti superius legitur. quę est posita ipsa curtis territorio Sabinensi in suprascripto vocabulo Sancti Gethulii vel si quibus aliis vocabulis nuncupatur. affines vero eius, sicuti ab origine fuerunt vel modo designari possunt. quam vero refutationem licet divisi essent suprascripti fratres et prędicta domna Hitta quando fecerunt, tamen inferius nominandi testes ad ambas refutationes fuerunt, quorum nomina hęc sunt: Crescentius filius Octaviani, Ioseph et Boninus filii Guidonis, Taiprandus filius Petri, Taiprandus filius Berengerii, Stephanus filius Rofredi, Cirinus, Leo Malustalentus, Franco dativus iudex et alius Franco dativus iudex filius Huberti suprascripti iudicis, Rainerius de Maroza, Siefredus, Benedictus de Iannia, Guido et Iohannes fratres eius, Gualafossa, Franco de Guido, Gualabrunus, Rainerius filius Iohannis, Lotharius, Arduinus, Seniorittus, et alii plures quorum nomina enarrare longum est. ante istorum omnium suprascriptorum pręsentiam refutaverunt toti tres, sicuti post legitur, spondentes et repromittentes suprascripti germani marchio et comes nec non et suprascripta ducatrix, tam pro se quam pro cunctis hęredibus illorum sive ab eis submissa magna parvaque persona, quod si aliquo in tempore de suprascripta medietate de iam dicta curte in integrum, sicuti superius legitur, agere aut causare, contendere vel litigare sive molestare vel invadere aut retollere vel minuere pręsumpserint ipsi suprascripti Iohannes marchio cum coniuge sua prędicta, et iam prędictus Crescentius comes tam pro se quam pro suis hęredibus, tunc daturos promiserunt Guidoni abbati vel suis successoribus aut in suprascripto monasterio auri optimi libras .c. et post pęnam absolutam hoc breve memoratorium sive conventionis atque refutationis nichilominus in sua maneat firmitate usque in perpetuum. sic namque finitum est. unde pro futura memoria et cautela futuroque testimonio hoc breve memoratorium seu diffinitionis sive refutationis ex iussione suprascriptorum hominum scripsi ego Petrus scriniarius sanctę Romanę Ecclesię in mense et indictione suprascripta .x. + Iohannes Domini gratia marchio in hoc breve refutationis a nobis facto scripsi. signum + manus suprascriptę Hittę illustrissimę feminę. signum + manus suprascripti Crescentii Dei nutu honorabilis comitis et rogatoris atque refutatoris. signum + manus Grimaldi prębiteri. + Crescentius filius Octaviani ibidem fui et manu mea subscripsi. + Ioseph interfui. + Boninus filius Guidonis interfui. + ego Franco iudex interfui. + ego Guido manu mea. + ego Gualabrunus interfui. + Taiprandus filius Petri interfui. + Taiprandus filius Bernengeri interfui. + Stephanus filius Rofredi interfui. + Cirinus interfui. + Leo qui vocor Malustalentus ibi fui. + Rai-

(*) Per errore il MURATORI riferendo imperfettamente questo documento nelle note al *Chronicon Farfense*, col. 509, e citandolo negli *Annali*, ad an. 1012, considera Itta come moglie di Crescenzio.

Reatina molendinum Ianaticum quod est de Cantaro. et curtem Sanctę Agathę. et res in Frigie, et Baschę, et Lacum Maiorem. et petiam vineę iuxta portam Romanam. hęc omnia restituit in hoc monasterio et Guidoni abbati (1). item, Post-
5 montem ubi dicitur Maternus donatę sunt quędam res in hoc monasterio et in ęcclesia Sancti Martini super Acutianum (2). et alia res ibidem venundata fuit in suprascripta ęcclesia Sancti Martini prętio solidorum .xii. (3). in Capitiniano quasdam res cum quarta parte de ęcclesia Sanctę Columbe contulit in hoc
10 monasterio quidam Adelbertus (4). in Puzalia vero collatę sunt quędam res huic monasterio iuxta Sanctam Agnen (5). et unum sedium de molendinis iuxta molinum Todici (6). et ibidem alias res modiorum .xvii. pro solidis .lx. (7).

An. 1013.

Il papa Benedetto VIII concede al monastero la chiesa di S. Maria in Formello nel fondo Massa e tre casali situati anch'essi nel medesimo fondo.

Benedictus episcopus servus servorum Dei. dilecto in Domino filio
15 Guidoni [religioso pręsbitero et monacho atque] coangelico abbati venerabilis monasterii [Sanctę et superexaltatę Dei genitricis semperque virginis Marię dominę nostrę] quod dicitur in Pharpha de loco Acutiano [sito] tuisque successoribus in perpetuum. [cum magna nobis sollicitudine insistat cura pro universis Dei ęcclesiis ac piis locis vigilandum, ne aliquam necessitatis ia-
20 cturam sustineant, sed magis proprię utilitatis stipendia consequantur, ideo convenit nos pastorali tota mentis aviditate eorundem venerabilium locorum maximę stabilitatis integritatem procurare et sedule eorum utilitatum subsidia illic conferre, ut Deo nostro omnipotenti, id quod pro eius sancti nominis honore etiam et laude atque gloria eius divinę maiestatis eiusque venerabi-
25 libus nos certum est contulisse locis, sitque acceptabile nobis et ad eius locupletissimam misericordiam dignum et huiusmodi pii operis in sidereis conferatur arcibus remuneratio.] igitur quia petistis a nobis quatinus ex nostra largitate nostroque dono concederemus vestrę religiositati in fundo Massa:

15. *Le parole fra parentesi quadrate mancano nel testo del Chronicon e si suppliscono togliendole dal Regesto.* 17. de] *Nel Regesto* in

nerius filius Marozę. + Siefredus interfui. + Benedictus qui vocor de Iannia interfui. + Iohannes germanus Gaidonis interfui. + Gualafossa interfui. + Franco de Guidone interfui. + Ego Petrus scriniarius sanctę Romanę Ecclesię qui supra scriptor huius brevis refutationis post omnium subscriptiones complevi et absolvi.

(1) An. 1011; *R. F.* doc. 629.

(2) An. 1012; *R. F.* doc. 630. La chiesa di S. Martino di cui avanzano ancora le rovine sopra un colle immediatamente superiore a Farfa apparteneva al monastero Farfense.

(3) An. 1012; *R. F.* doc. 631.

(4) An. 1012; *R. F.* doc. 632.

(5) An. 1012? *R. F.* doc. 633.

(6) An. 1012? *R. F.* doc. 634.

(7) An. 1012? *R. F.* doc. 635.

[videlicet] ęcclesiam [quę edificata est in honore] sanctę Marię [Dei genitricis] | in loco qui dicitur Formellus, cum omni ornatu ipsius [ęcclesię] atque vineis, terris, sicuti olim detinuerunt duo pręsbiteri Benedicti propriis vocitati nominibus, qui modo videntur esse vestri monachi, cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi generaliter et in integrum pertinentibus. concedimus vobis insuper [vestrisque successoribus, venerabili quoque iam dicto monasterio] casales tres ex integro [in supradicto fundo Massa], scilicet casalem de Petrocio, et casalem Leonis Sabinensis, et casalem Petri de Leone ferrario, [istos denique casales] cum casis, vineis, terris, campis, pratis, pascuis, silvis, arboribus pomiferis, fructiferis vel infructiferis diversi generis, cultum vel incultum, vacuum et plenum [omnibusque suprascriptis tribus siquidem casalibus generaliter et in integrum pertinentibus, constituti territorio Sabinensi, in iam prędicto fundo qui appellatur Massa.] affines vero et termini eorum sicuti nunc sunt et ab origine fuerunt et quemadmodum in vestrę acquisitionis continetur cartulis et sicuti heredes supradictorum hominum ad laborandum suis modo videntur detinere manibus. omnia iuris sanctę Romanę cui Deo auctore pręsidemus atque deservimus Ęcclesię vobis ad tenendum emissa pręceptione concedimus [concedere deberemus. inclinati pręcibus vestris per huius pręcepti seriem suprascriptam ęcclesiam Sanctę Marię in integrum cum suo ornatu et pertinentiis atque tribus supradictis casalibus in integrum cum eorum pertinentiis, ut superius legitur,] a pręsenti indictione .XI. vobis vestrisque successoribus absque omni reddito vel censu perpetualiter [concedimus] detinendum. statuentes quippe apostolica censura et auctoritate beati Petri apostolorum principis, sub divinis optestationibus et anathematis interdictionibus, ut nulli unquam nostrorum successorum pontificum vel alię cuilibet magnę parvęque personę ipsa pręnominata loca a potestate et | dicione vestra vestrorumque successorum ac vestri monasterii auferre vel alienare quoquo modo liceat. si quis autem temerario ausu magna parvaque persona contra hoc nostrum privilegium agere pręsumpserit, sciat se anathematis vinculo innodatum esse et a regno Dei alienum, et cum omnibus impiis ęterno incendio ac supplicio condemnatum. at vero qui pio intuitu custos et observator huius nostri privilegii extiterit, gratiam atque misericordiam vitamque ęternam a misericordissimo domino Deo nostro consequi mereatur in sęcula sęculorum, amen. scriptum per manus Benedicti regionarii notarii et scriniarii sanctę Romanę Ęcclesię, in mense aprili, indictione suprascripta .XI. bene valete. ✠ datum .VIII. kalendas maias per manus Benedicti Domini gratia ępiscopi sanctę Silvę Candidę ęcclesię et bibliothecarii sanctę apostolicę Sedis,

8. *Nel Regesto* de Leone Savinense quam Petri] *Nel Regesto* de Petro *Nel testo* Leonis *che corrisponde alla forma del Regesto* de Petro Leonis ferrario 22. reddito] *Così nel testo del Chronicon e del Regesto.* 27. quoquo] *Nel Regesto* aliquo 28. magna parvaque persona *nel Regesto, ma nel Chronicon è scritto erroneamente* magnę parvęque personę

anno Deo propitio pontificatus domni nostri Benedicti sanctissimi VIII papę sedentis primo, [in mense et indictione suprascripta .XI.] (1).

Orta est autem litis intentio inter Guidonem abbatem et Buccionem filium Gunzonis de ęcclesia Sanctę Columbę cum vi-
5 neis, terris atque silvis et omnibus per circuitum eius positis quam idem abbas in hoc monasterio acquisivit per cessionem venditionis a Tederada et Albino eius filio et Farulfo ipsius genero et quiete detinuit suis manibus, in cuius terram suprascriptus Buccio per audaciam et vim introivit et iniuste cępit eam
10 detinere ad suum ‖ opus. tunc venit suprascriptus abbas et proclamavit ad domnum Benedictum pontificem. qui iussit inde fieri lex ante pręsentiam Alberici consulis et ducis et legumlatorum iudicum. ubi interrogatus Buccio quid vel quomodo sibi pertineret, nesciebat quid respondere. deinde proprio ore con-
15 fessus est quod nichil sibi pertinuisset, nisi tantum quod iniuste et per vim usque nunc detinebat. ad hęc magnum placitum cecidit super ipsum, ita ut quater ipsam vineam et terram componere deberet propter vim quam exinde gessit. tunc studio domni Alberici ducti sunt ad bonam concordiam, et refutavit
20 suprascriptus Buccio omnes ipsas res ad suprascriptum abbatem et in hoc monasterio usque in perpetuum, et obligavit se suosque hęredes, si litem removerent, pęnam componere auri optimi librarum .III. (2).

c. 253 A

Gregorius autem nobilis vir filius Ursi pręsbyteri qui dictus
25 est Bene Passia, seu Bona (3) contulerunt in hoc monasterio casales duos foris pontem Salarium miliario plus minus decimo-

(1) *R. F.* doc. 636.

(2) An. 1013; *R. F.* doc. 637.

(3) Nel *Regesto* il testo del documento dice: « Certum est me Grego« rium nobilem virum, et Ursum pręsbiterum qui dicebatur Bene Passia « olim filium (*), seu Bona quę dicitur « Peff (*) hac die do, dono atque tra« do &c. ». Dei nomi di Orso prete (che altrove nel *Regesto* e a pp. 14, 80 e 97 di questo volume è chiamato « de « Male Passia ») e di Bona non apparisce oltre questa menzione alcuna traccia nel documento, e Gregorio vi apparisce come unico donatore. Probabilmente Gregorio di Catino trascrivendolo nel *Regesto* per inavvertenza scrisse « Ursum pręsbiterum » invece di « Ursi pręsbiteri ». Cf. la nota 1 a p. 14 di questo volume.

(*) *Così nel testo.*

quinto in fundo Campo Rotundo. unum tenuit Framiscitus et alium Gypzo qui vocatur Nerinus cum suis fratribus (1). domnus autem Benedictus papa contulit in hoc monasterio ex propria substantia pro animabus domni Gregorii atque Marię genitorum suorum quasdam res in territorio Collinensi in fundo Flaiano, videlicet vineam et terram quas tenuit Benedictus Saxonis cum Pecculo filio suo qui fuerunt famuli eius (2). in loco autem qui vocatur Maternus ‖ Postmontem quędam res Crescentii et Gebbonis filiorum Farolfi (3). in Scandrilia casalis totus ubi dicitur Collis Sancti Martini (4). in Arnario duas partes (5). in loco qui nominatur Bulcianus sive Sala casalis Luponis de Petrono et medietas casalis Iohannis Prodę (6). in loco qui nominatur Fistula ęcclesia Sancti Blasii cum centum modiolis (7). in Pontiano alias res (8). de castello Currisio portio domnę Lavinię cum casale Ursi pręsbyteri, et medietate casalis Iohannis de Firmo, et portione curtis Sancti Benedicti (9). in Pustiniano alias res (10). et res Gisolfi in Salisiano et in Sectiniano et in Galoniano et in monte Otę (11). infra urbem Romam portio Stephanię de ęcclesia Sancti Benedicti et oratorio Domini Salvatoris (12). ad Gattum Secuta novem uncię principales de aqua alvei Tyberis ad aquimolum construendum (13). item, de suprascripta ęcclesia Sancti Benedicti et Sanctę Marię ac Sancti Blasii, et horto atque medietate portę Maioris, et de filo salinario facta est refutatio in hoc monasterio in manus Guidonis abbatis (14). in Lafriniano collata est quędam res in hoc monasterio (15). in Capitiniano miliario Urbis plus minus nono de ęcclesia Sanctę Columbe et

(1) An. 1013; *R. F.* doc. 638.
(2) An. 1013; *R. F.* doc. 639.
(3) An. 1013; *R. F.* doc. 640.
(4) An. 1012? 1013? *R. F.* doc. 641.
(5) An. 1012? 1013? *R. F.* docc. 642 e 643.
(6) An. 1027; *R. F.* doc. 644. Per questo acquisto e per altri la cui data è dell' anno 1027 o di anni immediatamente posteriori, è da notare che sembrano attribuiti da Gregorio di Catino all'abbate Guido I ma che sono invece da attribuirsi a Guido II. Gregorio raccolse promiscuamente gli acquisti e, come vedremo, le elargizioni di questi due abbati in un solo gruppo.
(7) An. 1028; *R. F.* doc. 645.
(8) An. 1028; *R. F.* doc. 646.
(9) An. 1030; *R. F.* doc. 647.
(10) An. 1010; *R. F.* doc. 648.
(11) An. 1010; *R. F.* doc. 649.
(12) An. 1011; *R. F.* doc. 650.
(13) An. 1011; *R. F.* doc. 651.
(14) An. 1011; *R. F.* docc. 652, 653 e 654.
(15) An. 1010; *R. F.* doc. 655.

ipsius casalis medietas in integrum. infra Urbem etiam una domus reinvestita est in hoc monasterio cum curte ante se et alia curte ante portam Sancti Andreę [1]. et alia domus quam contendebat Gregorius filius Ursi pręsbyteri de Male Passia cum
5 scala marmorea et curte ‖ ante eam et medietate putei aquę vivę, porta introitus et cripta maiori et duabus atteguis. et quędam res ad Campum Sancti Benedicti in Valle Ceneraria [2]. domna quoque Rogata filia Crescentii et uxor Octaviani contulit in hoc monasterio ęcclesiam Sanctę Marię in Massa et loco Formelli, et
10 casalem Petrocii, et casalem Leonis Sabinensis, et casalem Petri Leonis ferrarii [3]. in Maceriano autem vocabulo Sumati prędictus abbas Guido accepit per concambium modiola quadraginta [4]. et quasdam res in Sectiniano, ubi est ęcclesia Sancti Stephani, et in monte Maialinę, et Cerquito Plano, et Bacciano,
15 et Salisiano, et Roccam cum ęcclesia Sancti Thomę et pertinentia Campi Longi, cuius fines sunt: scrimen montis Maialinę, rivus Atriani qui venit in Roccam quam tenent Bucco et Gualafossa, deinde rivus Ponticelli, inde venientes in rivum Cancelli et in Portellam, et per viam in rivum Sancti Marcelli, exinde in res
20 huius monasterii quas tenent filii Tebaldi et venientes in rivum. et alia res in Meiana ubi est ęcclesia Sancti Silvestri [5]. in Ortelle terra et vinea cum ęcclesiis Sancti Laurentii et Sancti Benedicti [6]. in territorio Reatino ad Campum Liscum modia .xx. et ad Undam casalicium unum [7]. in Cozano et in Luniano
25 portio Iohannis Sintari filii et de curte Cesonis [8]. in urbe Roma ad Gattum Secuta de aquimolo et aqua et sandali portio Iohannis primicerii [9]. et alia ‖ portio Leonis dativi iudicis de Maximo [10]. et iuxta Thermas Alexandrinas domus Lamberti et Azonis de Spampina [11]. in Ortelle de rebus et ęcclesiis
30 quondam Iohannis portiones .vii. [12]. in colle Baiano territorii

c. 254 A

c. 254 B

(1) An. 1012; *R. F.* doc. 656.
(2) Ann. 1011, 1012; *R. F.* docc. 657 e 658; cf. pp. 14 e 95 di questo volume.
(3) An. 1012; *R. F.* doc. 659.
(4) An. 1012; *R. F.* doc. 660.
(5) An. 1012; *R. F.* doc. 661.
(6) An. 1012; *R. F.* doc. 662.
(7) An. 1013; *R. F.* doc. 663.
(8) An. 1013; *R. F.* doc. 664.
(9) An. 1013; *R. F.* doc. 665.
(10) An. 1013; *R. F.* doc. 666.
(11) Ann. 1013 e 1014; *R. F.* documenti 667, 668 e 669.
(12) An. 1013; *R. F.* doc. 670.

Narniensis in fundo Galleta terrę petias .v. (1). et alias res in fundo Stablata (2). in comitatu Narniensi ubi dicitur Ronconiscus alias res (3). in Sabinis ubi dicitur Cerreta, et ubi dicitur Cęse, et ubi dicitur Bali, et ubi dicitur Peretus, et ubi dicitur Conca (4). 5

5 non defuit tunc invidia diaboli, qua mors in orbem terrarum introiit.

Denique cum domnus imperator H[einricus] Romam venisset, adversarii bonorum ęmulantes accusare illum apud eum et detestari per nimium studuerunt, dicentes eundem personam exiguam habere, et ad tam magnum regimen inscium et impotentem fore, quam-
10 quam litteris eruditus et prudentissimus videretur. sed cum nulla ratione cor imperatoris contra eum possent commovere, non multo post collectum magnum per totam abbatiam fodrum, qui Romę ferebant, ut regio consignarent vultui, ex toto fraudarunt et dispergere atque ad nichilum illud deducere curarunt, ut saltim hac incuria
15 animus imperatoris indignaretur, et benivolentia illius circa illum hac de causa offenderetur. factumque est. itaque eo imperator perviso paucissimo fodro, iratus obstupuit, et se derisum vel contemptum ab eo ęstimavit. tunc plurimis comitum et curię magnatibus imperatoris suadentibus, hanc ab eo abstulit abbatiam,
20 et domnum Supponem quem supra libavimus in ea constituit. An. 1046? 1047?

Itaque domnus Suppo reordinatus, ęgritudine invalescente, non multo post, haud anni scilicet circulo expleto, moritur. prędicto vero domno Almerico conceditur ęcclesia Beati Martini in hoc monte sita Mutilla, cum mansis et terris ac molendinis suffi-
25 cientibus, in qua postmodum, quandiu vixit, in Dei servitio quiete ac pacifice permansit (1). c. 270 A

Tricesimus denique septimus huius sacratissimi cęnobii pastor extitit domnus et abbas Berardus, noster ab annis primevis hic receptor ac nutritor diligentissimus. cuius actus moresque hic
30 annotare veridica et fideli relatione breviter curavimus. fuit quippe in causis venturis suptilissime providus, in exterioribus rebus acquirendis ardentissimus atque sagacissimus, in intimis vero laborandis et digne utiliusque utendis, vel domibus renovandis, haud valde strenuus. deficientium extraneorum recupe- An. 1047-1089. c. 270 B

(1) V. le note a p. 106 di questo volume.

rator benignissimus monachorum. in suis sibi peccantibus indulgentissimus, nec unquam diu suspiciosus. religionis et bone consuetudinis amantissimus, bonorum hominum et equitum collector promptissimus, minorumque virorum blanditor humillimus. ad extraneos etiam et potentes nimis benignissimus, et visu benivolus, in benefaciendo vero suis propriis non nimis sollicitus. rectas observantium propositiones bene reverentissimus, credulus et amator sibi adhęrentium familiarius, et flexibilis valde supplicantibus se rationabilius. favorum hominum bonęque famę cupidus, in utroque etiam proposito aptissimus, moribus quoque et actis digne comptus, castus ipse, et in causis custodiendis cautissimus. ‖ acquisitor autem avidus, et distributor largifluus. inconsiderate nanque et improperanter dator assiduus. iuris huius ęcclesię et libertatis per omnia amantissimus, quam, Christo protegente, suis temporibus eruit variis oppressionibus, et ditavit maximis honoribus.

c. 271 A

Electus quidem a cunctis unanimiter post domni Supponis mortem, iam iuvenis et plus minus triginta habens annos ętatis, in festivitate sancti Calixti papę quod est .II. idus octobris (1), et ad ultramontanas partes mox missus ad domnum Heinricum imperatorem tertium, a quo abbatię huius accepit corroborationem investitione, altero die post dominicę incarnationis solemnitatem, scilicet in beati Stephani festivitate, quod est .VII. kalendas ianuarii, anno vero Christi nativitatis millesimo ac quadragesimo octavo (2). et vixit in hoc regimine annos .XLII. iamque senex et plenus dierum obiit dominicę incarnationis anno millesimo .LXXXVIIII. nocte kalendarum novembrium, quinta videlicet feria, ad nocturnas ipsius diei festivitatis iam nobis ingressis (3). cuius omnium pręcipuarum rerum acquisitiones hic nobis sub brevitate placuit inserere, ut plenius et nominatim sciant qui fastidiuntur prolixa lectione hanc perspicientes brevissimam subnotationem. verumtamen prius ipsius describimus electionem cunctorum seniorum munitam nominibus confratrum ‖ et una cum eo directam ad imperatorem.

c. 271 B

(1) 14 ottobre 1047.
(2) 26 decembre 1047. Gregorio incomincia l'anno dal 25 decembre.
(3) 1 novembre 1089.

I monaci Farfensi annunziano all'imperatore la elezione di Berardo I e ne domandano la conferma.

In nomine sanctę individuęque Trinitatis. nos omnes fratres cęnobii Pharphensis Beatę Marię semper virginis post obitum domni abbatis Supponis elegimus uno voto parique consensu domnum Berardum nostrum monachum nutritum a puero in nostro cęnobio, quo digniorem atque honestiorem inter 5 nos neminem invenire quivimus. quapropter, domine imperator, vestram flagitamus excellentiam, quatinus corroborare ac confirmare dignemini. vestrę igitur sponsionis reminiscimini quam nostris fratribus promisistis cum domno Supponi pastoralem virgam dedistis. et ut certum hoc, venerande auguste, habeatis absque scrupulo dubietatis, nos omnes propriis manibus hęc 10 nomina subscripsimus.

Huic vero electioni inserta erant nomina confratrum, videlicet Iohannis prępositi, et sacerdotum .XL., diaconorum trium, subdiaconorum .XV., monachorum .XV., conversorum .VIIII., puerorum duorum (1).

(1) An. 1048; *R. F.* doc. 809. Mi par bene riferire qui in nota, togliendolo dal *Regesto*, l'elenco completo dei monaci che sottoscrissero questo documento.

Ego Iohannes propria manu mea subscripsi. + ego Azo pręsbiter manu mea. + ego Florentinus pręsbiter manu mea. + ego Rimfredus monachus manu. + ego Adam pręsbiter et monachus manu mea. + ego Sabinus pręsbiter et monachus manu mea. + ego Atto monachus manu mea. + ego Teuzo pręsbiter et monachus manu mea. + ego Liotolfus pręsbiter et monachus manu mea. + ego Libertinus pręsbiter et monachus manu mea. + ego Vitalis monachus manu mea. + ego Rodulfus monachus manu mea. + ego frater Iacobus pręsbiter et monachus manu mea. + ego frater Hieronimus pręsbiter et monachus manu. + ego frater Atto monachus manu mea. + ego frater Dato pręsbiter et monachus manu mea. + ego frater Adam pręsbiter et monachus manu mea. + Bernardus pręsbiter et monachus consensi et manu mea. + ego frater Ledericus pręsbiter et monachus manu. + ego frater Lupo monachus manu mea. + ego frater Teuzo monachus manu mea. + ego frater Maio monachus manu mea. + ego frater Odımundus monachus manu. + Iohannes diaconus et monachus manu mea. + ego frater Petrus sacerdos et monachus manu. + ego frater Maino clericus et monachus manu mea. + ego frater Azo subdiaconus et monachus manu. + ego frater Adam pręsbiter et monachus manu mea. + ego frater Lęto subdiaconus et monachus manu et consensi. + ego frater Iohannes subdiaconus et monachus consensi et manu missa conscripsi. + ego frater Divizo et pręsbiter et monachus manum misi. + ego Iohannes Francus qui utinam monachus manu. + ego frater Cono monachus manu scripsi. + ego frater Lupo pręsbiter et monachus manu. + ego frater Iohannes sacerdos atque monachus manu mea. + ego frater Petrus pręsbiter manu mea subscripsi. + ego frater Iohannes clericus et monachus manu mea. + ego frater Guido diaconus manum misi. + ego Franco pręsbiter manu mea. + ego frater Gyrardus pręsbiter et monachus manu mea. + ego frater Andreas pręsbiter et monachus manu. + ego frater Adelbertus pręsbiter et monachus subscripsi. + ego frater Petrus pręsbiter et monachus manu mea. + ego frater Traso pręsbiter et monachus manu mea. + ego frater Atto clericus manu mea. + ego frater Sabinus clericus manu mea. + ego frater Adelbertus pręsbiter et monachus consensi. + ego frater Cono clericus manu mea subscripsi. + ego frater Iohannes pręsbiter et monachus consensi et subscripsi. + ego frater Benedictus pręsbiter et monachus consensi et subscripsi. + ego frater Siginolfus et monachus consensi et subscripsi. + ego frater Mainardus et monachus consensi et subscripsi. + ego frater Alkerius et monachus manu mea. + ego frater Siolfus subdiaconus et monachus manu mea. + ego Iohannes subdiaconus manu mea. + ego frater Berardus subiaconus manu mea. + ego frater Petrus subdiaconus manu mea. + ego frater Gozo subdiaconus manu mea. + ego frater Iohannes puer manu mea. + ego frater Iohannes subdiaconus manu mea. + ego frater Iohannes subdiaconus manu mea subscripsi. + ego frater Albertus subdiaconus

Hęc sunt autem castella quę huic monasterio acquisivit domnus abbas Berardus primus, tempore suo et studio suo. idest castellum de Tribuco, castellum de Sculcula, castrum Phare, castellum Salisanum, castellum Marcilianum, castellum Terranianum, castelli Catinensis duas partes de quinque ex quibus postmodum ibidem 5 fabricavit podium, castellum Aquę Vivę, castelli de Frasso ‖ portionem Alberti filii quondam Gebbonis, castelli de Bubelano et Carbi et Laia partem Huberti Nordonis, castellum de Arci cum casalibus .XIIII., podium in Monte Aureo, castellum Montis Opuli, castellum Tribilianum, castellum Furanum, castellum de Cuphi, 10 castellum de Currisio, castellum Limisanum, castellum Vulpinianum, castellum de Alatro, castellum Lunianum, Aspram, Canatrem, podium a Sancto Maximo, Sanctum Herasmum, Ianule, Fundi, castellum Repastum, Tregionem, Vallem Lucidam, Ilicam, castellum de Pile, villam Sancti Xisti, Caput Pharphę, Cerretum 15 Malum, Mogianum, roccam de Salice, Petram Dęmonum, Scandriliam, Ophianum, Montalianum, castelli de Lęto partem Taxonis, et de Turricella similiter, de Bibaro partem Transmundi, de Muscino et Oliveto et Carsulę et Tancię partem Cencii Taibrandi, Trebule castellum de Hilperino, Ginestram, podium de Pizo, 20 podium de Cauda Moza, castellum de Hugo. in Pinne castellum Caphaium, castellum Pretetulę, castellum de Atri, castellum de Mariano. Civitatis Vetulę medietatem cum portu marino ibidem. pro quibus singulis quę prętia dederit pręfatus domnus abbas, suis in locis, qui voluerit, reperire poterit. 25

c. 272 A / c 272 B (margin)

Item, vocabula ęcclesiarum. ęcclesia Sancti Gangolfi in Coscia, Sancti Petri in Catino, Sanctę Marię in Formello, Sancti Silvestri

manu mea. + ego frater Iohannes subdiaconus manu mea. + ego frater Benedictus consensi et manum misi. + ego frater Guido puer et monachus manu mea. + ego frater Transmundus clericus manum meam misi. + ego frater Benedictus prębiter manu. + ego frater Florentius prębiter subscripsi atque consensi. + ego frater Iohannes prębiter et monachus, + ego frater Amico prębiter scripsi. + ego frater Bonifatius prębiter manu mea. + ego frater Gaudentius prębiter manu mea. + ego frater Sigezo subdiaconus manu subscripsi. + ego frater Ambrosius diaconus manu subscripsi. + ego frater Franco clericus manu mea. + ego frater Iohannes prębiter manu mea. + ego frater Frânco clericus manu mea. + ego frater Fidelis clericus manu mea. + ego frater Iohannes prębiter manu mea subscripsi. + ego frater Gualterius prębiter manu mea. + ego frater Adam prębiter manu mea. + ego frater Azo subdiaconus manu mea. + ego frater Gualterius subdiaconus manu mea. + ego frater Atto prębiter manu. + ego frater Traso prębiter manu mea subscripsi. + ego frater Dato subdiaconus manu mea. ego frater B. manu mea scripsi libenti animo.

et Sancti Nycolai in Cerrito Malo, Sancti Martini in Ponticello, Sancti Salvatoris in Cantalupo, Sancti Nycolai ad Sacerdotes, Sanctę Cecilię in Cerrito Malo, Sanctę Marinę et Sancti Anastasii in Vaccaricia, Sanctę Marię in Lupicinis, et Sancti Andreę in 5 Lacu, et Sancti Martini et Sancti Petri in Carsule portionem Cencii Taibrandi. in territorio Reatino, ęcclesia Sancti Leopardi, et Sanctę Agathę, et Sancti Helię, et Sancti Iohannis in Tazano, et Sancti Clementis, et Sancti Thomę, et Sancti Gregorii, et Sancti Iohannis in Asera, et Sanctę Agathe in Plagie, et aquam 10 de Manicone, Sancti Benedicti ad Tres Casas, Sancti Benedicti in Asisio, Sancti Mariani in Camerino, Sancti Salvatoris in Asculo, et plebem Sancti Flabiani, Sancti Laurentii in Picte, Sancti Quirini in fundo Cellę, Sancti Angeli, Sancti Clementis, Sanctę Marię in Minione, Sancti Angeli in Corneto, et Sancti Petri, et Sancti Pere- 15 grini, Sancti Laurentii in Gerflumen, Sanctę Severe iuxta mare, Sancti Angeli de Scoplo, Sanctę Marię in Ocriclo, et Sancti Laurentii, et Sancti Stephani, et Sanctę Crucis, et Sancti Silvestri, Sancti Angeli in Sabelli, Sancti Viti in Griano, Sancti Salvatoris Interamnes, Sanctę Marię ad Saltum, Sancti Euticii in Vepia, ‖ San- 20 ctę Crucis in Aqua Sicca, in Pisa Campum in Kinzica, Sancti Valentini in Burgo Sancti Martini in Perusia, Sancti Petri in Pompeiano, Sancti Benedicti in Satriano, Sanctę Marię in Diruta, Sancti Iohannis in Sumati, Sancti Angeli in Capistrello, Sanctę Trinitatis in Marsi, et Sancti Vincentii, Sancti Potiti, Sancti An- 25 geli in Tupho, et Sancti Salvatoris, et Sancti Stephani, Sancti Martini in Galliano, et Sancti Benedicti, Sancti Silvestri in Perito, Sancti Thomę in Bivaro, Sancti Cesarii, Sancti Iohannis in Lacu, Sancti Laurentii in Balba, Sancti Iohannis in Vennari, Sancti Iohannis in Barri [1].

c. 273 A

30 Collatę sunt etiam huic monasterio temporibus eiusdem domni et venerabilis memorię abbatis Berardi res quorumdam virorum territorii Sabinensis in Tribuco, et Serrano, et Postmontem, et in Fisiniano [2]. et alię res in Laniano, et Sorbiliano, et Achiniano, et ad Tres Virgines [3]. et alię res in Sala [4].

(1) Ann. 1047-1089; *R. F.* doc. 809.
(2) An. 1048; *R. F.* doc. 810.
(3) An. 1048; *R. F.* doc. 811.
(4) An. 1048; *R. F.* doc. 812.

Hęc sunt autem castella quę huic monasterio acquisivit domnus abbas Berardus primus, tempore suo et studio suo. idest castellum de Tribuco, castellum de Sculcula, castrum Phare, castellum Salisanum, castellum Marcilianum, castellum Terranianum, castelli Catinensis duas partes de quinque ex quibus postmodum ibidem 5 c. 272 A fabricavit podium, castellum Aquę Vivę, castelli de Frasso || portionem Alberti filii quondam Gebbonis, castelli de Bubelano et Carbi et Laia partem Huberti Nordonis, castellum de Arci cum casalibus .XIIII., podium in Monte Aureo, castellum Montis Opuli, castellum Tribilianum, castellum Furanum, castellum de Cuphi, 10 castellum de Currisio, castellum Limisanum, castellum Vulpinianum, castellum de Alatro, castellum Lunianum, Aspram, Canatrem, podium a Sancto Maximo, Sanctum Herasmum, Ianule, Fundi, castellum Repastum, Tregionem, Vallem Lucidam, Ilicam, castellum de Pile, villam Sancti Xisti, Caput Pharphę, Cerretum 15 Malum, Mogianum, roccam de Salice, Petram Dęmonum, Scandriliam, Ophianum, Montalianum, castelli de Lęto partem Taxonis, et de Turricella similiter, de Bibaro partem Transmundi, de Muscino et Oliveto et Carsulę et Tancię partem Cencii Taibrandi, Trebule castellum de Hilperino, Ginestram, podium de Pizo, 20 podium de Cauda Moza, castellum de Hugo. in Pinne castellum Caphaium, castellum Pretetulę, castellum de Atri, castellum de Mariano. Civitatis Vetulę medietatem cum portu marino ibidem. pro quibus singulis quę prętia dederit pręfatus domnus abbas, suis in locis, qui voluerit, reperire poterit. 25

c 272 B Item, vocabula ęcclesiarum. ęcclesia Sancti Gangolfi in Coscia, Sancti Petri in Catino, Sanctę Marię in Formello, Sancti Silvestri

manu mea. + ego frater Iohannes subdiaconus manu mea. + ego frater Benedictus consensi et manum misi. + ego frater Guido puer et monachus manu mea. + ego frater Transmundus clericus manum meam misi. + ego frater Benedictus pręsbiter manu. + ego frater Florentius pręsbiter subscripsi atque consensi. + ego frater Iohannes pręsbiter et monachus, + ego frater Amico pręsbiter scripsi. + ego frater Bonifatius pręsbiter manu mea. + ego frater Gaudentius pręsbiter manu mea. + ego frater Sigezo subdiaconus manu subscripsi. + ego frater Ambrosius diaconus manu subscripsi. + ego frater Franco clericus manu mea. + ego frater Iohannes pręsbiter manu mea. + ego frater Frãnco clericus manu mea. + ego frater Fidelis clericus manu mea. + ego frater Iohannes pręsbiter manu mea subscripsi. + ego frater Gualterius pręsbiter manu mea. + ego frater Adam pręsbiter manu mea. + ego frater Azo subdiaconus manu mea. + ego frater Gualterius subdiaconus manu mea. + ego frater Atto pręsbiter manu. + ego frater Traso pręsbiter manu mea subscripsi. + ego frater Dato subdiaconus manu mea. ego frater B. manu mea scripsi libenti animo.

et Sancti Nycolai in Cerrito Malo, Sancti Martini in Ponticello, Sancti Salvatoris in Cantalupo, Sancti Nycolai ad Sacerdotes, Sanctę Cecilię in Cerrito Malo, Sanctę Marinę et Sancti Anastasii in Vaccaricia, Sanctę Marię in Lupicinis, et Sancti Andreę in
5 Lacu, et Sancti Martini et Sancti Petri in Carsule portionem Cencii Taibrandi. in territorio Reatino, ęcclesia Sancti Leopardi, et Sanctę Agathę, et Sancti Helię, et Sancti Iohannis in Tazano, et Sancti Clementis, et Sancti Thomę, et Sancti Gregorii, et Sancti Iohannis in Asera, et Sanctę Agathe in Plagie, et aquam
10 de Manicone, Sancti Benedicti ad Tres Casas, Sancti Benedicti in Asisio, Sancti Mariani in Camerino, Sancti Salvatoris in Asculo, et plebem Sancti Flabiani, Sancti Laurentii in Picte, Sancti Quirini in fundo Cellę, Sancti Angeli, Sancti Clementis, Sanctę Marię in Minione, Sancti Angeli in Corneto, et Sancti Petri, et Sancti Pere-
15 grini, Sancti Laurentii in Gerflumen, Sanctę Severe iuxta mare, Sancti Angeli de Scoplo, Sanctę Marię in Ocriclo, et Sancti Laurentii, et Sancti Stephani, et Sanctę Crucis, et Sancti Silvestri, Sancti Angeli in Sabelli, Sancti Viti in Griano, Sancti Salvatoris Interamnes, Sanctę Marię ad Saltum, Sancti Euticii in Vepia, ‖ San- c. 273 A
20 ctę Crucis in Aqua Sicca, in Pisa Campum in Kinzica, Sancti Valentini in Burgo Sancti Martini in Perusia, Sancti Petri in Pompeiano, Sancti Benedicti in Satriano, Sanctę Marię in Diruta, Sancti Iohannis in Sumati, Sancti Angeli in Capistrello, Sanctę Trinitatis in Marsi, et Sancti Vincentii, Sancti Potiti, Sancti An-
25 geli in Tupho, et Sancti Salvatoris, et Sancti Stephani, Sancti Martini in Galliano, et Sancti Benedicti, Sancti Silvestri in Perito, Sancti Thomę in Bivaro, Sancti Cesarii, Sancti Iohannis in Lacu, Sancti Laurentii in Balba, Sancti Iohannis in Vennari, Sancti Iohannis in Barri (1).

30 Collatę sunt etiam huic monasterio temporibus eiusdem domni et venerabilis memorię abbatis Berardi res quorumdam virorum territorii Sabinensis in Tribuco, et Serrano, et Postmontem, et in Fisiniano (2). et alię res in Laniano, et Sorbiliano, et Achiniano, et ad Tres Virgines (3). et alię res in Sala (4).

(1) Ann. 1047-1089; *R. F.* doc. 809.
(2) An. 1048; *R. F.* doc. 810.
(3) An. 1048; *R. F.* doc. 811.
(4) An. 1048; *R. F.* doc. 812.

Provocatus est vero idem abbas Berardus a quodam Rainerio abbate Sanctorum Cosmę et Damiani quod dicitur in Mica Aurea pro cella de Minione, iniuste quam dicebat debere esse subiugatam suo monasterio prędictus abbas Rainerius. quę causa finita fuerat ante Ottonem imperatorem iuvenem et ante papam Silvestrum, 5 pręsente Hugone abbate. venerunt autem utrique abbates in pręsentiam comitis Girardi filii Rainerii, cui abbas Hugo commiserat || omnes cellas et terras quas habemus in marchia Tuscana, [c. 273 B] et dederunt invicem guadimonia ut, constituto termino, iudicantibus iudicibus fecissent secundum legem. et qui ex eis defuisset, 10 non amplius pręsumeret recapitulare illam controversiam. qui vęro pręparatus fuisset, illam cellam teneret absque ulla altercatione. venit itaque domnus abbas B[erardus] ad terminum constitutum pręparatus, et una cum iudicibus et comite atque episcopis et plurimis hominibus expectavit a mane usque ad vesperum. 15 sed supradicto abbate Rainerio minime veniente, a sapientibus iudicatum est iudicibus, ut amplius non pręsumeret illam cellam reclamare suam, quam falso antea reclamabat. quoniam quidem aperte dabatur intelligi secundum regalia pręcepta huius monasterii quod antequam Sanctorum Cosmę et Damiani cęno- 20 bium fundatum fuisset, cella de Minione fuit subiecta huic cenobio Beatę Marię [1].

Ipso etiam tempore quidam pręsbyter Petrus contulit huic monasterio res suas et partem de ęcclesia territorii Sabinensis in Ponzano et Rescaniano [2]. et alius pręsbyter Benedictus nomine 25 optulit res suas huic monasterio in loco qui nominatur Sancti Valentini [3]. Iohannes vero et Crescentius filii comitis Ottonis refutaverunt in hoc monasterio quicquid eis pertinebat de castello Tribuco [4]. item, collata est quędam res huic monasterio in loco qui dicitur Canalis et in Cerquito modiorum ducentorum [5]. || qui- 30 [c. 274 A] dam autem viri germani Suavis et Berardus contulerunt in hoc monasterio casalem quem tenuit Guido pręsbyter et casalem quem tenuit Nicto de Iohanne Adę cum molinis et aquimolis

(1) An. 1048; *R. F.* doc. 813. Vedasi a p. 10 sgg. di questo volume.
(2) An. 1048; *R. F.* doc. 814.
(3) An. 1048; *R. F.* doc. 815.
(4) An. 1048; *R. F.* doc. 816.
(5) An. 1048; *R. F.* doc. 817.

et medietatem casalis quem tenuit Iohannes Becca et medietatem casalis Petri de Stephano, eo videlicet tenore, ut quęcumque habent inter fluvium Currisem et rivulum Calentinum ipsi vel hęredes eorum non vendant nec donent aut commutent
5 aut quolibet ingenio alterius potestati submittant nisi huius monasterii; quod si in hoc monasterio vendere voluerint, prętium accipiant .cxx. librarum suptilium nummorum (1). collata est autem huic monasterio a quodam viro alia res in Serrano, et Pinti, et Verrucule (2). et alia res comitatus Reatini ubi dicitur
10 Macclę, idest casalem filiorum de Silvo, et casalem Franconis Fosceli (3). quidam vero Berardus filius Tedimarii cum uxore sua concessit huic monasterio res suas, idest casalis Passari suam portionem, et in Mozano, et Capriano, et castelli de Sculcula turrem et sextam partem eiusdem castelli, et suam portionem de
15 rocca in pede Montorii super Laia, et in Cusiano ad montem de Perella, et ad Faringeta (4). et alia res donata est huic monasterio a Benedicto archiprębytero in Pinti, et Verruculę, et Canali, et in Sextiliano (5).

Quadam autem die, scilicet tertio kalendas maii, cum ręparatus esset domnus abbas Berardus infra civitatem de Corgnito, in platea iuxta ęcclesiąm Sancti Martini, cum Hugone iudice advocato suo ad iustitiam et legem faciendam cum Rainerio abbate Sancti Cosmę de Roma trans Tyberim qui in Mica Aurea ponitur de intentione ęcclesię Sanctę Marię in Minione, et Sancti Ar-
25 changeli Michahelis, et Sancti Peregrini cum earum pertinentiis, et ipse Rainerius abbas ibidem nollet accipere, et cum taliter audisset qui ibi aderat domnus Adelbertus missus domni Bonefatii ducis et marchionis, una cum Ingelberto episcopo Bledę ac misso domni Leonis papę, iussit ad suprascriptum domnum Berardum
30 abbatem huius monasterii ut ipsas res firmiter teneret ad ius et proprietatem huius ęcclesię Sanctę Marię, donec domnus Bonefatius dux iusserit quid inde facere debeat (6).

c. 274 B

(1) An. 1048? *R. F.* doc. 818.
(2) An. 1050; *R. F.* doc. 819.
(3) An. 1050; *R. F.* doc. 820.
(4) An. 1050; *R. F.* doc. 821.
(5) An. 1050? 1051? *R. F.* doc. 823.
(6) An. 1051; *R. F.* doc. 824. Vedasi a p. 10 sgg. e p. 124 di questo volume.

Ipso denique tempore collata est huic monasterio quędam res territorii Sabinensis modiorum quatuor in rivo Cavalli (1). quidam quoque Ascharus filius Adammonis optulit huic monasterio res suas ducatus Spoletani territorii Teramnani ubi dicitur Histrianus et Campus Lanius: a primo latere fluvius Teramnanus, 5 venientes in Tesinum quod est secundum latus, deinde ad Sanctum Petrum in Ponticello quod est tertium latus, exinde in Mozac. 275 A num et in lacum Histriani quod est quartum latus, ‖ et in flumen Teramnanum, idest primum latus, omnia in integrum cum castello, casalinis, sanctis atque cellis (2). 10

Anno autem millesimo et quinquagesimo secundo incarnationis dominicę quidam Martinus pręsbyter religiosus optulit huic monasterio, consentiente sibi Rainerio filio Crescentii advocato suo, per cartulam donationis res cuiusdam Iohannis qui vocatur Tinto, et Liotonis filii eius, et Gervisę uxoris Tintonis, et Hittę relictę 15 quondam Liotonis, pro anima sua et ipsorum virorum eorumque coniugum, quas idem ipsi pro animabus suis illi tradiderant. idest terram et castellum Pharę cum omni pertinentia territorii Sabinensis: a primo latere Riana, a secundo flumen Currisium, a tertio res huius monasterii, a quarto pertinentia Ponticelli, et venientes 20 in furcam Iohannis de Dominico et in cacumen montium et recte in Rianam. .. sed et idęm Tinto per suę cartulam donationis concessit huic monasterio et confirmavit terram et montem qui Butio vocatur cum eodem castello Farę et omnibus ipsius montis et castelli pertinentiis (3). in pertinentia quoque Salisani com- 25 paravit pręd̨ictus domnus abbas Berardus quasdam res pręcio solidorum .XII. (4). ipsumque castellum Salisanum acquisivit per commutationem a Baroniscis cum eius pertinentiis (5). in Serrano autem acquisivit res Donati pręsbyteri (6). et a Stephano c. 275 B abbate Sancti Andreę apostoli recepit per com‖mutationem quas- 30 dam res in Cęsa Arnonis cum podio de Palumba et aquimolis, insuper collem de Gaza, et Musinianum, et Cavam Altam: a via

(1) An. 1051; *R. F.* doc. 825.
(2) An. 1050? 1051? *R. F.* doc. 826.
(3) An. 1052; *R. F.* docc. 827 e 845, an. 1050? 1054? Vedasi la nota al documento 845 nel *Regesto*.
(4) An. 1052; *R. F.* doc. 828.
(5) An. 1052; *R. F.* doc. 829.
(6) An. 1052; *R. F.* doc. 834.

publica venientes in Petram Aldonis, et in Stafilem, et in rigagines, et inde in rivum Cancelli, et in fluvium Tyberis, deinde in Vallem Cupam, et in finem Castellionis, deinde in Pharpham et in viam publicam, quę revertitur ad Petram Aldonis, cum
5 ęcclesiis Sancti Andreę et Sancti Blasii. pro quibus omnibus rebus recepit ipse abbas Stephanus in commutationem quasdam res positas in territorio Collinensi in fundo Ponzano sicuti domnus abbas Berardus acquisiverat per cartulam venditionis a Dalia nobilissima femina filia Crescentii de Iohanne Atrię et a
10 filiis suis habitantibus in civitate Nepesina, et unum aquimolum valentem argenti libras .x. in fundo Portilione et lacu Puternioso comitatus Ortani, insuper argenti libras .XL. (1). quo etiam tempore quidam Tinto filius Leonis refutavit in hoc monasterio totam sortem suam de scripto tertii generis in pertinentia castelli de
15 Frasso a Tophila insuper (2). et quidam Necto filius Iohannis tradidit in hoc monasterio res suas Postmontem ubi dicitur Albinianus (3). anno autem Domini millesimo quinquagesimo tertio ‖ quidam Benefactus filius Berizonis optulit huic monasterio et domno B[erardo] castellum quod nominatur Marcilianum in integrum, c. 276 A
20 inter affines: a rivulo Calentino per locum qui dicitur Salita sicut vadit per viam a capite silvę et venit in vallem Crescentii Sabinensis et in rivum Tortum (4). ipso etiam anno quędam Nera filia Rainerii concessit in hoc monasterio suam portionem de castello Terraniano quomodo ei pertinebat per morgincap dona-
25 tionis a Demetrio viro suo ad prętium solidorum triginta (5). item, Bernardus filius Heldebaldi refutavit sortem suam de castello Salisano ad prętium solidorum .XII. (6). item, Cono et Sicco filii Gregorii vendiderunt domno B[erardo] abbati res suas de pertinentia castelli Currisii quod tenebant filii Bucconis, idest medie-
30 tatem casalis quem tenuit Iohannes Ittę ad laborandum, et quartam partem clausurę maioris quam tenuit Guido Ardemanni, et quartam partem iuxta casalem Iohannis de Itta, et quartam partem casalis Iohannis Ceci, et quartam casalis de Bobilianis, et tertiam

(1) An. 1052; *R. F.* doc. 835.
(2) An. 1053; *R. F.* doc. 836.
(3) An. 1053; *R. F.* doc. 837.
(4) An. 1053; *R. F.* doc. 838.
(5) An. 1053; *R. F.* doc. 840.
(6) An. 1053; *R. F.* doc. 841.

clausurę quam tenuit Carfo ad laborandum, et quartam casalis quem tenuit Bruno ferrarius, et medietatem aquimoli ante prędictum castellum, et medietatem terrę quam tenuerunt Leo Pazus c. 276 B et Iohannes Luponis, quę fuerunt Guidonis Ardimanni, ‖ et tres portiones quas tenuit Necto de Iohanne Petri, ad prętium argenti 5 librarum .XVIII. (1). anno vero Domini millesimo quinquagesimo quarto quidam Tinto filius Leonis ôptulit huic monasterio et domno B[erardo] abbati montem qui Buzius vocatur cum castello quod dicitur Phara et omni pertinentia eius (2). item, suprascripta Nera vendidit res suas modiorum trium propinquius castello Terraniano 10 ad prętium solidorum .XX. (3). item, Taibrandus filius Petri dedit domno B[erardo] abbati per commutationem res suas in territorio Reatino ad Turritam ubi dicitur Casalis modiorum .XVI. et recepit ibi prope ubi dicitur Habitaculùm collem et ędificatum castellum modiorum .VIII. (4). item, Guinizo filius Azonis optulit 15 huic monasterio res suas in Serrano, et Cutri, et Cerreto (5). item, quidam viri de territorio Asculano contulerunt huic monasterio ęcclesiam Sancti Iohannis in Sumati inter piscarias cum terris modiorum .XX. (6). item, Bona uxor Hugonis refutavit medietatem tertii generis in Aqua Viva, et in Bezano, et in Civitella, et in 20 Criptule (7). item, quidam prężbyter Franco optulit huic monasterio res suas territorii Sabinensis in Mogiano, et in Caminata, et in Miliano modiorum .XVI. (8). item quidam Girardus filius Beraldi optulit huic monasterio res suas in Sectiniano, et in per- 277 A tinentia castelli de Luco, ‖ et de Bucciniano (9). item, Albertus 25 filius Gebbonis optulit huic monasterio et domno B[erardo] abbati

25. *Dalla c. 277 A fino alla metà della c. 280 B la scrittura, sebbene somigliantissima a quella del cronista Gregorio, sembra però di mano di suo nipote Todino.*

(1) An. 1053; *R. F.* doc. 842.
(2) An. 1050? 1054? *R. F.* doc. 845. Vedasi la nota a questo documento nel *Regesto*.
(3) An. 1054; *R. F.* doc. 847.
(4) An. 1054; *R. F.* doc. 848.
(5) An. 1054; *R. F.* doc 849.
(6) An. 1054; *R. F.* doc. 850.
(7) An. 1055; *R. F.* doc. 851.
(8) An. 1048-1054? *R. F.* doc. 852.
(9) An. 1055; *R. F.* doc. 853. Fin qui il *Chronicon* fu scritto quasi esclusivamente da Gregorio di Catino, ma d'ora innanzi il codice è di diverse mani, e la scrittura di Gregorio s'alterna frequentemente con altre. Indicherò, procedendo, il variare delle scritture.

de castello Frasso totam sortem suam et de pertinentia eius, inter affines: a primo latere fluvius Pharpha, a secundo rivus Bubita et via Romana, et venientes in caput fluvii Riianę, a tertio latere Riiana, et a quarto latere castellum et tenentes heredes Bonihominis, et venientes in Pharpham. insuper et portionem suam de Phara cum eius pertinentia, inter affines: a primo latere fluvius Currisius, a secundo Carpinianus et per serram Mutellę descendit in Riianam, a tertio latere Riiana, a quarto latere furca montis sicut vadit iuxta terram Sanctę Marię et revertitur in Currisium. et hoc factum est anno Domini millesimo quinquagesimo quinto [1]. anno autem Domini millesimo .LVI. quidam Tebaldus filius Bucconis cum Theodora uxore sua, et Gislerius filius suprascripti Bucconis cum Pamphilia uxore sua, et Berardus filius Bruzonis cum Giburga uxore sua, et Bona uxor eiusdem Bruzonis, et Girardus, Tebaldus et Iohannes germani filii quondam Guiderolfi, cum Lavinia uxore ipsius, optulerunt huic monasterio et domno B[erardo] abbati castellum Currisium cum tota pertinentia eius [2]. ‖ item, Iohannes Guinizonis optulit huic monasterio res suas territorii Sabinensis in Castellione, in valle Gisonis, ad Puteum, et in valle Gaidonis, et in plano Iohannis Romani [3]. item, Rapto filius Petri concessit huic monasterio res suas in ducatu Spoletano et castaldatu Pontano ubi dicitur Pisa modiorum .v., et tertiam partem de alveo Molini [4]. eodem quoque anno quidam viri filii Girardi, et filii Rainerii, et filii Tebaldi, atque filii Tedimarii contulerunt huic monasterio ęcclesiam Sancti Gangolfi et Sancti Benedicti in monte Coscia et Sardone territorii Sabinensis cum eius omnibus pertinentiis comitatus Sabinensis, et Utriculani, sive Narniensis [5]. item, Rainerius filius Tedemarii optulit in ęcclesia Sancti Angeli de Tancia in portione huius monasterii res suas in Agutiano territorii Sabinensis [6]. item, Rocco filius Nicolai optulit huic monasterio res suas quas vel per tertium genus vel per cartulam habebat inter rivulum Calentinum et fluvium Curri-

c. 277 B

(1) An. 1055; *R. F.* doc. 854.
(2) An. 1056; *R. F.* doc. 856.
(3) An. 1056; *R. F.* doc. 857.
(4) An. 1056? 1057? *R. F.* doc. 858.
(5) An. 1052? 1056? *R. F.* doc. 859. Per la data di questo e del documento seguente cf. le note in *R. F.* IV, 255, 256.
(6) An. 1057; *R. F.* doc. 860.

sium(1). item, Atto filius Sichę, et Morico Baldonis, et Iohannes Leonis contulerunt huic monasterio res suas de castaldatu Pontano ubi dicitur Nursia ad Pizum Sanctę Marię modiorum trium, et in Rapinule modia .II., et in Valle Cardaria modia .VI.(2). anno autem Domini millesimo .LVII. facta est refutatio in hoc mona- 5 c. 278 A sterio a Gaidone et Guittone filiis Sicconis de rebus || Aquę Vivę modiorum .XLII.(3). item, filii cuiusdam Petri Maionis optulerunt huic monasterio res suas de castaldato Teramnano in loco qui dicitur Sancti Angeli de Scopplo modiorum centum(4). item, Dominicus filius Iohannis optulit huic monasterio res suas terri- 10 torii Sabinensis ubi dicitur Pingia(5). item, Petrus Luponis optulit huic monasterio res suas de castaldatu Pontano ubi dicitur Vallis Cardaria in Plaia a fonte Vessano modiorum .II.(6). item, Bonus Isę concessit huic monasterio res suas in castaldato Pontano ad Sanctum Peregrinum in Campo Lurano modiorum .III.(7). item, 15 Albertus Gualafossę et Iohannes filius Dononis refutarunt in hoc monasterio res et subiacentias ęcclesię Sancti Petri in Catino quas tenebant per scriptum vel quodcumque monimen scripturarum(8). item, Guittones et Gaido filii Sicconis optulerunt huic monasterio res suas in Sorbiliano et Verruculę(9). item, Adenolfus pręsbyter 20 et Azo et Aiulfus filii Rocii optulerunt huic monasterio in castaldatu Pontano ad Ocricclum portionem suam de ęcclesia Sanctę Marię, et de Sancto Laurentio, et Sancto Stephano, et de Sancta Cruce, et de Cerquito, et Puro, et Antezano, et Calcaria, et in Precumato, et in Valle Abincino, et ad Campum Nursinum 25 quinque petias, et de Filecta(10). item, Franco pręsbyter filius c. 278 B Sabini optulit huic monasterio || res suas territorii Sabinensis ubi dicitur Scleta cum una clausura(11). et Petrus pręsbyter filius Nectonis alias res optulit ibi(12). anno autem Domini millesimo .LVIII. quidam viri germani Ascharus et Marco contulerunt 30

(1) An. 1057; *R. F.* doc. 861.
(2) An. 1057; *R. F.* doc. 862.
(3) An. 1058; *R. F.* doc. 863. Circa la data di questo documento cf. *R. F.* IV, 259, nota 1.
(4) An. 1055? 1057? *R. F.* doc. 864.
(5) An. 1057; *R. F.* doc. 865.
(6) An. 1058; *R. F.* doc. 866.
(7) An. 1058; *R. F.* doc. 867.
(8) An. 1058; *R. F.* doc. 868.
(9) An. 1058; *R. F.* doc. 869.
(10) An. 1058; *R. F.* doc. 870.
(11) An. 1058; *R. F.* doc. 871.
(12) An. 1058; *R. F.* doc. 872.

huic monasterio ęcclesiam Beati Michahelis Archangeli cum tribus terrę modiis in circuitu eius et in Compeniuli modia .L.(1). item, quędam Davinia uxor quondam Iohannis filii Ottonis, et Otto, Iohannes atque Rainerius filii eius optulerunt huic monasterio
5 iuxta fluvium Currisium casalem quem tenuit Berizo Leonis Infantis prius, et postea Iohannes Tiniosus: a primo latere rivus Carbolanus, a secundo terra Sanctę Marię, a tertio casalis de Basabovem, a quarto fluvius Currisius (2). item, Albericus filius Gualabruni optulit huic monasterio res suas territorii Sabinensis
10 in Terraniano: a primo latere via publica quę dicitur Crucetum venientes in limitem et in rigaginem et in Calentinum, ab alio latere rigagines et venientes in rivum Tortum, et in prędictum Calentinum; et alias res in Ruiano, et Tricasio, et in Agutianello (3). item, Berardus filius Tebaldi refutavit sortem suam de omnibus rebus
15 inter rivum Calentinum et fluvium Currisium, et ad Caput Aquę (4).

Ępistola congregationis huius ad domnum papam Leonem.

An. 1051 (5). Lettera della congregazione Farfense al pontefice Leone IX chiedente la conferma degli antichi diritti e privilegi goduti dal monastero. c. 279 A

Summo pontifici et universali papę domino suo Leoni, admodum spirituali theorię inherenti, humilis congregatio in cęnobio Sanctę Dei genitricis perpetuęque virginis Marię Deo militantium, quicquid exigui servi summo domino.
20 liqueat summę clementię vestrę, sanctę Ęcclesię princeps, quoniam assidue nostra fraternitas gratanter Deo refert gratias, qui ab occiduis partibus vestram nobis contulit sollertiam, quo scilicet ecclesiastica adhuc vigent fastigia. sed ut et vobis a Deo augeatur tranquillitas et vestra sancta impleantur desideria, quatinus mater Ęcclesia in pristinam reformetur lineam, nostra efflagitare non
25 desinit humilitas. neque hoc vos latere volumus, quod quamvis, peccatis

(1) An. 1057? 1058? *R. F.* doc. 873. Circa la data di questo documento cf. la nota al doc. stesso in *R F.* IV, 268.

(2) An. 1058; *R. F.* doc. 874.

(3) An. 1059; *R. F.* doc. 875.

(4) An. 1058; *R. F.* doc. 876. Questa refutazione fu fatta da Beraldo di Tebaldo « iuxta fluvium qui dicitur « Tyberis, ad portum qui nominatur « Petra Periura ».

(5) *R. F.* doc. 877. Questo documento che non ha note cronologiche fu dagli editori del *Regesto* attribuito all'anno 1049 perchè parve ad essi che si collegasse col privilegio di Leone IX del 1049, che segue nel *Regesto* immediatamente la lettera dei monaci Farfensi (*R. F.* doc. 878). Più mature considerazioni m'inducono ad accettare la data già proposta dall' Ughelli, dal Mansi e dal Muratori, e a collegare la lettera ed anche il querimonio di Giovanni vescovo Sabinense col doc. 884 dell'a. 1051, riprodotto a p. 136 di questo volume, nel quale sono specificatamente confermati al monastero il possesso della chiesa di S. Angelo « in Tancia cum gualdo et omnibus « pertinentiis » e tutti i diritti d' immunità da ogni giurisdizione episcopale.

nostris exigentibus, venerabilis noster locus ab Ęcclesię vastatoribus undique multetur, sed tuitione prędecessorum vestrorum venerabilium pontificum, necnon regum simulque imperatorum semper fuerit defensus. sanctę siquidem recordationis Adrianus, Paulus, Iohannes pontifices aliquanta prędia Sabinis nostro cesserunt monasterio. tanta quippe aviditate Anastasius papa 5
c. 279 B pręfatum dilexit locum, ut etiam ex trabibus, quę ad restauranda ‖ sarta tecta matris Ęcclesię ex Appenninis conducuntur alpibus, nostro sancto cęnobio ex quinque concesserit unam. plures etiam divino succensi amore omnem habitę vel habiturę possessionis largiti sunt decimationem, innumeris ante collatis prędiis. moderno pręterea tempore venerabilis Benedictus papa ca- 10 stella atque prędia a quibusdam perversis hominibus pertinaciter possessa, strenue invigilans, sancto restituit loco. atque ut eius memoria in assiduis nostrę fraternitatis haberetur orationibus, frater ipsius Iohannes papa ex integro pontificale ornamentum cum proprio baculo simili concessit modo. universi tandem pontifices omnem eidem canonicam sanxerunt libertatem, 15 cunctamque auferentes publicam regum atque pontificum reddibitionem. sacratissimę religionis etiam institutores, defensores, cooperatores, principes, reges, necnon et imperatores Karolus, Pipinus, Hludovicus, cęterique eorum successores, Germani, Salichi Langobardique reges sive imperatores, unusquisque secundum temporis posse, sanctę Dei genitricis exequentes promis- 20 sionem, venerabili loco innumerabilia prędia sua contulere liberalitate. collatis deinde munificentiis hanc decreverunt libertatem, ut quicquid eorum
c. 280 A fiscus vel aliqua publica ‖ exactio aliquo modo sperare potuisse[t] cęnobio omnimodis non imponeretur. oblata igitur atque offer[...] publica functione regum et imperatorum eorumque actionarior[um] immunia statuerunt. de decimis eodem tenore cuncti decrever[unt] ad portam monasterii colligerentur ad pauperum alimonias, qui i[...] stitutionem sanctissimi Thomę abbatis, sancta Dei Genitrice o[...] cente, constiterant restauratore. igitur, venerabilis pontifex, ta[...] tificum et regum non aliqua vos persuadeat adulatio infringere priorum. scimus denique et ratum est, quoniam pontifices et qui statuerunt episcopia, ipsi etiam et monasteria, et quam uni[...] vere oporteret permanere libertas. difficile quippe est absque lab[...] vivere, sed divina gratia vario suos dispensat munere. non nam[...] verbis indigent sapientes, ideo vestram honerare veremur prud[...] borum abundantia. quapropter obsecrantes rogamus, sumus enim quingenti vestri oratores, ne aliquorum vos perversa compellat Dei aliquo modo sevire famulos. pro Dei namque amore vestr[...]
c. 280 B cęterorumque pontificum, ducum, regum et imperatorum ‖ salute, amoveat a sancti loci dilectione. neque siquidem putamus im[...]

29. restauratore] *Così nel testo del Chronicon e del Regesto.* 34. *Così nel testo del Chronicon e del Regesto.*

transire qui tantorum patrum etiam voluerit statuta infringere. igitur assidue pro vobis Deum postulamus. veruntamen quanto lȩtius tanto largius. vestra quippe provideat solertia, ne aliquorum prȩvaleat importuna clamositas, sed ita agite, ut collata a Deo gratia augeatur et aucta corroboretur. de-
5 mumque ȩterna gaudia subrogetur. valeat in Domino prȩsulatus sanctitatis vestrȩ tempore longo.

Erat autem tunc temporis Iohannes Sabinensis episcopus qui huic insidiabatur monasterio et pro decimis et pro mortuorum oblationibus quas ab initio cunctorum pene pontificum largitione
10 in pauperum alimoniis et confratrum stipendiis suscepimus, et maxime pro ȩcclesia Sancti Angeli in Tancia, de qua olim fecerat iniquam convenientiam cum domno Hugone abbate qui eandem ecclesiam Sancti Angeli tenuit et possedit in dominium huius monasterii. iniquam convenientiam ideo diximus, quia tempo-
15 ribus domni Adriani primi pontificis Hildebrandus gloriosus dux per suum prȩceptum huic monasterio concesserat gualdum Tanciȩ in integrum cum ipsa ȩcclesia Sancti Angeli, sed et Stephanus quartus apostolicus per suum privilegium confirmavit eundem gualdum Tanciȩ. Karolus quoque, et Hludovicus, atque Hlo-
20 tarius ‖ imperatores per suorum paginas prȩceptorum similiter confirmarunt. hȩc omnia ignorabat prȩfatus domnus Hugo abbas utpote alienigena et alterius monachus monasterii, iccirco prȩdictam convenientiam ab episcopo suscepit nescienter. itaque supradictus episcopus post hȩc insurrexit, et ad eandem ȩcclesiam
25 Sancti Angeli armata manu perrexit, cuius altare amovens destruxit, et reliquias ex illo abstrahens, secum asportavit. et cum inde ad episcopium reverteretur, subito cȩlo optime serenato orta est aque, grandinis et fulguris maxima tempestas. quo viso, episcopus secessit a via in quendam locum ubi dicitur Area, et moram
30 aliquantulum ibi cum ipsis reliquiis fecit. accidit autem tunc grande miraculum, ut in ipso loco ubi reliquiȩ manebant, nil pluviȩ vel grandinis ibi cecidisset. cessante vero tempestate, rediit ad episcopium cum magno pavore. altera autem die cum hȩc audiret domnus Berardus abbas cognomento Ortanus, elegit quen-

c. 281 A

8. *Dalle parole* et pro decimis *la scrittura cambia di nuovo e ne incomincia una diversa, sempre però del principio del secolo XII.*

nostris exigentibus, venerabilis noster locus ab Ęcclesię vastatoribus undique multetur, sed tuitione prędecessorum vestrorum venerabilium pontificum, necnon regum simulque imperatorum semper fuerit defensus. sanctę siquidem recordationis Adrianus, Paulus, Iohannes pontifices aliquanta prędia Sabinis nostro cesserunt monasterio. tanta quippe aviditate Anastasius papa 5
c. 279 B pręfatum dilexit locum, ut etiam ex trabibus, qûę ad restauranda ‖ sarta tecta matris Ęcclesię ex Appenninis conducuntur alpibus, nostro sancto cęnobio ex quinque concesserit unam. plures etiam divino succensi amore omnem habitę vel habiturę possessionis largiti sunt decimationem, innumeris ante collatis prędiis. moderno pręterea tempore venerabilis Benedictus papa ca- 10 stella atque prędia a quibusdam perversis hominibus pertinaciter possessa, strenue invigilans, sancto restituit loco. atque ut eius memoria in assiduis nostrę fraternitatis haberetur orationibus, frater ipsius Iohannes papa ex integro pontificale ornamentum cum proprio baculo simili concessit modo. universi tandem pontifices omnem eidem canonicam sanxerunt libertatem, 15 cunctamque auferentes publicam regum atque pontificum reddibitionem. sacratissimę religionis etiam institutores, defensores, cooperatores, principes, reges, necnon et imperatores Karolus, Pipinus, Hludovicus, cęterique eorum successores, Germani, Salichi Langobardique reges sive imperatores, unusquisque secundum temporis posse, sanctę Dei genitricis exequentes promis- 20 sionem, venerabili loco innumerabilia prędia sua contulere liberalitate. collatis deinde munificentiis hanc decreverunt libertatem, ut quicquid eorum
c. 280 A fiscus vel aliqua publica ‖ exactio aliquo modo sperare potuisset, prętaxato cęnobio omnimodis non imponeretur. oblata igitur atque offerenda ab omni publica functione regum et imperatorum eorumque actionariorum perpetim 25 immunia statuerunt. de decimis eodem tenore cuncti decreverunt, quatinus ad portam monasterii colligerentur ad pauperum alimonias, qui ibi, iuxta constitutionem sanctissimi Thomę abbatis, sancta Dei Genitrice ortante ac ducente, constiterant restauratore. igitur, venerabilis pontifex, tantorum pontificum et regum non aliqua vos persuadeat adulatio infringere velle statuta 30 priorum. scimus denique et ratum est, quoniam pontifices et imperatores qui statuerunt episcopia, ipsi etiam et monasteria, et quam unicuique decrevere oporteret permanere libertas. difficile quippe est absque labore quoslibet vivere, sed divina gratia vario suos dispensat munere. non namque pluribus verbis indigent sapientes, ideo vestram honerare veremur prudentiam ver- 35 borum abundantia. quapropter obsecrantes rogamus, sumus enim plus minus quingenti vestri oratores, ne aliquorum vos perversa compellat opinio, in Dei aliquo modo sevire famulos. pro Dei namque amore vestręque animę
c. 280 B cęterorumque pontificum, ducum, regum et imperatorum ‖ salute, nullus vos amoveat a sancti loci dilectione. neque siquidem putamus impune posse 40

29. restauratore] *Così nel testo del Chronicon e del Regesto.* 34. vario suos] *Così nel testo del Chronicon e del Regesto.*

transire qui tantorum patrum etiam voluerit statuta infringere. igitur assidue pro vobis Deum postulamus. veruntamen quanto lętius tanto largius. vestra quippe provideat solertia, ne aliquorum pręvaleat importuna clamositas, sed ita agite, ut collata a Deo gratia augeatur et aucta corroboretur. de-
5 mumque ęterna gaudia subrogetur. valeat in Domino pręsulatus sanctitatis vestrę tempore longo.

Erat autem tunc temporis Iohannes Sabinensis episcopus qui huic insidiabatur monasterio et pro decimis et pro mortuorum oblationibus quas ab initio cunctorum pene pontificum largitione
10 in pauperum alimoniis et confratrum stipendiis suscepimus, et maxime pro ęcclesia Sancti Angeli in Tancia, de qua olim fecerat iniquam convenientiam cum domno Hugone abbate qui eandem ecclesiam Sancti Angeli tenuit et possedit in dominium huius monasterii. iniquam convenientiam ideo diximus, quia tempo-
15 ribus domni Adriani primi pontificis Hildebrandus gloriosus dux per suum pręceptum huic monasterio concesserat gualdum Tancię in integrum cum ipsa ęcclesia Sancti Angeli, sed et Stephanus quartus apostolicus per suum privilegium confirmavit eundem gualdum Tancię. Karolus quoque, et Hludovicus, atque Hlo-
20 tarius ‖ imperatores per suorum paginas pręceptorum similiter con- c. 281 A firmarunt. hęc omnia ignorabat pręfatus domnus Hugo abbas utpote alienigena et alterius monachus monasterii, iccirco prędictam convenientiam ab episcopo suscepit nescienter. itaque supradictus episcopus post hęc insurrexit, et ad eandem ęcclesiam
25 Sancti Angeli armata manu perrexit, cuius altare amovens destruxit, et reliquias ex illo abstrahens, secum asportavit. et cum inde ad episcopium reverteretur, subito cęlo optime serenato orta est aque, grandinis et fulguris maxima tempestas. quo viso, episcopus secessit a via in quendam locum ubi dicitur Area, et moram
30 aliquantulum ibi cum ipsis reliquiis fecit. accidit autem tunc grande miraculum, ut in ipso loco ubi reliquię manebant, nil pluvię vel grandinis ibi cecidisset. cessante vero tempestate, rediit ad episcopium cum magno pavore. altera autem die cum hęc audiret domnus Berardus abbas cognomento Ortanus, elegit quen-

8. *Dalle parole* et pro decimis *la scrittura cambia di nuovo e ne incomincia una diversa, sempre però del principio del secolo XII.*

dam episcopum, qui tunc forte hospitabatur in hoc monasterio, de ultramontanis partibus, et collatis abbatię viris et fidelibus militibus, cum maximo triumphi honore rehedificare studuit ipsum altare, magnis et pręcipuis ibi reconditis reliquiis. super quam rem pędictus episcopus valde condoluit Sabinensis ęcclesię. et quia 5 altare ipsum destruxerat et reliquias asportaverat, ipsa nocte percussus est, et unum totius latus corporis obstupescens in eo, donec advixit, periit. post hęc veritus et pavens super hoc, et nimis dolens pro edificatione quam domnus abbas noster fieri studuerat, (c. 281 B) ad eundem locum ‖ episcopus perrexit, et abstractis inde novis quas 10 invenit reliquiis, priores illic honorifice recondidit. de ipsis vero novis reliquiis in suo episcopio altariolum construens consecravit, et demum adversus domnum abbatem nostrum in sinodo proclamationem sic ęditam fecit:

An. 1051.

Il vescovo Sabinense Giovanni accusa l'abbate Berardo innanzi a Leone IX e ad una sinodo romana, di avere usurpato i suoi diritti sulla chiesa di S. Michele Arcangelo in Tancia, d'avere attentato alla sua vita e d'altre violenze.

Audiat dominus et totius legis retinaculi moderator ęquissimus Leo primę 15 Sedis ępiscopus audiatque cum eo hęc sancta synodus, percipiat ut iustum est proclamationem quam facio super abbatem Pharphensem, a quo multas et passus sum et patior iniurias. est quędam ęcclesia in honorem sancti Michahelis Archangeli sita in monte qui dicitur Tancia, videlicet in ępiscopatu meo, quę iuris mei ępiscopatus est, cuius altaris auctor et dedicator cre- 20 ditur fuisse Silvester beatissimus huius almę sedis ępiscopus, super quod altare non est veritus abbas ille ausu temerario maceriam addere, et supra tanti consecratoris violatam consecrationem missas per monachos suos cantare, nullo vel faciente vel iubente ępiscopo. de ęcclesia autem illa, nescio per quam iustitiam, medietatem optinet ęcclesia Sancte Marię cuius abbas ipse est, me- 25 dietatem vero alteram ępiscopatus possidet meus. sed ex his medietatibus inter me et abbatem Hugonem talis obligatio facta est, ut semper in tempore quadragesimali et in mense maio meus ibi una cum suo minister sederet, cęteris vero temporibus solus ibi suus sederet minister, a quo tria xenia in anno haberem; et si unquam abbas ille aut aliquis successor eius aut ven- 30 deret alicui aut donaret aut propter beneficium aut quoquo modo ipsius ęcclesię medietatem suam, tunc ad meam meorumque successorum deveniret (c. 282 A) proprietatem. et si ego vel aliquis successor meus de medietate ‖ ipsius ęcclesię quę est mei episcopatus aliquid tale fecissem, tunc ipsa medietas abbatis deveniret proprietatem. et ecce domnus iste abbas in his omnibus 35 cecidit, quia neque ministrum meum ita tractavit ut decuit, neque promissa xenia misit, sed medietatem suam in beneficium duobus Dei ancillis dedit. arsit pręterea ęcclesiam unam de ępiscopatu meo, immo nostri senioris quam meo, et post combustionem duxit illuc ępiscopum Simphroniensem, et, me

nolente et nesciente, consecravit eam. cum vero una dierum sciret me iturum fore ad quendam locum, mei senioris iussionem implendam, paravit adversus me insidias et tales, ut si me posset occideret, aut, si non posset, domum in qua ipse nocte iacerem incendio concremaret. cuius nefarię adin-
5 ventionis extitit auctor Petrus monachus qui dicitur de Laurentio et cum eo Dato de Uhberto, Teuzo de Berizo, Albertinus Adulterinus, Barocco, Petrus Castellanus, Raino de Crescentio, Follia, Iohannes ferrarius, Rainaldus de Iohanne de Guidone pręsbytero, Azolinus. unius denique mei archipręsbyteri silvam incidit, ob hoc quod meum fidelem illum cognovit, quę non minus
10 valuit quam centum libras. cępit quendam servientem meum, et quia dixit se meum esse, abstulit ei equum et omnia vestimenta eius. pręterea decimationes quę michi pertinent nec non et partem meam de bonis mortuorum ubicumque valet contendit, maxime tamen in Bucciniano et Vulpiniano. his et aliis ab eo abbate pressus adversitatibus, proclamo me super illum, quę-
15 rens misericordiam vestram, ut non sinatis ęcclesiam meam, immo vestram quam meam, tantis adversitatibus gravari tantisque molestiis molestari, sed potius liberata ‖ a perturbationibus tanti perturbatoris, grates inde maximas Deo reddamus et vobis (1). c. 282 B

His ita recitatis, quęsitum est ab advocato domini abbatis ut
20 domnus papa, sancta sinodo concedente, indutias permitteret ad singula, quę Sabinensis ępiscopus conclamaverat, verius et suptilius investigandum et respondendum. tunc benigna largitione permissum est. aderant autem ibidem utriusque partis amici veraciores et pacifici insectatores, qui ipsas res canonice inda-
25 gantes retulerunt domno papę, quia si per legem vel sanctos canones iudicare vellet, ambę partes in detrimentum gravissimum devenirent. videlicet propter violationem et destructionem altaris et eius reliquiarum, quam primo idem episcopus Sabinensis pręsumpsit, et propter deprędationes sive incendia, quę postmodum
30 domni abbatis militum exercitus fecit. nam proprietates ęcclesiarum per acquisitionem et autenticam possessionem antiquior et anterior per omnia inventa est huius nostri monasterii fuisse. hoc summus pręsul certius discernens, litem ipsam proutcumque potuit sedare fecit, et ędidit monasterio huic mirabile privilegium
35 suę pię confirmationis de omnium huius monasterii bonorum acqui-

6. Uhberto] *Così nel testo del Chronicon, ma nel Regesto* Huberto

(1) *R. F.* doc. 883. V. la nota 5 a p. 131 di questo volume relativa alla data di queeto documento.

sitionibus liberrime possidendis. denique post longum tempus, nostris scilicet diebus, ita vidimus et audivimus referentem et certissime testantem quendam Romanum ępiscopum nomine Petrum, iam nimis vetulum, qui Rome morabatur apud Sanctum Vincentium, iuxta sanctam ęcclesiam Beati Petri apostoli, omnia ut supra 5 diximus coram se examinata et diffinita fuisse et privilegium sic ęditum:

An. 1051 (1).
Il pontefice Leone IX conferma il monastero nel possesso di tutti i suoi beni e privilegi.
c. 283 A

Leo episcopus servus servorum Dei. ęcclesię venerabili sanctę virginis matris Beatę Marię quę ponitur in Pharpha, et per eam Berardo abbati, et iuste intrantibus tuis successoribus in perpetuum. initium sapientię timor 10 Domini. cuius timore ac debita reverentia commoniti, pro glorioso Filio et casto gloriosę Matris simul et castę honorem libenter exhibemus pia devotione et suis servitoribus necessarium ac regulare cupimus suffragium, ut dum nostro auditorio bene deserviunt, participes pręmii, corporis et animę suscipiamus commodum. inter hęc siquidem pure ad serviendum Deo viventi 15 nostrę voluntatis beneficia volumus, immo et quam maxime desideramus, ut sicut inter cęteras nominis fama, ita et necessariis rebus gloriosius exaltetur per nostram humilitatem sancta Pharphensis ęcclesia. argentum enim et aurum non est nobis, quod autem habemus libenter ei qui nobis hoc tribuit gratis, domino Deo nostro et angelorum ac nostrę Dominę, reddimus, sci- 20 licet cor humile, bonam voluntatem et devotam ut oportet servitutem secundum nostrę fragilitatis possibilitatem. solebant semper ęcclesiis bona sua confirmari, immo et confirmantur adhuc, per apostolica summę Sedis privilegia, quę Deo largiente non refutabit ex nostra parte humiliter suscipere specialis spirituum et hominum regina mater humilitatis domina nostra, pia et 25 mitis ac bona Maria. suscipe igitur sancta Virgo, sancta Parens cum Filio bona tua non a nobis data sed nostro tibi firmata privilegio. tene quę tenes, cum benedictione Filii tui posside quę possides. benedicta quidem es inter omnes mulieres. ‖ tua tibi nullus auferat. in bonis tuis te offendere nulli

c. 283 B

unquam liceat. et vice sua tibi, Berarde in Christo fili dilecte, fideli mo- 30 nasterii huius abbati, hoc sacrę paginę scriptum concedimus ad observandum, ut simul et scriptum ęcclesię reserves nec non et omne bonum tibi commissum. sancta itaque apostolica auctoritate omnia quę supradicta in eodem loco habet ęcclesia confirmamus et corroboramus, sicuti modo possidet et ab initio infra possedit et extra. videlicet quicquid habere videtur in territorio 35

3. Romanum] *Così nel testo.* 9. *Nel testo del Chronicon* ea, *ma nel Regesto* eam 19. *Nel testo del Chronicon* aut, *ma nel Regesto* autem

(1) *R. F.* doc. 884. V. la nota 5 a p. 131 di questo volume relativa alla data di questo documento.

Sabinensi, idest ęcclesiam Sancti Benedicti, et curtem Sancti Gethulii, et castellum de Tribuco, et podium filiorum Palumbę, et alveum Pharphę totum. et hęc omnia cum omnibus suis pertinentiis, in integrum. ęcclesiam Sancti Angeli in Tancia cum gualdo et omnibus pertinentiis, castellum de Bucciniano, et
5 Roccam in integrum cum Massa a papa Benedicto ipsi monasterio collata, castrum Pharę. hęc iterum omnia simili modo cum omnibus suis pertinentiis et subiacentiis. terram de Ortelle. in civitate Ortana ęcclesiam Sancti Theodori in integrum. in Viterbe ęcclesiam Sanctę Marię in integrum. in Tuscano cellam Sanctę Marię iuxta fluvium Minionem cum gualdo, et cum ipso
10 monte Gosberti, seu et Ripa Alvella, et marino portu. in comitatu Narniensi monasterium Sancti Angeli, et ęcclesiam Sancti Antimi in integrum. in comitatu Perosino cellam Sanctę Marię in Diruta, et Sancti Apollinaris, et Sancti Blasii, et Sancti Montani cum ęcclesiis, castellis, villis et omnibus pertinentiis et adiacentiis suis. et iuxta Tyburtinam civitatem ęcclesiam San-
15 cti Adriani in integrum. in Collina ęcclesiam Sancti Andreę cum omnibus suis pertinentiis. in urbe Roma ęcclesiam Sanctę Marię, et Sancti Salvatoris cum criptis et muris, et Campum Agonis ‖ in integrum. in comitatu Asisino cellam Sancti Benedicti in integrum. in comitatu Firmano cellam Sanctę Marię in Clienti, et monasterium puellarum quod dicitur Sancti Sal-
20 vatoris, et ęcclesiam Sancti Benedicti in Ripa, et cellam Sanctę Victorię cum omnibus earum pertinentiis et adiacentiis. in comitatu Asculano cellas, unam Sancti Salvatoris iuxta fluvium Asum, alteram Sanctę Marię in Ophida, in integrum. in comitatu Teatino cellam Sancti Stephani in integrum. in comitatu Senogalliensi curtem de Luzano. in comitatu de Camerino curtem
25 de Salabona. in comitatu Ausimano curtem de Monte Pulisco in integrum. hanc ergo maiorem et principalem Sanctę Dei genitricis ac virginis Marię ęcclesiam in Pharpha, cum omnibus supra dictis et aliis etiam cellis suis maioribus et earum ęcclesiis minoribus, cum castellis, vicis et oppidis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis et vineis, silvis, aquis, aquarum decursibus, pisca-
30 riis et piscationibus, portibus maris et littoribus, et universis quantiscumque qualibuscumque pertinentiis, et cum omnibus quę a Romana Sede obtinet per apostolica privilegia, vel ab imperatoribus et regibus per pręcepta, immotam et inquietam ab omnibus esse sancimus. et quodcumque sibi a quibuscumque fidelibus Christi concessum est vel in perpetuum concedetur,
35 si divinę pietatis respectum desiderat, nullus invadat, nullus minuat vel suptrahat. si quis enim piam Matrem Domini scienter offenderit, bonam voluntatem Filii eius unigeniti immo et primogeniti Salvatoris nostri habere omnino non poterit. decimas et oblationes mortuorum quiete ista teneat

c. 284 A

1. *Nel testo del Chronicon* curte, *ma nel Regesto* curtem 8. Viterbe] *Così nel testo.* 19. *Era prima scritto secondo la forma consueta* Clenti, *ma lo scrittore corresse in* Clienti *Il Regesto ha* Clienti 31. qualibuscumque *manca nel Regesto.* 33. inquietam] *Così nel testo.* 38. omnino *manca nel Regesto.*

ęcclesia. nec ordinatio monachorum vel pręsbyterorum huius monasterii
c. 284 B vel cellarum eius a quovis ibi ‖ fiat episcopo, nisi quem abbas invitaverit, aut, si non adest, suo pręcepto eius congregatio. scilicet quia ita habetur in privilegio bonę memorię Pauli papę. synodum ut nullus hic celebret ępiscopus, nec alio venire constringat pręsbyteros totius abbatię, quoniam ab ipso 5 hic locus per privilegium optinuit, nos infringere nolumus. et consecrationes ęcclesiarum a quovis quęrit abbas religioso ępiscopo habeat, simul et chrisma. ad idoneum abbatem eligendum secundum sancti Benedicti regulam sit communis consensus et impleatur petitio fratrum. scriptum est autem in canonibus: «Invasores ęcclesiarum sine dilatione excommunicentur». 10 cuius rei gratia necesse est ut omnis invasio in universa cesset Ęcclesia, maxime in locis quę sibi dicata tenet beata Maria, cui qui aufert sua, incurrere timeat anathema. maxima enim excommunicatio Filii matris Virginis est indignatio. exaltata super choros angelorum Maria, exaltet conservantem bona sua. pro prominę suę reverentia, princeps apostolorum Petrus ditet 15 illum semper benedictione apostolica, annuente hoc virginis Patris ac virginis Matris Dei omnipotentis gratia. data .III. idus decembris, per manus Frederici diaconi sanctę Romanę Ęcclesię bibliothecarii, vice domni Herimanni archicancellarii et Coloniensis archiępiscopi. anno domni Leonis noni papę .III., indictione .V. 20

In alio quoque privilegio idem venerabilis pontifex huic monasterio confirmavit fundum Massam in quo est ecclesia Sancti Va-
c. 285 A lentini. ex fundo Muciani uncias tres. fundum Paternum ‖ in quo est ecclesia Sancti Iohannis. fundum Carbonianum. fundum Septiniani. fundum Pipiliani. fundum Agelli. fundum 25 Mutellę. fundum Larinianum. fundum Albuciani (1). item, in alio privilegio confirmavit bona quędam in Massa in loco qui dicitur Sanctę Marię in Formello, scilicet tres casales, unum qui dicitur casalis de Petroccio, alterum de Leone Sabinensi, tertium qui dicitur casalis Petri qui et Leo ferrarius (2). 30

Heinricus autem tertius rex et secundus Romanorum imperator augustus per suum imperiale pręceptum concessit et confirmavit huic monasterio quasdam res. in territorio Sabinensi ęcclesiam Sancti Benedicti, et curtem Sancti Gethulii cum ca-

2. *Dalle parole* fiat episcopo *fino alle parole* sine dilatione excommunicentur *(r. 10) torna la mano di Todino, e poi di nuovo la mano che ha scritto le pagine precedenti.*
9. petitio] *Così nel Regesto, ma nel testo del Chronicon è scritto* petio

(1) An. 1049; *R. F.* doc. 878. (2) An. 1051; *R. F.* doc. 882.

stello de Tribuco in integrum. et alveum Farphę totum. ęcclesiam Sancti Angeli in Tancia cum gualdo et omnibus pertinentiis. castellum de Buciniano et Roccam in integrum cum Massa quam pię memorię Benedictus papa in hoc monasterio contulit. ca-
5 strum Pharę in integrum cum omnibus pertinentiis. terram de Ortelle. in civitate Ortana ęcclesiam Sancti Theodori. infra castrum Biterbense ęcclesiam Sanctę Marię. in territorio Tuscano cellam Sanctę Marię in Minione cum gualdo, et in monte Gosberti, et Ripa Albella, et marino portu. in comitatu Narniensi monasterium
10 Sancti Angeli in Massa, et cellam Sancti Antimi, et Sanctę Marię, et Sancti Iohannis. in comitatu Perosino cellam Sanctę Marię in Diruta, et cellam Sancti Apollinaris cum ęcclesiis, castellis et villis, sicuti Hugo Alberici in hoc monasterio dedit. in comitatu Asisio ęcclesiam Sancti Bartholomei, et Sancti Iohannis in
15 Satriano. in comitatu Spoletano ęcclesiam Sancti Marci, et Sancti Salvatoris, et Sancti Pauli, et Sancti Martini. cellam Sancte Marie ‖ in Mediana, et ęcclesiam Sancti Antonini, et Sancti Fortunati, et terram et vineam et omnia sicut Adam filius Rodulfi pro redemptione animę suę in hoc monasterio per chartam
20 dedit. in comitatu Auximano curtem de Monte Polisco. in comitatu Senogaliensi curtem de Luzano. in comitatu Camerino Salambonam, et Trevenano, et Sancti Abundii, et Sancti Viti, et in Castello Petroso curtem Sanctę Antię. et de castello Albo Cavallo duas partes sicuti Octavianus per cartulam in hoc mo-
25 nasterio dedit. in comitatu Firmano monasterium Sanctę Marię, et Sanctę Victorię cum castellis, cellis, villis, et curtem de Plotenano cum castello et ripula, curtem de Cerestano, Sanctam Mariam in Casule cum castello de Ara Antiqua, et castello de Tariano, et portionem de Morta, castellum de Agnanello cum suis pertinentiis
30 et molina. Sanctam Mariam in Strata, Sanctam Mariam in Pantana, Sanctam Mariam in Clenti cum castellis, ęcclesiis, molendinis, et aquam deducere ubi necesse est, cum portione de Lumerano, et portione de Sala. curtem Sancti Martini cum medietate de colle Bonelli, et medietate de Morru, et quarta parte ex alia. et
35 portionem de Rote. et portionem de insula de Verano cum ęcclesiis et ędificiis suis ceterisque pertinentiis. in Troliano ter-

c. 285 B

ram et vineas cum litore maris, et cum portu. curtem de filiis Rolandi cum castello et ęcclesiis. curtem de Talusano. monasterium Sancti Salvatoris in Cantalupo, et monasterium Sancti Benedicti de Ripa. in comitatu Asculano iuxta fluvium Asum monasterium Sancti Salvatoris cum castello Furcie, Cymbrianum, Gallianum, castrum Ophidam, Isclam, Beneventulum, Sanctum Valentinum, montem Agusianum, insulam Helisei, | medietatem de Porke, quintam partem de Ripa, Cosennanum, Asignatium, montem Cosi, Spinetulum, Aiulanum, Dullianum, Octavum, Postmontem, Colmari, Podium, Montem Prandonis, montem Cretaceum, Sculculam, medietatem de foce de Tronto, Sexum Pesilem. in comitatu Aprutiensi curtem de Sardiniaria et alias. in comitatu Pinnensi curtem Sanctę Lucię, et de Monte Pedito cum rebus et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Clementis. in comitatu Teatino monasterium Sancti Stefani, et Pharam, et Podium, et Sanctum Clementem. in comitatu Balbensi ecclesiam Sanctę Marię in Graiano, et Sanctę Marię in Sarzano, et Sanctę Marię in Forfone. in comitatu Marsicano curtem Sancti Leucii, et curtem de Transaquas. infra urbem Romam ęcclesiam Sanctę Marię, et Sancti Salvatoris, et Campum de Agonis. in civitate Tyburtina monasterium Sancti Adriani. in finibus Campanię monasterium Sancti Laurentii in Macri. in Colline ęcclesiam Sancti Sebastiani, et Sancte Andreę. in comitatu Reatino monasterium Sancti Angeli, et ęcclesiam Sancti Iacobi, et Sancti Georgii, et in Puzalia terram quę noviter acquisita est. in Amiterno ęcclesiam Sanctę Marię in Loriano cum suis adiacentiis, curtem de Torrita, et de Narnate cum omnibus earum adiacentiis atque pertinentiis. in comitatu Balbensi ęcclesiam Sancti Peregrini in qua comes Oderisius monasterium construxit [1].

Quidam autem Franco nobilis vir qui vocatur de domna Rosa, seu Guido, ambo socii et fideicommissarii cuiusdam Iohannis Muti, pro eius anima confirmaverunt per chartam donationis in

11. Sexum Pesilem] *Così nel testo.*

(1) An. 1050; *R. F.* doc. 879. Intorno alla data di questo diploma vedasi la nota che vi si riferisce nel *Regesto,* IV, 274.

hoc monasterio quasdam res ipsius in territorio Sabinensi ubi dicitur Serranus (1). quidam etiam Paganus filius Gaidonis refutavit in hoc monasterio sortem suam de castello quod nominatur Aqua Viva totam in integrum, et de castello de Tribuco (2). item,
5 Tinto filius Leonis refutavit in hoc monasterio omnes res quas per scriptum habebat a fluvio Currensi usque ‖ ad Sanctam Mariam in Cassiano, ab alia parte Riana (3). item, Landulfus filius Adelberti cum Nicolao filio suo concessit huic monasterio res suas in Salisiano, Sectiniano, Colle, monte de Velo, et Maialini,
10 modia septuaginta, et recepit, commutationes, res in Tribiliano, et Verrucule, et ad rivum Gleronis (4). item, Beraldus qui Maco vocatur filius Munaldi, cum Guilia uxore sua, concessit huic monasterio res suas in Sabinis ad Planum de Polo, et casalem Iohannis de Veccla (5), et portionem suam de castello Bubelano,
15 et de Carbi (6). et in comitatu Narniensi de castello de Laia quod est de Sigizo (7). item, Crescentius filius Arduini concessit portionem suam ex casale Serrano territorii Sabinensis (8). item, domna Maroza relicta quondam domni Gregorii et filia domni Octaviani, per consensum Iohannis germani sui, concessit
20 res suas quę ei evenerant a suprascripto Gregorio viro suo in comitatu Campanię, videlicet sex principales uncias totius substantię eiusdem viri sui, huic monasterio (9). item, quidam viri filii Martini, et filii Adelberti, et filii Senioricti, et filii Bonini, et filii Crescentii concesserunt in hoc monasterio res suas cum ecclesia
25 Beati Silvestri et Sancti Nicolai confessorum Christi ubi dicitur Cerretum Malum, et ad Cisternam (10). item, Crescentius filius Farolfi cum Azolino filio suo concessit in hoc monasterio casalem in Sabinis qui nominatur Pinea, et de Genzunis (11). item, Berardus filius Farolfi concessit in hoc monasterio sortem suam

c. 286 B

9. *Dopo la parola* Maialini *apparisce nel testo la traccia di una lettera che non si legge bene. Forse una* s *col segno di abbreviazione per* sunt

(1) An. 1049; *R. F.* doc. 880.
(2) An. 1050; *R. F.* doc. 881.
(3) An. 1052; *R. F.* doc. 885.
(4) An. 1053; *R. F.* doc. 886.
(5) An. 1053; *R. F.* doc. 887.
(6) An. 1055; *R. F.* doc. 888.
(7) An. circa 1053-1055; *R. F.* documento 889.
(8) An. 1056; *R. F.* doc. 890.
(9) An. 1056; *R. F.* doc. 891.
(10) An. 1057; *R. F.* doc. 892.
(11) An. 1059; *R. F.* doc. 895.

in Tancia et Sectiniano: a primo latere rivulus episcopalis Cancelli qui vadit in castellum Fatuccli, a secundo latere cacumen montis Maialini descendens in rivulum Atriani, a tertio latere rivulus Atrianus, a quarto latere pertinentia Salisani [1]; et refutavit
c. 287 A totam sortem de castello Salisano [2]. || item, Azo filius Iohannis 5
cum Doda uxore sua et Adelbertus pręsbyter filius Petri concesserunt huic monasterio res suas ducatus Spoletani in castaldatu Pontano ubi dicitur Griianus, idest portiones suas de ęcclesia Sancti Viti [3]. item, filii Anastasii comitis fecerunt sponsionem et obligationem huic monasterio et domno Berardo abbati, 10
ut non tollant neque contendant ipsi et heredes eorum ęcclesias et monasteria, idest Sancti Benedicti in Satriano, et Sancti Iohannis in Valle Frigida, et Sancti Bartholomei; quod si pręsumpserint, componant argenti libras quinque [4]. similiter promiserunt filius Adenolfi, et Munaldus et Gislerius comites filii Anastasii; et 15
ipsi si pręsumpserint, componant huic monasterio argenti libras .x. [5]. item, Iohannes prępsbyter filius Aifredi concessit huic monasterio quartam partem de ęcclesia Sancti Martini in pertinentia castelli de Ponticello ad collem Aimonis [6]. item, Rainerius Guidonis de Ardemanno, et Iohannes de Guidone, et 20
Iohannes filius Paulonis concesserunt in hoc monasterio et domno Berardo abbati portiones suas de territorio quod dicitur Arci cum casalibus suis, idest casales Iohannis de Nazano ubi est castellum quod dicitur Arci, casales de Petro pręsbytero, casales de Iohanne Pagano, casales de Pane Caldo, casales de Stilluto, ca- 25
sales de Crescentio Stilluto, casales de Crescentio de Martino, casales de Theoderico, casales de Iohanne Anastasię, casales de Lupo Pazo, casales de Carincio, casales de Iohanne Feltrano, casales de Bucca Lupo, casales de Iobo; et hi omnes conclauduntur inter fines istos: a latere primo Currense, a secundo vero latere 30
c. 287 B rivus Rapinianus [7]. item, Rainerius filius Ottonis || concessit

23-29. casales] *Così nel testo.*

(1) An. 1059; *R. F.* doc. 896.
(2) An. 1059; *R. F.* doc. 897.
(3) An. 1059; *R. F.* doc. 898.
(4) An. 1059; *R. F.* doc. 900.
(5) An. 1059; *R. F.* doc. 901.
(6) An. 1059; *R. F.* doc. 902.
(7) An. 1059; *R. F.* doc. 903.

res suas et sortem de podio Arci inter fluvium Currensem et Carbulanum: a primo latere tota ipsa cripta de casale de Iohanne Fera, venientes in Aquam Vivam, et in fluvium Currensem, a secundo latere fluvius Currensis, a tertio latere rivulus Carbu-
5 lanus, a quarto latere fluvius Sabinensis, et de ęcclesia Sancti Petri in Albiano, et de aliis ęcclesiis sub se usque ubi coniungitur Carbulanus cum Currense (1). item, Theodora relicta Crescentii de Octaviano cum Iohanne Cencio et Guidone filiis suis concessit huic monasterio et domno Berardo abbati totum castellum Arci
10 cum octo casalibus, idest casalis Iohannis de Nazano, casalis Iohannis de Rodulfo, casalis Crassi, casalis Lucii, casalis Iohannis de Stepho, casalis de Paracaseo, casalis Crescentii Martino, casalis Gattini secus rivum; et refutaverunt quicquid eis pertinebat de castello Tribuco cum rocca sua; pro quibus receperunt prętium
15 denariorum suptilium papiensium argenti librarum .cxxxvi. (2).

Crescentius igitur Octaviani filius invasit castellum huius monasterii quod nominatur Tribucum, et monacho ibi invento nares abstulit. et donec vixit in ipsa violentia permansit, et filios suos in ea contumacia reliquit, ab introitu domni Leonis papę usque
20 ad introitum domni Nycolai papę. inter ea prędictus domnus abbas quendam locum vocatum Arci, ad castrum ibi ędificandum, iuste et legaliter acquisivit, propter quod prędfati viri magna dolositate succensi ęquitare armata manu ceperunt super omnia bona Sanctę Marię, incendere ęcclesias et villas, arbores et vineas
25 incidere, homines occidere, et domno abbati insidias prępararе.

12. Stepho *anche nel Regesto.* *Nel Regesto* Crescentii de Martino

(1) An. 1059; *R. F.* doc. 904.

(2) An. 1061; *R. F.* doc. 905. Intorno a questo documento e al seguente 906 cf. Ficker, *Forschungen zur Reichs und Rechtsgeschichte Italiens*, IV, 91 e Jaffé-Löwenfeld, *Regesta pontificum*, nn. 4430 e 4434. Nel luglio dell'anno 1060, Nicolò II si recò al monastero di Farfa e consacrò i principali altari della sua chiesa. In quella occasione il pontefice percosse d'anatema gli invasori ed usurpatori dei beni del monastero, e confermò i privilegi pei quali il monastero stesso era posto sotto la protezione imperiale ed immune dalla diretta autorità pontificia. Alquanto più tardi Nicolò II inviò come suoi legati a Farfa il cardinale Umberto di Selva Candida, Pietro vescovo di Gubbio, e Agilardo vescovo e abbate di S. Paolo che rinnovarono le scomuniche contro gl'invasori dei privilegi e diritti della badia. Cf. anche Muratori, *Antiq. Ital. medii aevi*, V, 1039.

quem cum persequerentur, quendam monachum comprehenderunt, c. 288 A cęcaverunt, | nares, linguam et auriculas absciderunt. quam infestationem et molestiam domnus abbas per suum nuntium intimavit domno papę qui tunc erat Florentię. qui cum Romam reversus esset, misit ad eos suos legatos ut domno abbati legem facerent, et venientes ante papam indutias petierunt, ut super hoc consiliarentur, et datę sunt indutię dierum .x. iterum indutias acceperunt dierum .xx. tunc obligavit se Iohannes de Crescentio domno papę, ut si in isto termino abbati legem non faceret, .ccc. libras argenti componeret. ad quem terminum venire noluit. post multos vero dies advocatus domni abbatis stans ante pręsentiam pręfati pontificis et episcoporum et iudicum, cepit cuncta referre mala superius scripta, vel a Crescentione et filiis eius, contra hoc monasterium perpetrata. his auditis domnus papa consilium a iudicibus quęsivit. qui omnes simul ostenderunt hoc capitulum Codicis Iustiniani dicentis: «Eius qui per «contumaciam absens, cum ad agendam causam vocatus esset «condempnatus, negotio prius summatim perscrutato, appellatio re«cipi non potest». et legaliter consilium dederunt domno papę, ut faceret investituram domno abbati de his quę hoc monasterium detinebat, et ex quibus filii Crescentionis molestias inferebant, ut secure omni tempore possideret. et quia perpetrati fuerant sacrilegia, homicidia, incendia, divastationes, haberent potestatem iudicandi quoquo modo possent. et si ipsi vel heredes eorum de prędictis castris et rebus prędlitigare voluerint, aut molestias inferre, .c. libras auri optimi componerent, medietatem Lateranensi palatio et medietatem huic monasterio. quod et prędictus c. 288 B || domnus Nicolaus pontifex fecit (1).

25. *Nel testo del Chronicon* prędlitigare *e nel documento del Regesto* amplius litigare

(1) An. 1060; *R. F.* doc. 906. Mi pare opportuno riferire per intero qui in nota questo documento.

In nomine Domini. anno .II. domini Nycolai secundi papę, indictione .XIII., mense aprilis, die .XXVIII. inter omnia quę huius mundi sunt gesta vel gerenda, nichil melius nichilque honestius quam Ecclesię Dei subvenire in his quę ei necessaria sunt, et iustis petitionibus legale impertire suffragium. Crescentius igitur Octaviani filius invasit quoddam castellum ęcclesię Sanctę Marię quę dicitur in Pharpha quod nominatur Trebucum, et monacho ibi invento nares abstulit ad iniuriam servitorum eiusdem monasterii. qui dum vixit prędictum castrum violenter detinuit et in ipsa violentia filios suos tenere dimisit. qui con-

Item, Iohannes prȩsbyter filius Guicconis concessit in hoc monasterio ȩcclesiam Sancti Petri in fundo Collis, et portionem suam de ȩcclesia Sancti Quirici in fundo Petriolo, et aliam ȩc-

1. *Le carte 288 B, a cominciare da* Item, Iohannes, *e 289 A sembrano scritte dal monaco Todino.*

tumaciter persistentes, ab introitu domni Leonis papȩ qui eos appellavit ut legem abbati Pharphensi facerent, usque ad introitum domni Nycolai papȩ cui Pharphensis abbas reclamavit et legem ab eis minime habere potuit. super hȩc omnia prȩdictus abbas acquisivit locum in quo olim ȩdificatum fuerat castrum, et nomen loci dicitur Arce. in quo loco, dum acquisisset illum ab hȩredibus Guidonis Ardimanni, quibus iuste pertinebat per successionem parentum suorum et confirmationem Ottonis imperatoris, cȩpit ȩdificare castrum. qui nullam requirentes iustitiam neque expectantes, neque aliquam domino papȩ reclamationem facientes, ȩquitare armata manu cȩperunt super omnia bona Sanctȩ Mariȩ, incendio concremare ȩcclesias, villas, arbores et vineas incidere, homines occidere, et, quod peius est, abbati insidias prȩparantes, persecuti sunt; et in ipsa persecutione quendam monachum comprehenderunt, sanum atque incolumem, quem ante prȩsentiam eorum ductum cȩcaverunt, nares absciderunt, linguam videlicet et auriculas. cum autem hȩc omnia agerentur, et abbas tantam non posset ferre molestiam, direxit nuntium suum domino papȩ, qui tunc erat Florentiȩ, pro hac causa. qui misit ter prȩfecto per ȩpistolas ut mitteret eis ex sua parte, ut nullam servitoribus Sanctȩ Mariȩ inferrent molestiam, quia si adversus abbatem aliquid haberent, post reversionem suam exinde eis legem facerent. quod et factum est. qui non solum iussis papȩ non paruerunt, sed etiam postmodum in bonis Sanctȩ Mariȩ suisque servitoribus peiora ac plura inire cȩperunt. post hȩc domino papa revertente, misit ad eos Sinebaldum comitem et Farulfum Dentutum fidelem eorum, ut octavo die postquam ipse reverteretur, Romam venirent et abbati legem facerent. ad quem terminum abbas et Iohannes de Crescentio venientes, ante prȩsentiam domini papȩ steterunt, et ore suo dominus papa eum appellavit, ut legem abbati faceret. qui dicens se de hac causa consiliatum non esse, proinde si domino papȩ placeret, alium sibi certum terminum daret. qui petitioni suȩ annuit et dedit ei terminum decem dierum. ad quem utrique venerunt. sed prȩdictus Iohannes priori modo cȩpit alias domino papȩ querere indutias. cui iudices resistentes, hoc iustum non esse dixerunt, quia prȩsentibus reis non licet quin respondere non debeant. set tamen prȩcatu multorum similiter abbas dedit ei indutias usque ad .xx^{mum}. diem. et apprehensa virga in manu obligavit se domino papȩ ut si ad illum diem non veniret terminum et abbati legem non faceret, .ccc. libras denariorum argenti componeret. ad quem terminum in sua persistens contumacia venire noluit. post multos vero dies stans abbas ante prȩsentiam prȩfati pontificis et ȩpiscoporum, prȩfecti scilicet et iudicum subscribendorum, cȩpit Comes advocatus abbatis Sanctȩ Mariȩ cuncta referre quȩ superius scripta sunt, vel a Crescentione et filiis eius gestȩ et quomodo tanta mala ab eis ȩcclesiȩ Sanctȩ Mariȩ essent perpetrata, ut si exinde legem dominus papa faceret, vita una cum bonis deberent publicari. hoc audito dominus papa quȩsivit consilium a iudicibus, quid super hac re fieri deberet. qui omnes consona voce dixerunt capitulum libri Codicis Iustiniani ita dicentis: « Eius qui per contumaciam absens, cum ad « agendam causam vocatus esset condemnatus, « negotio prius summatim perscrutato, appel« latio recipi non potest ». et hoc dicentes legaliter consilium dederunt domino papȩ ut faceret investituram abbati de his quȩ abbas cum servitoribus Sanctȩ Mariȩ detinebat, et de quibus eis a filiis Crescentionis molestiȩ fuerant illatȩ, ut secure ac quiete omni tempore detinerent servitores prȩdicti monasterii. et quia perpetrati fuerant sacrilegia, homicidia, incendia, devastationes, haberent potestatem vindicandi quoquo modo possent, eo quidem tenore, ut si ipsi aut hȩredes eorum ȩcclesiȩ prȩdictȩ suisque servitoribus de prȩdictis castris vel ex omnibus rebus aliis amplius litigare voluerint vel molestiam inferre, .c. libras auri optimi componerent, quarum medietas intro sacro Lateranensi deveniat palatio, altera vero medietas ȩcclesiȩ Sanctȩ Mariȩ suisque servitoribus competat. quod et prȩdictus pontifex fecit. deinde prȩcepit hoc ȩremodicium una cum prȩfecto et iudicibus fieri pro victoriali memoria et secundum tenorem legis dicentis: « Acta quȩ sunt translata « in publicis monumentis perpetuam volumus « habere firmitatem. nec etiam morte cogni« toris perire publica fides ». quod iussum est michi Alexio scriniario scribere a prȩfato pontifice, et Iohanne divina gratia prȩfecto, scilicet et iudicibus, in mense et indictione suprascripta .xiii. cui domnus papa post tres dies misit Saxonem iudicem cum litteris bulla sua impressis, ut veniret et legem prȩ-

clesiam Sancti Angeli in fundo Collis ad Menefolgetum, et casam in castello Sancti Gemini, et terras et vineas atque silvas modiorum .XXIII. et eo amplius, cum portione ęcclesię Sancti Angeli, et medietatem ęcclesię Sancti Quirici, et suprascriptam ęcclesiam Sancti Petri in fundo Casamurata [1]. item, Caritia abbatissa et 5 Beliarda germanę sorores filię Adelberti dederunt in hoc monasterio et domno Berardo abbati ęcclesiam Sancti Salvatoris in fundo Portelle et vocabulo Cantalupo cum omnibus rebus suis in fundo Nuce, et in fundo Cellę, et in fundo Meleteiano, et in fundo Venetiano, et in fundo Oliano, et in fundo Sclariano, et 10 in fundo Planomaio, et in fundo Ornetulo, et in fundo Clusa Lunta, et in fundo Prato, et in fundo Sorecciano, et portionem de ęcclesia Sancti Stephani in loco Celle infra ministerium de

9. *Nel Regesto* Moleteiano

dicto abbati faceret. qui ut priori modo in sua persistens contumacia, venire rennuit. + ego Nycolaus sanctę Romanę Ecclesię decernens conscripsi et subscripsi. + ego Dominicus Gradensis patriarcha interfui, laudavi et subscripsi. + ego Heldibrandus sanctę Romanę Ecclesię licet indignus archidiaconus subscripsi. + ego Bonifatius Albanensis dictus ępiscopus subscripsi. ego Petrus Gabinensis (*) ępiscopus subscripsi. + ego Humbertus dictus ępiscopus sanctę ęcclesię Silvę Candidę interfui, cognovi et subscripsi. ego Stephanus sanctę Romanę Ecclesię cardinalis pręsbiter tituli Sancti Grisogoni subscripsi. + ego Gaudentius sanctę Romane Ecclesię cardinalis pręsbyter subscripsi. + ego Bernardus sanctę Romanę Ecclesię subdiaconus subscripsi. + ego Dodo Rosellanus licet indignus ępiscopus interfui et subscripsi. + Iohannes Domini gratia Romanorum pręfectus. + ego Saxo Domini gratia secundicerius sanctę apostolicę Sedis interfui. + ego Petrus Domini gratia primus defensor interfui sanctę apostolicę Sedis. + ego Crescentius Domini gratia arcarius sanctę apostolicę Sedis interfui. + ego Petrus Domini gratia saccellarius sanctę apostolicę Sedis interfui et confirmo. + ego Iohannes Dei gratia sanctę apostolicę Sedis proto (*) interfui et confirmo. + Gregorius Domini gratia dativus iudex confirmo. + ego Georgius Domini gratia dativus iudex iudicavi iudicatumque confirmo. + Cencius de pręfecto. + Leo de Benedicto Christiano subscripsi. + Albertus de Otto Curso. + Iohannes Braciuto subscripsi. + Conte de Iohanne Guidone. + Bertramo frater eius. + Benedictus de Episcopo. + Cencius Fraiapane subscripsi. + Petrus de Beno de Maroza. + Berardus de Rainerio de Curte. + Iohannes de Balduino subscripsi. + Leo de Azo. + Petrus de Alberico. + Octavianus filius Alberici. + Gregorius filius Gregorii. + Bernardus de Torena subscripsi. + Iohannes de Tusculana subscripsi. + Ratterius adulterinus subscripsi. + Genzo de Siginulfo subscripsi. + Monticellus subscripsi. + Piro de Hermerado subscripsi. + Iohannes de Faida subscripsi. + Durantus de Iohanne de Atria subscripsi. + Petrus de Anastasia subscripsi. + Iohannes de Petro Vitioso subscripsi. + Berardus filius Iohannis de Berardo subscripsi. + Iohanne de Stefano Rifice subscripsi. + Baroncellus gener de Maiza subscripsi. + Petrus Obledanus subscripsi. + Gutitimannus subscripsi. + Conte Tegrimus de Tuscana subscripsi. + Guido neptus eius snbscripsi. + Sarracenus de Sancto Eustathio subscripsi. + Gregorius de Franco de Sancto Eustathio subscripsi. + Bonofilius lanista subscripsi. + ego Alexius scriniarius sanctę Romanę Ecclesię complevi et absolvi.

(*) Intorno a questo « Petrus Gabinensis » cf. GALLETTI, *Gabio*, pp. 37 e 154. Il Galletti respinge l' ipotesi proposta da altri che possa trattarsi di un « Petrus Eugubinus » e la lettura chiara del testo sembra dargli piena ragione. Vuolsi però notare che il vescovo « Petrus Eugubinus » fu, con Umberto di Selva Candida e Agilardo abbate di S. Paolo, legato di Nicolò II a Farfa.

(1) An. 1059; *R. F.* doc. 908.

(*) Così nel testo.

Nuce, et curtem de Lumitiano in fundo Lumiriano, et in fundo Asiniano, et in fundo Sala, et in fundo Tremane, et in fundo Solemniano, et in fundo Metetiano, et in fundo Poppleto, et in fundo Pratellę, et per alias casalias, et portionem de ęcclesia San-
5 ctę Marię in Solemniano, et portionem de ęcclesia Sanctę Marię in Asiniano infra ministerium de Ulmo, et curtem Sancti Silvestri in fundo Monte Alperti cum portione ipsius castelli, et in fundo Alviano, et in fundo Mantatiano, et in fondo Toreliano infra ministerium ‖ de Clenti, et curtem de Paniolo infra comi- c. 289 A
10 tatum Ausimum cum terris modiorum .L. (1). item, Bernardus episcopus Asculanus fecit convenientiam cum abbate Berardo de terris quas Longinus filius Aczonis dedit in hoc monasterio, ut decima terrarum quas manuales laborant ad suas manus, et servi et libertini et coloni et incartulati, permaneat in hoc monasterio.
15 de aliis vero terris ex quibus antea contempserunt dare ad prędictum ępiscopum, medietatem habeat ępiscopatus et medietatem hoc monasterium. pręsbyteri quoque omnes capellanii de castellis filiorum Longini non reclinent caput ad ipsum ępiscopum, neque ad synodum, neque ad ullam causam, nisi forsitan per bonam
20 voluntatem domni abbatis, aut ipsi sua sponte. reliqui omnes pręsbyteri pergant ad synodum ępiscopi sicut lex pręcipit. decimam vero quam inter se dividunt, neuter eorum alienent in ullam personam, neque per scriptum, neque per beneficium. et de eo qui contempserit decimam, adiuvent se per rectam fidem (2).
25 item, Iohannes pręsbyter et Sergia germani et filii France concesserunt in hoc monasterio res suas in territorio Sabinensi ad Bilianum et ad Caminatam modiorum undecim (3). item, Dominicus pręsbyter filius Benedicti et Iohannes filius Dodonis concesserunt in hoc monasterio res suas comitatus Reatini ad Ala-
30 trum et in curte Grecię modiorum .v. (4). item, Boniza quę vocatur Maximila concessit in hoc monasterio per cartulam venditionis res in territorio Sabinensi ubi dicitur Verrucule ad prętium

10. Ausimum] *Così nel testo.* · 22. alienent *nel Regesto, ma nel Chronicon* alinent

(1) An. 1046? 1049? *R. F.* doc. 909.
(2) Senza data; *R. F.* doc. 910.
(3) An. 1049; *R. F.* doc. 911.
(4) An. 1049; *R. F.* doc. 912.

argenti librarum trium [1]. item, Dato filius Rainerii et Crescentius filius eius et Iohannes filius Hugolini fecerunt obligationem c. 289 B de podio Burdella quod per scriptum tenebant ab | hoc monasterio [2]. item, Benedictus prȩsbyter filius Nectonis concessit in hoc monasterio res territorii Sabinensis in Pontiano [3]. item, 5 Elperinus et Aczolinus germani fratres filii Sifredi concesserunt in hoc monasterio res territorii Sabinensis in Puzalia, ad fossam de Maceri, modiorum duodecim [4]. item, Albericus filius Gualabruni concessit in hoc monasterio sortem suam de duobus castellis Terraniano et Limisano, et res in Ruiano et Tricase, et 10 clausuram in Aguzano, et in Molge, et in casale Prodonis, et in casale Limisano, et unum hortum ibidem, et res in Valle Cupula [5]. item, idem ipse refutavit in hoc monasterio sortem suam de casale Sacerdote, et in Castellione, et Cesarano, et quinque casales in Aguzano, et tertiam partem de ȩcclesia Sancti Nicolai, 15 et clausuram Iohannis de Sico, et de portu Cerri medietatem, et de gualdo medietatem, et de silva tertiam partem [6]. item, Berardus comes filius Berardi comitis concessit in hoc monasterio ȩcclesiam Sanctȩ Trinitatis in Avezano, et .c. modia terrȩ iuxta Fucinum, et vineam modiorum trium [7]. item, Franco filius Cre- 20 scentii refutavit in hoc monasterio res territorii Sabinensis in pertinentia de Musiniano ubi dicitur Collis Ferrarii, et in Nocla, et in pertinentia de Tribuco [8]. item, Leutherius filius Leutherii vendidit huic monasterio et domno B[erardo] abbati res territorii Sabinensis, et castellum Terranianum cum ecclesia Sancti An- 25 drey, et res in Ruiano, et Tricasi, quarum rerum fines sunt: a capite via publica de Cruce Sanctȩ Antiȩ usque in limitem, et in rivum et in rigagine, et in Calentinum, a quarto latere rivus qui descendit inter Ortisanum et Terranianum usque in rivum Tor- c. 290 A tum et in Calentinum. item, fines aliarum rerum ibidem: | a 30

3. *Nel testo* tenebat *Dalla c. 289 B alla 292 B cessa la scrittura del monaco Todino e torna la mano precedente.*

(1) An. 1060; *R. F.* doc. 913.
(2) An. 1061? *R. F.* doc. 914.
(3) An. 1062; *R. F.* doc. 915.
(4) An. 1061? 1062? *R. F.* doc. 916.
(5) An. 1061; *R. F.* doc. 917.
(6) An. 1061? *R. F.* doc. 918.
(7) An. 1061; *R. F.* doc. 919.
(8) An. 1051; *R. F.* doc. 920.

capite via iuxta Sanctum Cesarium, veniens in puteum de Gabiniano, et in rigaginem, et in rivum Mercoris, et rivum Scarnatoris, et in Calentinum, deinde via per Colliclum ad Sanctum Cesarium; pro quibus omnibus rebus cum castello recepit prȩtium
5 argenti librarum .xxxii. et per omnem libram habentes solidos .xx.(1). item, Abbo filius Teuzonis promisit in hoc monasterio per obligationem portionem suam de castello Terraniano (2). item, Tebaldus et Iohannes filii Cononis concesserunt in hoc monasterio ȩcclesiam Sanctȩ Ceciliȩ cum terra laboratoria territorii Sabinensis
10 ad Cerritum Malum modiorum decem et septem. in casale de Montanariis modia .xii. in Macle modia v. (3). item, Sigenolfus comes filius Berardi comitis territorii Carsulani concessit in hoc monasterio ȩcclesiam Sancti Vincentii (4). item, Oddo filius Iohannis Oddonis, committens se sub patrocinio tuitionis
15 domni abbatis B[erardi], concessit in hoc monasterio ȩcclesiam Sancti Cesarii et Sancti Benedicti in comitatu Tiburtino (5). item, Benedictus Prodȩ concessit in hoc monasterio res foris Pontem Fractum modii .i., et in Campo Mori, et in Aqua Viva modia .viiii. (6). item, Senebaldus comes refutavit in hoc mona-
20 sterio et investivit totum castellum de Terraniano cum omni pertinentia, obligans se pena auri optimi librarum .x. (7). item, Dato filius Rainerii concessit in hoc monasterio res suas intro castellum Terranianum (8). item, Tedemarius filius Tedemarii refutavit in hoc monasterio sortem suam de castello Salisano, et
25 casalem quem tenebat Iohannes de Ferrario (9). item, Rusticus filius Crescentii de Octaviano refutavit in hoc monasterio totum castellum Arci, quod domnus abbas Berardus construxit, sicut olim prȩdictus Crescentius cum fratre suo Oddone divisit, cum ‖ octo casalibus, idest casalis Iohannis de Nazano, casalis Iohannis de
30 Rodolfo, casalis Crassi, casalis Luni, casalis Iohannis de Stepho,

c. 290 B

14. tuitionis] *Così rettamente nel Regesto, ma nel Chronicon* studitionis 30. Luni *nel testo, ma a p. 143, r. 11,* Lucii Stepho *anche nel Regesto.*

(1) An. 1061; *R. F.* doc. 922.
(2) An. 1062; *R. F.* doc. 923.
(3) An. 1062; *R. F.* doc. 924.
(4) An. 1062; *R. F.* doc. 925.
(5) An. 1062; *R. F.* doc. 926.
(6) An. 1062; *R. F.* doc. 927.
(7) An. 1062; *R. F.* doc. 928.
(8) An. 1062; *R. F.* doc. 929.
(9) An. 1062; *R. F.* doc. 930.

argenti librarum trium (1). item, Dato filius Rainerii et Crescentius filius eius et Iohannes filius Hugolini fecerunt obligationem
c. 289 B de podio Burdella quod per scriptum tenebant ab ‖ hoc monasterio (2). item, Benedictus presbyter filius Nectonis concessit in hoc monasterio res territorii Sabinensis in Pontiano (3). item, 5
Elperinus et Aczolinus germani fratres filii Sifredi concesserunt in hoc monasterio res territorii Sabinensis in Puzalia, ad fossam de Maceri, modiorum duodecim (4). item, Albericus filius Gualabruni concessit in hoc monasterio sortem suam de duobus castellis Terraniano et Limisano, et res in Ruiano et Tricase, et 10
clausuram in Aguzano, et in Molge, et in casale Prodonis, et in casale Limisano, et unum hortum ibidem, et res in Valle Cupula (5). item, idem ipse refutavit in hoc monasterio sortem suam de casale Sacerdote, et in Castellione, et Cesarano, et quinque casales in Aguzano, et tertiam partem de ęcclesia Sancti Nicolai, 15
et clausuram Iohannis de Sico, et de portu Cerri medietatem, et de gualdo medietatem, et de silva tertiam partem (6). item, Berardus comes filius Berardi comitis concessit in hoc monasterio ęcclesiam Sanctę Trinitatis in Avezano, et .c. modia terrę iuxta Fucinum, et vineam modiorum trium (7). item, Franco filius Cre- 20
scentii refutavit in hoc monasterio res territorii Sabinensis in pertinentia de Musiniano ubi dicitur Collis Ferrarii, et in Nocla, et in pertinentia de Tribuco (8). item, Leutherius filius Leutherii vendidit huic monasterio et domno B[erardo] abbati res territorii Sabinensis, et castellum Terranianum cum ecclesia Sancti An- 25
dreę, et res in Ruiano, et Tricasi, quarum rerum fines sunt: a capite via publica de Cruce Sanctę Antię usque in limitem, et in rivum et in rigagine, et in Calentinum, a quarto latere rivus qui descendit inter Ortisanum et Terranianum usque in rivum Tor-
c. 290 A tum et in Calentinum. item, fines aliarum rerum ibidem: ‖ a 30

3. *Nel testo* tenebat *Dalla c. 289 B alla 292 B cessa la scrittura del monaco Todino e torna la mano precedente.*

(1) An. 1060; *R. F.* doc. 913.
(2) An. 1061? *R. F.* doc. 914.
(3) An. 1062; *R. F.* doc. 915.
(4) An. 1061? 1062? *R. F.* doc. 916.
(5) An. 1061; *R. F.* doc. 917.
(6) An. 1061? *R. F.* doc. 918.
(7) An. 1061; *R. F.* doc. 919.
(8) An. 1051; *R. F.* doc. 920.

capite via iuxta Sanctum Cesarium, veniens in puteum de Gabiniano, et in rigaginem, et in rivum Mercoris, et rivum Scarnatoris, et in Calentinum, deinde via per Colliclum ad Sanctum Cesarium; pro quibus omnibus rebus cum castello recepit prętium
5 argenti librarum .xxxii. et per omnem libram habentes solidos .xx.(1). item, Abbo filius Teuzonis promisit in hoc monasterio per obligationem portionem suam de castello Terraniano (2). item, Tebaldus et Iohannes filii Cononis concesserunt in hoc monasterio ęcclesiam Sanctę Cecilię cum terra laboratoria territorii Sabinensis
10 ad Cerritum Malum modiorum decem et septem. in casale de Montanariis modia .xii. in Macle modia v. (3). item, Sigenolfus comes filius Berardi comitis territorii Carsulani concessit in hoc monasterio ęcclesiam Sancti Vincentii (4). item, Oddo filius Iohannis Oddonis, committens se sub patrocinio tuitionis
15 domni abbatis B[erardi], concessit in hoc monasterio ęcclesiam Sancti Cesarii et Sancti Benedicti in comitatu Tiburtino (5). item, Benedictus Prodę concessit in hoc monasterio res foris Pontem Fractum modii .i., et in Campo Mori, et in Aqua Viva modia .viiii. (6). item, Senebaldus comes refutavit in hoc mona-
20 sterio et investivit totum castellum de Terraniano cum omni pertinentia, obligans se pena auri optimi librarum .x. (7). item, Dato filius Rainerii concessit in hoc monasterio res suas intro castellum Terranianum (8). item, Tedemarius filius Tedemarii refutavit in hoc monasterio sortem suam de castello Salisano, et
25 casalem quem tenebat Iohannes de Ferrario (9). item, Rusticus filius Crescentii de Octaviano refutavit in hoc monasterio totum castellum Arci, quod domnus abbas Berardus construxit, sicut olim prędictus Crescentius cum fratre suo Oddone divisit, cum ‖ octo casalibus, idest casalis Iohannis de Nazano, casalis Iohannis de
30 Rodolfo, casalis Crassi, casalis Luni, casalis Iohannis de Stepho,

c. 290 B

14. tuitionis] *Così rettamente nel Regesto, ma nel Chronicon* studitionis 30. Luni *nel testo, ma a p. 143, r. 11,* Lucii Stepho *anche nel Regesto.*

(1) An. 1061; *R. F.* doc. 922.
(2) An. 1062; *R. F.* doc. 923.
(3) An. 1062; *R. F.* doc. 924.
(4) An. 1062; *R. F.* doc. 925.
(5) An. 1062; *R. F.* doc. 926.
(6) An. 1062; *R. F.* doc. 927.
(7) An. 1062; *R. F.* doc. 928.
(8) An. 1062; *R. F.* doc. 929.
(9) An. 1062; *R. F.* doc. 930.

casalis de Paracaseo, casalis Crescii de Martino, casalis Gattini secus rivum, et refutavit quicquid ei pertinuit de castello Tribuco, et confirmavit breve victoriale quod domnus Nycolaus papa exhinde fieri pręcepit; pro quorum refutatione castellorum recepit idem Rusticus una cum genitrice sua et fratribus suis papiensium denariorum suptilium libras .CL., sub obligatione penę auri optimi librarum triginta (1). item, idem ipse Rusticus refutavit in hoc monasterio quasdam res territorii Sabinensis inter fluvium Currensem et Carbulanum, idest: a primo latere pertinentia Nerulę, et Fons Marmorea, vadens in fluvium Currensem et veniens in furcam Iohannis de Nazano, et in rivulum Rapinianum, et in casalem Iohannis Tiniosi, et in Carbulanum, et revertens in pertinentia Nerulę et in Fonte Marmorea. pro quibus rebus recepit prętium valens libras .C., sub obligatione penę argenti optimi librarum .CL. (2). item, Boninus filius Senioricti et Petrus filius Gregorii concesserunt in hoc monasterio res suas territorii Sabinensis in Ponticello de casale quem tenuit Seniorictus Pazus sextam partem (3). item, Gregorius filius Rodulfi concessit in hoc monasterio res suas territorii Sabinensis ubi dicitur Antiquus, ut permaneant in ęcclesia Sancti Angeli de Tancia (4). item, Stephanus, Rodulfus et Petrus filii Iohannis concesserunt in hoc monasterio et in prędicta ęcclesia Sancti Angeli res suas in eodem vocabulo Antiquo (5). item, Bezo filius Bernardi et Iohannes filius Guinisii et Dodo filius Iohannis ‖ concesserunt in hoc monasterio ęcclesiam Beati Laurentii in territorio Balbensi in pertinentia castelli Bephi (6). item, Nycolaus pręsbyter et Corbo et Bruno filii Sabini concesserunt in hoc monasterio res suas territorii Sabinensis in Laniano (7). item, Guinezo filius Berardi concessit in hoc monasterio ęcclesiam Sancti Angeli territorii Reatini in Capistrello, et medietatem unius molę (8). item, Benedictus filius Beraldi concessit res suas territorii Sabinensis in Caminata (9). item,

c. 291 A

1. Crescii *nel testo, ma a p. 143, r. 12,* Crescentii 3. exhinde] *Così nel testo.*

(1) An. 1062; *R. F.* doc. 931. V. sopra a pp. 143-44 di questo volume.
(2) An. 1062; *R. F.* doc. 932.
(3) An. 1062; *R. F.* doc. 933.
(4) An. 1063; *R. F.* doc. 934.
(5) An. 1063; *R. F.* doc. 935.
(6) An. 1062? 1064? *R. F.* doc. 936.
(7) An. 1063; *R. F.* doc. 937.
(8) An. 1062? 1065? *R. F.* doc. 938.
(9) An. 1063; *R. F.* doc. 939.

Iohannes et Petrus filii Odonis et Doda mater eorum refutaverunt in hoc monasterio et domno Berardo abbati ęcclesiam Sancti Nicolai in pertinentia castelli de Maccla (1). item, Franco filius Sabini concessit omnes res suas in pertinentia de Catino (2).
5 item, Iohannes filius Ebbonis et Berta iugalis concesserunt in hoc monasterio res suas intus vel extra civitatem Tiburtinam, idest quartam portionem de una mola, et unam criptam, et sortem de orto et de clausura in Limara supra pontem Lucanum, et de terris et silvis in Cesarano, et in Fussi, et medietatem terrę in Africano,
10 et sortem de vinea ibidem, et in castello Flacci, et medium pratum in campo Limite (3). item, Petrus filius Longizonis et Rainerius filius Azonis concesserunt res suas territorii Sabinensis in monte de Catino, sicut prefatus Azo tenuit, cuius isti fuerunt fideicommissarii (4). item, Helperinus filius Iohannis concessit in hoc
15 monasterio et domno Berardo abbati et Iohanni pręposito casalem unum comitatus Tiburtini ad Lacum (5). item, Iohannes filius Franconis concessit in hoc monasterio res suas in Lacu comitatus Tiburtini in casale Franzellioni modii dimidium (6). ‖ item, Rainaldus comes concessit in hoc monasterio ęcclesiam Sancti Sil- c. 291 B
20 vestri in territorio de Perito cum .c. modiis de terra ad virgam publicam circa eam, et in campo Catino ęcclesiam Sancti Salvatoris, et Sanctę Marię, et ęcclesiam Sancti Mari, quarum fines sunt: usque Roccam quam exceptamus, revertentes per rivum usque aquam de Campo Longo, deinde Macla Rotunda, et revertentes per medieta-
25 tem campi Catini ad finem Roccę (7). item, Massarus et Boninus filii Teutonis, et Teuto et Transmundus filii Gisonis, et Atto et Elperinus et Azolinus concesserunt in hoc monasterio et domno B[erardo] abbati ęcclesiam Sancti Thomę in Bivivaro (8). item, anno incarnationis Domini millesimo sexagesimo septimo,
30 mense maio, indictione .v., temporibus domni Alexandri secundi

6. *Nel testo* Tiburtina 11. Longi gizonis *nel testo, ma nel Regesto* Longizonis 19. Rainadus *nel testo, ma nel Regesto* Rainaldus 28. *Nel Regesto* Bivaro

(1) An. 1064; *R. F.* doc. 940.
(2) An. 1065; *R. F.* doc. 941.
(3) An. 1065; *R. F.* doc. 942.
(4) An 1065; *R. F.* doc. 943.
(5) An. 1062? 1065? *R. F.* doc. 944.
(6) An. 1062? 1065? *R. F.* doc. 945.
(7) An. 1066? 1067? *R. F.* doc. 946.
(8) An. 1066? 1067? *R. F.* doc. 947.

papę, quidam Dono filius Iohannis cum Rogata uxore sua[1] vendidit et tradidit in hoc monasterio et domno Berardo abbati res suas territorii Sabinensis, idest quintam partem castelli de Catino et eius pertinentię, cuius fines sunt: a primo latere rivus Calentinus, a secundo fluvius Tiberis, a tertio fluvius Farfa, et venientes 5 per rivum Bucciniani, et pergentes in Cisternam, a quarto latere, quod est a capite, via ipsius Cisterne venientes in rivum suptus castellum Fatuccli, et in rivum Tancię, et in Calentinum, qui est primum latus, et portionem de castello Luco, et portionem de rocca Furcelle, et portionem de podio Ciciliani, et portiones de 10 ęcclesiis infra eosdem fines, idest de ęcclesia Sancti Xisti, de ęcclesia Sancti Benedicti, de ęcclesia Sancti Pangratii, de ęcclesia Sancti Martini, de ęcclesia Sanctę Marię quę fuit Uberti iudicis, de ęcclesia Sanctę Lucię, de ęcclesia Sancti Stephani, | de ęcclesia Sancti Valentini, de ęcclesia Sanctorum Cosme et Damiani, et de 15 ęcclesia Sancti Eleutherii, et portiones de molinis rivuli Tancię, et Calentini, et portionem de datis in villa de Paterno, et de Rescaniano, et portiones de omnibus podiis quę infra suprascriptos fines fieri possunt, et portionem de rocca Tancię, et eius ęcclesię, cuius fines sunt: a primo latere rivus Tancię, a secundo 20 Vallis Gemina, a tertio Aquapendente, venientes in Sanctam Crucem, a quarto latere via eiusdem Sanctę Crucis usque in cacumina montis Cardonis, descendentes in rivum Fatuccli. pro quibus omnibus castellis, ęcclesiis et rebus suprascriptis recepit prętium argenti librarum .cc.[2]. item Benedictus filius Boni cum Cla- 25

c. 292 A

(1) Dono e Rogata furono i genitori di Gregorio di Catino. Avi di Gregorio furono Giovanni di Giovanni Bove e Susanna di Berlengerio.

(2) An. 1067; *R. F.* doc. 948. A questo documento Gregorio di Catino aggiunse nel *Regesto* la nota abbreviata dei documenti relativi ai possedimenti di Dono padre di Gregorio e di Giovanni di Giovanni Bove e Susanna di Berlengerio avi suoi, premettendo queste parole alla nota:

Item, incipiunt acquisita vel empta quę suprascriptus genitor meus Dono, sive pater illius Iohannes et mater Susanna, utrique avi mei, a quibuscumque acquisiverunt et iuste possederunt, super illa quę ex quinque eis partibus, una a suis consortibus iure evenit, totius pertinentię Catinensis castri, et reliquorum locorum variorumque vocabulorum, quę omnia ego frater Gregorius ultimus monachorum omnium illiusque filius et huius voluminis exarator fidelissimus variis cartulis fideliter collegi, veracique stilo transtuli, et huic utilissimo libro inserui penes cartulam suam suprascriptam beatę Marię effectam. in quibus et tempora et loca ac testes personasque vendentes, nec non et accepta prętia, sub brevitate addere curavi, etiam pęnas annexas et notariorum nomina.

riza uxore sua concesserunt in hoc monasterio et domno Berardo abbati res suas territorii Sabinensis, idest quintam partem de suprascripto castello Catino et eius pertinentię, et ceterorum castellorum, et podiorum, sive ęcclesiarum, omniumque rerum
5 sicut suprà scripsimus. pro quibus omnibus recepit prętium similiter argenti librarum .cc.(1).

Heinricus autem divina favente clementia quartus rex, precatu domni àbbatis Berardi, et optentu domni Adelberti Amaburgensis archiępiscopi, per sui paginas pręcepti hoc monasterium in priorem
10 statum regio moderamine reduxit, et reformavit edicto regali legibus et usibus antiquis, nullique hanc ęcclesiam nisi regię singulariter dicioni subiacere sanxit, et omnia bona illius mobilia et immobilia confirmavit, etiam nominative castrum de Arce, et castrum Terranianum, monasterium Sancti Benedicti in comitatu
15 Asisinato, cellam Sancti Mariani in Camerino, cellam Sancti Salvatoris in civitate Teramnana, cellam Sancti Clementis in comitatu Narniensi ‖ iuxta rivum Làgiam, ecclesiam Sanctę Marinę, et ęcclesiam Sanctę Iustinę, et ecclesiam Sancti Anestasii in Vaccaricia, ęcclesiam Sancti Nicolai in Maccla, ęcclesiam Sancti Ce-
20 sarii in Poli, cellam Sanctę Marię in Minione, cellam Sancti Angeli sub Ripa urbis Corneti, cellam Sancti Peregrini penes eandem urbem (2). item, Remedius et Teuzo filii Crescentii, et Iohannes filius Iohannis concesserunt in hoc monasterio res suas territorii Sabinensis in Biliano, et in Montio quod nominàtur Costa, ubi-
25 cumque podium ędificari oportuerit (3). item, Manàses filius Tebaldi et Tebaldus filius eius et Rachisus et Boninus filii Cononis concesserunt in hoc monasterio res suas in pertinentia Laci, excepto molino de Lophoniscis (4). item, Petrus de Pontio concessit in hoc monasterio res suas in pertinentia eiusdem Laci
30 super vineam Tebaldi de Maniseo (5). item, Guido pręsbyter,

c. 292 B

17. *Dalla c. 292 B alla c. 296 B la scrittura è somigliantissima a quella del monaco Todino ma non par che possa identificarsi con certezza.*

(1) An. 1067; *R. F.* doc. 975.

(2) An. 1065; *R. F.* doc. 976 e cf. anche I. Giorgi, *Il Regesto di Farfa e le altre opere di Gregorio di Catino* in *Arch. della Soc. rom. di storia patr.* II, 409.

(3) An. 1066; *R. F.* doc. 977.

(4) An. 1067; *R. F.* doc. 978.

(5) An. 1067; *R. F.* doc. 979.

et Leo de Iohanne, et Iohannes de Benedicto, et Iohannes de Petro concesserunt in hoc monasterio ęcclesiam Sancti Iohannis in comitatu Tiburtino, et pertinentia Laci (1). item, Adam iudex filius Deodati cum uxore sua Raimburga concesserunt in hoc monasterio res suas in ducatu Spoletano et castaldato Pontano 5 ubi dicitur Ocricclus. in colle Sancti Silvestri duas clausuras cum platea ipsius ęcclesię et quartam partem illius. in platea Sanctę Marię unam casam et de silva suam portionem. ad Strunconem clausuram cum vinea et terra sub Scopplo, et duas pezias vinearum super via, et ad aquam Palumbi casam et clausuram. 10 et de ęcclesia Sanctę Marię in Ocricclo partem duodecimam, et in Valle Cardaria, et in campo de Nursia, et ad Prata, et ad Caput Rotundum, et ad Casarinas, ‖ et ad Semones, et ad Valles, et ad Gurga, et in Valle Oteramisca, et in Sabelli .III. casas cum casamentis suis, unumquodque habens modia .III., et in Pratis 15 petias .III. et de ęcclesia Sancti Andreę quartam partem. et medietatem unius molini. in Sabelli modia .XXVI. de ęcclesia Sanctę Marię ad Sistum .XVIam. partem et duas casas cum casamentis suis, habentes modia .XXV. et de Pratu et ornamentis ipsius ęcclesię suam portionem. quarum omnium rerum inter 20 adunata et exadunata sunt modiola quatuorcenta. et in monte de Caballara, et in Saliora modia .VII. (2). item, Gaido filius Tebaldi refutavit in hoc monasterio quandam silvam in Coroliano (3). item, Tetaldus filius Hugonis concessit in hoc monasterio res suas territorii Sabinensis ubi dicitur Antiquus (4). item, Oderisius 25 comes filius Berardi comitis, et Berardus et Herbeus filii Teudoni comitis concesserunt et commutaverunt huic monasterio res suas territorii Reatini cum castello de Ręspastu, quarum fines sunt: a primo latere portus de Tabula vadens per vallem et recte veniens in campum de RuscIo, a secundo latere via quę vadit per 30 ipsum campum, a tertio latere Flexi et finis inter curtem Grecie

c. 293 A

9. pezias] *Così nel testo.* 21. adunata] *Nel testo* aduna 22. *Nel Regesto* Soliora 26. Teudoni] *Così nel testo.*

(1) An. 1067; *R. F.* doc. 980.
(2) An. 1067; *R. F.* doc. 981.
(3) An. 1066? 1067? *R. F.* doc. 982.
(4) An. 1067? 1069? *R. F.* doc. 983.

et Repasti, quomodo venit in Salecla et pergit in flumen, a quarto latere ipsum flumen veniens per medietatem Laci in supradictum portum de Tabula. pro quibus rebus et castello cum ęcclesia Sancti Andreę suprascripti viri receperunt ab hoc monasterio et
5 a domno B[erardo] abbate in commutationem castellum de Aqua Meza cum sua pertinentia, insuper prętium librarum .LX. (1). item, Helperinus filius Maginardi et Adelberga quę vocatur Guaza ‖ uxor eius, et Petrus et Siolfus filii Siolfi, et Aderada genitrix eorum concesserunt in hoc monasterio et domno B[e-
10 rardo] abbati res suas comitatus Asculani in territorio Summatino, idest castellum de Tregione, et castellum Vallis Lucide, et podium de Fagezone, et castellum de Ilica. que res sunt in Villa Frigida, et in Canniano, et in Cornello, et in Petra, et in Soppe, et in Marte, et in Bazano, et in Canaliccle, et in Villa
15 Magina, et in Pastina, et in Summati, et in Flagiano, et in Petroniano, et in loco qui dicitur Hilica, et per eorum nomina vel vocabula terras, vineas, querqueta et silvas per mensuram modiorum decem milium, et habent fines: a primo latere serra de Mollionico vadens per Perillum et veniens in lacum Overniva,
20 a secundo latere inde vadens in verticem montis qui vocatur Pictio de Sinu, a tertio latere Asenaricum, vadens per rivum de Spineta in Trontum, a quarto latere a Tronto vadit in flumen Pedis de Matrice, et in rivum Commusta, et revertitur in serra de Mollianico (2). item, Bernardus venerabilis episcopus Ascu-
25 lanus confirmavit in hoc monasterio omnes res quas infra territorium Asculanum vel Firmanum per cartas commutaverat cum domno abbate Berardo, idest monasterium Domini Salvatoris, et plebem Sancti Flaviani, et omnes ęcclesias quę sunt in subiacentiis huius monasterii, vel eius plebis, cum omni decimatione
30 quantacumque pertinet vel subiacet huic monasterio, vel supradictę plebi, et omnia mortuorum, et quicquid ei pertinebat per illarum parrochias et nomine de quibus consuetudo nobis fuit, et concilii, sic confirmavit ut ad partem huius monasterii sint sine ulla contrarietate. et confirmavit ad partem huius monasterii

c. 293 B

(1) An. 1068? 1069? *R. F.* doc. 984. (2) An. 1068; *R. F.* doc. 985.

c. 294 A promissiones et obligationes ‖ in territorio Montano in fundo Hiliça cum castello qui vocatur Guischetta, et omnia quantacumque ad ępiscopatum pertinent infra istos fines: ab ipsa aqua de Clarino pergentes in verticem montis, a pede flumen Trontu, ab alio latere terra filiorum Odemundi usque in verticem montis (1). 5 item, Berardus filius Pintonis concessit in hoc monasterio et vendidit res suas in castello de Pile, et de villa Sancti Xisti, pro quibus recepit in prętium merces valentes libras .xxx. (2). item, Bonushomo filius Arimanni, et Bonushomo et Arimannus et Dodo et Iohannes filii eius concesserunt in hoc monasterio 10 ęcclęsiam Sancti Angeli in Tufo territorii Carsulani (3). item, Grimaldus iudex filius Ribertonis cum Ota coniuge sua concessit in hoc monasterio res suas in comitatu Asisiensi et vocabulo Sansi, et ad Sanctum Christoforum, quę sunt tria casamenta (4). item, Rainerius comes filius Saxonis comitis de comitatu Civitatis 15 Castellanę cum Stephania uxore sua concessit in hoc monasterio ęcclesiam Sancti Laurentii in territorio Carcari, comitatu Centucellensi, iuxta mare magnum, in loco qui vocatur Heriflumen, qui vulgo dicitur Gerflumen (5). item, Girardus comes filius Girardi comitis concessit in hoc monasterio et domno Berardo 20 abbati ęcclesiam Sanctę Severe, et castellum iuxta ipsam ęcclesiam, et .xv. casalina in ipsa suprascripta civitatę, et medietatem de portu eius, et quintam partem de vineis et terris pertinentię et tenimenti eiusdem civitatis (6). item, Azo filius Honorie concessit in hoc monasterio res suas territorii Sabinensis in Sorbi- 25 liano, et Pantana, et Montopulo (7). item, Girardus filius Apę concessit in hoc monasterio res suas territorii Sabinensis ubi dicitur Conchę (8). item, Candolfus filius Petonis et Iohannes filius Petri concesserunt in hoc monasterio res suas in Puzalia c. 294 B Maiori (9). item, ‖ Letaldus filius Letonis concessit res suas du- 30 catus Spoletani in castaldatu Equano, et in rivo de Viti, et in

(1) An. 1069; *R. F.* doc. 986.
(2) An. 1069; *R. F.* doc. 987.
(3) An. 1069; *R. F.* doc. 988.
(4) An. 1069; *R. F.* doc. 989.
(5) An. 1066; *R. F.* doc. 990.
(6) An. 1068; *R. F.* doc. 991.
(7) An. 1055; *R. F.* doc. 992.
(8) An. 1038? 1044? *R. F.* doc. 993.
(9) An. 1038? 1045? *R. F.* doc. 994.

Staquanu modiorum viginti, et in Maltiniano, et ad Romaianum, et in Cubiano, et in Aggei duas portiones (1). item, Iohannes presbyter filius Aponis concessit in hoc monasterio et vendidit pretio solidorum .xx. res suas in Malamortem modiorum duorum (2). item, Franco filius Frankicti concessit in hoc monasterio quartam partem de podio collis de Palumba iuxta Farfam in pertinentia Tribuci (3). item, Berardus filius Aderami concessit in hoc monasterio res suas territorii Sabinensis in Antiquo (4). item, Iohannes presbyter filius Totonis concessit in hoc monasterio res suas in Monte Opoli (5). item, Guinisius filius Nocherii concessit in hoc monasterio res suas in Castello Alto, Sancte Marie in Bereccle, Orienne, Nerfe, casale Veterani, et in Oritino suam portionem (6). item, Saxo iudex romanus et filius Elpiczonis concessit in hoc monasterio res cuiusdam Cencii, cuius erat fideicommissarius, in territorio Sabinensi in vocabulo de Silice, et in Lumerano, et in Moiano super Cantalupum (7). item, Dodo filius Bonihominis concessit in hoc monasterio res suas in Carsoli, et in Tufo (8). item, Lupo filius Benedicti qui vocatur Berto concessit in hoc monasterio res suas intro civitatem de Teramne prope Sanctum Angelum modii .I. (9). item, Iohannes iudex filius Azonis concessit in hoc monasterio et in ecclesia Sancti Adriani de Marsi res suas in Paterno, idest duas petias terre modiorum .v. (10).

Temporibus autem domni Alexandri secundi pape, domnus Heldebrandus sancte Romane Ecclesie venerabilis archidiaconus, audita controversia que per longa temporum spatia fuerat inter hoc monasterium ‖ Sancte Marie domine nostre et monasterium Sanctorum Cosme et Damiani in Mica Aurea, de ecclesia Sancte Marie in Minione, constituit diem ad discutiendam huius dissensionis querimoniam. in quo utriusque abbates cum preceptis et privilegiis apostolicis et imperialibus in Lateranensi pa-

c. 295 A

(1) An. 1036? 1037? *R. F.* doc 995.
(2) An. 1036? 1038? *R. F.* doc. 996.
(3) An. 1059; *R. F.* doc. 997.
(4) An. 1070; *R. F.* doc. 998.
(5) An. 1070; *R. F.* doc. 999.
(6) An. 1071; *R. F.* doc. 1000.
(7) An. 1072? 1073? *R. F.* doc. 1001.
(8) An. 1060? 1062? *R. F.* doc. 1002.
(9) An. 1072; *R. F.* doc. 1003.
(10) An. 1072? 1073? *R. F.* doc. 1004.

latio convenerunt. et assidentibus ępiscopis, pręsbyteris cardinalibus et pręfecto cum iudicibus ac Romanorum maioribus, perlecta sunt et audita utrarumque partium monimina. et quoniam huius monasterii pręcepta et privilegia antiquiora videbantur, et iustitia ex maiori parte favere videbatur huic ęcclesię, visum est clericis, pręfecto, iudicibus et sapientibus qui aderant viris, ut prędictam ęcclesiam in Minione cum gualdo et monte Gosberti, seu Ripa Albella, et marino portu, cęterisque bonis sibi collatis apud Cornetum et Centumcellensem urbem intus et extra positis, hoc Farfense monasterium quiete et tranquille perpetuo, absque omni litis calumnia, haberet et possideret. ęcclesię vero predictę Sanctorum Cosme et Damiani, pro parte iustitie quam secundum posteriora instrumenta videbatur habere, centum libras denariorum vice commutationis vel restitutionis domnus abbas huius monasterii attribueret. huius itaque pacti tenore a domno archidiacono prolato, et ab omnibus laudato, Odmundus abbas pręfatę ęcclesię refutavit pro se et suis successoribus omnem litem et querimoniam de pręfata ęcclesia Minionis coram omnibus in manu domni B[erardi] abbatis huius monasterii, sub pena viginti librarum auri. pręcepta autem et privilegia que apud se de illa habebat, reddidit ‖ ei pręsentaliter. quę omnia congregatio monasterii pręfati Sanctorum Cosme et Damiani audiens laudavit et confirmavit. scriptum vero istud pro perpetua securitate huius monasterii Durantus scriniarius legaliter ędidit, sicut divus Iustinianus imperiali sanctione inquiens indidit: « Gesta quę sunt « translata in publica monimenta, perpetuam volumus habere fir« mitatem. nec enim morte cognitoris perire debet publica « fides » (1).

c. 295 B

Item, Ugo filius Rimanni concessit in hoc monasterio res suas in Marsi ubi dicitur Secretianus (2). item, Guilia filia Arduini quę fuit uxor de Maco concessit et confirmavit omnes res et castellorum sive ęcclesiarum portiones suprascripti viri sui, idest de castello Carbi, et de castello Bobelano (3). item, Azolinus

(1) An. 1072; *R. F.* doc 1006. Intorno a questa controversia vedasi a p. 10 sgg. di questo volume colle note relative e qui appresso p. 159.

(2) An. 1073; *R. F.* doc. 1007.

(3) An. 1072; *R. F.* doc. 1009.

filius Landini cum suis consortibus de castello Barri concessit in hoc monasterio duas ȩcclesias, primam Sancti Iohannis super Barri ad radices montis, secundam suptus Barri iuxta flumen ad collem Probonis (1). item, Siginolfus filius Benedicti concessit
5 in hoc monasterio res suas iuxta civitatem Reatinam foris portam Interocrinam, ubi dicitur Ossianus, cum ipso molino ibidem (2).

Anno autem primo pontificatus domni Gregorii VII papȩ, domnus B[erardus] abbas ivit Romam, ut pignora recolligeret quȩ pro refutatione ȩcclesiȩ Minionis domno Odmundo abbati habue-
10 rat obligata. et dum carta eiusdem diffinitionis tunc legeretur, Odmundus abbas eam cepit impugnare, dicens se non refutasse ȩcclesiam Sancti Petri. domnus vero abbas ei resistens asserebat, eam confirmatione marchionis Hugonis pertinere Sanctȩ Mariȩ in Minione. quȩ controversia pervenit ad aures papȩ, episco-
15 porum, prȩfecti et iudicum. et lectis utriusque partis instrumentis, ‖ visum est omnibus, ut quia ipsa ecclesia, vel eius res, non videtur monasterio Sanctorum Cosme et Damiani esse in confinio, vel congrua, nec etiam aliquo modo lucrosa sicut huic Farfensi monasterio, licet videatur maioris prȩtii, utilitatis tamen prȩdictum
20 prȩtium esse videtur potioris. hac ita compensatione utrique parti complacita, et a domno papa et reliquis omnibus laudata, iussu eiusdem pontificis prȩdictus Odmundus abbas, consentiente cuncta suorum confratrum caterva, refutavit ȩcclesiam Sancti Petri cum omnibus suis pertinentiis huic monasterio Farfensi, et cartam
25 quam inde habebat redidit, et promisit, ut, si unquam aliqua carta inde paruerit, similiter reddat, et si ipse cum suis successoribus ita non observaverit, vel aliquam litem vel requisitionem inde fecerit, componat huic monasterio pro pena sexaginta denariorum libras (3).

c. 296 A

Item, Salomon filius Raineri promisit et obligavit se cum suis
30 heredibus huic monasterio et domno Berardo abbati eiusque successoribus, ut ab illa hora non esset in facto neque in consilio ut monachi vel laici de pertinentia Sanctȩ Mariȩ in Rancione, et qui

6. *Nel testo* Interocrina

(1) An. 1073; *R. F.* doc. 1010.
(2) An. 1073; *R. F.* doc. 1011.
(3) An. 1073; *R. F.* doc. 1013, e cf. qui sopra a p. 158.

sunt infra comitatum Perosinum et deinceps laborant vel congregant super ipsas terras quas nobis per cartulam idem Salomon dederat, nobis tollat, neque prędetur, neque divastet, neque consentiat ut nos vel illi perdamus de nostris bonis infra unum annum aliquid supra duos solidos valens; et si fecerit, inquisitus a nobis vel 5 missis nostris emendet per caput infra dies triginta illi cui factum fuerit; et si pro anima sua aliquando terram vel vineam in aliqua ęcclesia dare voluerit, det in ęcclesia Sanctę Marię in Rancione; et si ita non observaverit, una cum heredibus suis componat nobis c. 296 B solidos .c., et terram quam in alia dederit ęcclesia, | nostra habeat 10 ęcclesia ad proprietatem sine ulla calumpnia [1]. similiter promisit et obligavit se Petrus filius Bernardi cum suis heredibus huic monasterio et domno Berardo abbati [2]. item, Oderisius comes filius Berardi comitis, et Berardus et Oderisius filii Rainaldi, una cum uxoribus suis, concesserunt et vendiderunt in hoc 15 monasterio et domno Berardo abbati res suas et castellum in Ophiano quod dicitur Montalianum, cuius medietas est de monasterio Sancti Iohannis in montę Sancti Iohannis, unde receperunt prętium librarum .c.; medietatem autem suprascripti monasterii et quod supervalet ipsa suprascripta res pro animabus suis et pa- 20 rentum suorum in hoc monasterio; quarum rerum fines sunt: de uno latere res comitum Marsicanorum et filiorum Arimanni, de secundo latere res filiorum Tedaldi et filiorum Attonis, a tertio latere Paganicum quod est res filiorum Guidonis, a quarto latere rivus qui venit a Cane Mortuo quomodo veniunt in rivum San- 25 cti Martini, et res huius monasterii, et res filiorum Senebaldi comitis [3]. item, Nerinus filius Bonohominis concessit in hoc monasterio et domno B[erardo] abbati unam partem de castello Luculo quod vocatur Tufus, et de ecclesia Domini Salvatoris, et de ęcclesia Sancti Stephani sextam partem, et ad roccam de 30 Licetta .III. casales, et in territorio Marsorum alias res ad Sanctum Potitum, cum portione de ripa Fucini, et de ęcclesia

10. *Dalla c. 296 B la scrittura cambia di nuovo fino a c. 308 B.*

(1) An. 1074; *R. F.* doc. 1014.
(2) An. 1075; *R. F.* doc 1019.
(3) Ann. 1074 e 1075; *R. F.* documenti 1015, 1016.

Sancti Victorini sextam portionem (1). item, Bernardus filius Bezonis concessit in hoc monasterio quartam partem ęcclesię Sancti Laurentii de Bephi ubi dicitur Sictianus (2). item, Octavianus filius Iohannis concessit in hoc monasterio res suas in
5 Marzulano pertinentię de Caminata (3). item, Rusticus et Ubertus filii Ingizonis ‖ concesserunt in hoc monasterio pro anima patris sui suprascripti res suas in territorio Sabinensi ubi dicitur Pustinianus (4). item, Iohannes filius Nictonis refutavit in hoc monasterio res positas in pertinentia Castellionis ubi dicitur Aqua
10 Viva (5). item, Albertus filius Liotonis concessit in hoc monasterio in territorio Marsicano, in Auretino, ubi dicitur Nolanus supra Sanctum Severinum modia .x., et ad Gualdum modium unum, et in Cantalupo quartaria .v., et ad Molinarios, et in Orbentis modia quatuor (6). item, Aifredus filius Iohannis, et Azo
15 filius Berardi, et Bonucius filius Iohannis concesserunt in hoc monasterio res suas in suprascripto Auretino (7). item, Berta de Iohanne Luponis concessit in hoc monasterio et in Sancta Maria quę est Rome in Therma Alexandrina res suas foris pontem Salarium, in massa de Vestario domnico, et unum petium
20 vineę (8). item, Tebaldus, Iohannes et Cono filii Cononis concesserunt res suas in pertinentia Cerreti Mali ad Sanctam Ceciliam casalem de Martino pręsbytero modiorum tercentorum cum portione suprascriptę Sanctę Cęcilię (9). item, Teudinus comes cum Oria coniuge sua concessit in hoc monasterio res suas in terri-
25 torio de Galliano, et in Valle Superequana, et in territorio Marsicano, cum portione de ęcclesia Sancti Martini, et de ęcclesia Sancti Benedicti in Galliano, et cum portione ipsius castelli, et medietatem ipsius palatii; quarum rerum fines sunt: usque Transaquas cum portione piscarię, et usque Oretino, et Piscinam, et
30 Gorgianum, et flumen Calidum, et Bufanum, et Cedeci quomodo revertitur in priores fines (10). item, Dono filius Crescentii con-

c. 297 A

(1) An. 1074; *R. F.* doc. 1017.
(2) An. 1075; *R. F.* doc. 1018.
(3) An. 1075; *R. F.* doc. 1020.
(4) An. 1074? 1076? *R. F.* doc. 1021.
(5) An. 1077; *R. F.* doc. 1023.
(6) An. 1074? *R. F.* doc. 1024.
(7) An. 1074? *R. F.* doc. 1025.
(8) An. 1079; *R. F.* doc. 1026.
(9) An. 1075? 1076? *R. F.* doc. 1027.
(10) An. 1076; *R. F.* doc. 1028.

cessit in hoc monasterio res suas de duobus castellis, idest Luco
c. 297 B et Catino, quarum fines sunt: rivus Calentinus ‖ et rivus Sancti Angeli, inde venientes in rivum Pedis de Fatuclo, et in viam puplicam Cisternę, descendentes in rivum Canalis, et in Buccinianum, et via publica ab ipso castello vadens in Limisanum et 5 in Calentinum [1]. item, filii Aifredi pręsbyteri et filii Guidonis cum consortibus suis concesserunt in hoc monasterio res suas in castaldato Equano, ubi dicitur Bezanus, ad Aquam Siccam ęcclesiam Sanctę Crucis et Sancti Iohannis Baptistę et Sancti Iohannis Evangelistę et Sanctę Margaritę, cum terris modiorum .xxx., et prope 10 ipsam ecclesiam modia .x., et in plaia de Recanata modia .v., et inter vallem Acutianam et collem Amponis, et ad Taurum de Bezano, et ad Scopplum Iohannis Veneri modia .xv., et ad Cambia de Manisis modium .I., et ad Purum de Manisis sextaria .XI. [2]. item, Guarengo comes filius Lamberti et Arde- 15 lenda coniux eius concesserunt in hoc monasterio et domno B[erardo] abbati ecclesiam Sancti Petri in Pompeiano, et iuxta eam terrę modium .I., et ibidem modia .xx. [3]. item, Raino filius Rainonis de Crescentio concessit in hoc monasterio res suas in Arnario territorii Sabinensis [4]. item, Carboncellus filius Senioricti 20 concessit in hoc monasterio res suas territorii Sabinensis in Triviliano, et in pertinentia Tribuci modiorum .xxx. [5]. item, Iohannes filius Morini concessit in hoc monasterio res suas in Acquiniano territorii Sabinensis [6]. item, Iohannes pręsbyter filius Martini concessit in hoc monasterio res suas territorii Sabinensis, in per- 25 tinentia de Furano, ad Barilianum [7]. item, Iohannes filius Dode concessit in hoc monasterio res suas in castello Terraniano territorii Sabinensis [8]. item, Petrus filius Hominisdei concessit in hoc monasterio res suas in pertinentia de Catino ad Caminata [9]. item, Petrus filius Sabini concessit in hoc monasterio 30 res suas de Vulpiniano ad Rufinianum [10]. item, Oderisius fi-

(1) An. 1077; *R. F.* doc. 1029.
(2) An. 1077; *R. F.* doc. 1030.
(3) An. 1074? 1075? 1077? *R. F.* doc. 1031.
(4) An. 1078; *R. F.* doc. 1032.
(5) An. 1078; *R. F.* doc. 1033.
(6) An. 1078; *R. F.* doc. 1034.
(7) An. 1080; *R. F.* doc. 1035.
(8) An. 1079; *R. F.* doc. 1036.
(9) An. 1080; *R. F.* doc. 1037.
(10) An. 1080; *R. F.* doc. 1038.

lius || Arnolfi cum Tederanda uxore sua concessit in hoc monasterio res suas de Gabiniano et de castello Terraniano (1). item, Benedictus prȩsbyter et Iohannes filii Nectonis cum consortibus suis concesserunt in hoc monasterio res suas in colle Sancti Si- 5 meonis et in Valle Pontiana territorii Sabinensis (2). item, Bonushomo filius Erimagni, cum consortibus suis, concessit in hoc monasterio ecclesiam Sancti Potiti sub ipso castello (3). item, Azo Mancinus, et Crescentius filius Miccię concesserunt in hoc monasterio res suas in Sala territorii Sabinensis (4). item, Iohannes 10 prȩsbyter filius Hugonis concessit in hoc monasterio res suas ad Turricellam modiorum .x., et in Plage portionem suam usque in cacumen montis, et de ecclesia Sancti Eleutherii (5). item, Rusticus de Anna commutavit huic monasterio quasdam res in Saliano pertinentię de Catino (6). item, Ratterius filius Ratterii 15 concessit huic monasterio res suas in Puzalia ad rivum Stercoriolum (7). item, Arduinus prȩsbyter filius Letonis concessit huic monasterio res in castaldatu Equano ad Bezanum, et ad Purum Campanum modiorum .v., et ad Cerreta super Taze, et in Valle Spinosa, et in Manisi modia tria (8). item, Gregorius iudex Fla- 20 gianensis cum aliis consortibus suis promiserunt huic monasterio et domno B[erardo] abbati, ut in festivitate sanctę Marię aut in eius octava dent solidos .VI. denariorum annualiter in hoc monasterio, et de prȩtiis macinarum parium .VI. relaxent per unumquodque par denarios .XII.; et si ita non observaverint, cum he- 25 redibus suis, componant solidos septuaginta (9). || item, Azolinus filius Azolini de Amiterno concessit huic monasterio res suas de prato ad Salicitum (10).

c. 298 A

c. 298 B

Ipso tempore, dum resideret in iudicio domna Matilda marchionissa in castello civitatis de Corgnito, venit domnus B[erardus]

1. *La c. 298 A–B e le prime righe della c. 299 A fino alle parole* territorii Sabinensis *(r. 27) sono di una mano assai somigliante a quella del monaco Todino, poi torna la scrittura della mano precedente.* 15. Stercoriolum *nel testo, ma nel Regesto* Merdariolum

(1) An. 1079; *R. F.* doc. 1039.
(2) An. 1078? 1079? *R. F.* doc. 1040.
(3) An. 1072? 1079? *R. F.* doc. 1041.
(4) An. 1079? 1080? *R. F.* doc. 1042.
(5) An. 1079; *R. F.* doc. 1043.
(6) An. 1080; *R. F.* doc. 1044.
(7) An. 1078? 1080? *R. F.* doc. 1045.
(8) An. 1080; *R. F.* doc. 1046.
(9) An. 1080; *R. F.* doc. 1047.
(10) An. 1080; *R. F.* doc. 1048.

abbas et proclamavit de ęcclesia Sacti Petri iuxta ipsum castellum sitam, et professus est, quia dudum acquisierat pręcepto domni Alexandri papę ab abbate Sancti Cosmę omne ius quod monasterio Sancti Cosmę pertinere videbatur, sepedictam ęcclesiam Sancti Petri habere deberet. tunc domna Matilda propter Deum 5 et animę suę remedium misit bannum suum supra domnum B[erardum] abbatem et successores eius, et supra ipsam ęcclesiam Sancti Petri atque illi pertinentes res, et ęcclesiam Sanctę Marię in Minione, ut nullus disvestire vel aliquo modo molestare aut inquietare presumat hoc monasterium (1). item, Berardus pręsbyter 10 filius Faidonis concessit huic monasterio res suas in castaldato Pontano ad Primum Casum (2). item, Iohannes filius Guidonis concessit huic monasterio res in Bucciniano et in monte de Canale modiorum quatuor (3). item, Beraldus pręsbyter filius Isonis concessit huic monasterio res in castaldato Equano ad Ma- 15 nisi, et ad Plaiam, et alibi modia .x. (4). item, Aldo et Paganellus cum consortibus suis concesserunt in hoc monasterio et domno c. 299 A B[erardo] abbate monasterium Sancti Benedicti in Su|mati ad Tres Casas (5). item, Benedictus pręsbyter filius Iohannis concessit huic monasterio res in Nazano territorii Sabinensis (6). item, 20 Petrus filius Iohannis concessit huic monasterio res territorii Marsicani in Seconsano (7). item, Benedictus pręsbyter filius Teuzę concessit huic monasterio res in Bariliano territorii Sabinensis modiorum .xv. (8). item, filii Letonis et nepotes cum suis consortibus concesserunt huic monasterio ęcclesiam Sanctę Marię in 25 ministerio Equano ad Saltum (9). item, Iohannes filius Iohannis concessit huic monasterio res in Ponzanillo territorii Sabinensis (10). item, Nicto filius Ingebaldi concessit huic monasterio res suas in Bucciniano sextariorum .vi. (11). item, Anastasius filius Iohannis concessit huic monasterio in Agutianello et in Agozano res suas 30

(1) An. 1080; *R. F.* doc. 1049.
(2) An. 1080? 1081? *R. F.* doc. 1050.
(3) An. 1080; *R. F.* doc. 1051.
(4) An. 1079? 1080? *R. F.* doc. 1052.
(5) An. 1080; *R. F.* docc. 1053, 1054, 1055, 1056.
(6) An. 1080; *R. F.* doc. 1057.
(7) An. 1073? 1081? 1088? *R. F.* doc. 1058.
(8) An. 1081; *R. F.* doc. 1059.
(9) An. 1081; *R. F.* doc. 1060.
(10) An. 1081; *R. F.* doc. 1061.
(11) An. 1081; *R. F.* doc. 1062.

modiorum .xxvi.(1). item, Petrus filius Teuzonis commutavit quasdam res in hoc monasterio in pertinentia de Luco ad Calvinianum sextariorum .viiii.(2). item, Stephanus filius Ottonis cum uxore sua Onorelda concessit huic monasterio res suas in
5 ministerio Equano ad Maltiniano modiorum .c., et in Terande ad Vallem modia quatuor(3). item, Benedictus et Odolinus et Iohannes filii Iohannis concesserunt huic monasterio res suas de Acquiniano territorii Sabinensis sextariorum .vi.(4). item, Petrus filius Pinzonis cum nepotibus et consortibus suis refutavit
10 in hoc monasterio et domno Berardo abbati omnem portionem de castellis et ecclesiis et rebus quas Ubertus de Nordo per cartulam concessit in hoc monasterio. insuper firmaverunt per sacramentum domnum Berardum abbatem de portione et rebus quas Maco concessit huic monasterio, ut adiuvent nos ad tenendum
15 et defendendum contra omnes homines, et eredes de Nordo et de Tebaldo non faciant ‖ castellum a civitate Narnia usque in Botinum sine hoc monasterio, nec acquisitum de castello infra suprascriptos fines sine hoc monasterio faciant. insuper firmaverunt suprascriptum abbatem quod non faciant finem nec pacem cum
20 Transarico de Rodulfo, nec cum hęredibus de Flodoico, sine consensu domni abbatis et fratrum huius monasterii. et si omnia non observaverint sicut supra scripta sunt, componant in hoc monasterio auri optimi libras viginti(5). item, Azo filius Adammonis concessit in hoc monasterio res suas in Villa de Vico ad
25 Casalem modia tria, et super ipsam viam modia duo, et alibi modia .v.(6). item, Bonushomo filius Gervini concessit in hoc monasterio res suas in pertinentia castelli de Tocco, quarum fines sunt: flumen de Piscaria, et Mortula, et Arullum, et rivum Diaboli, et Cantalupus, et castellum Pedarea, et revertitur in priorem
30 finem, modiorum .c.(7). item, Giso et Guelto filii Gualkerii cum consortibus suis concesserunt in hoc monasterio res suas,

c. 299 B

3. *Nel Regesto* Attonis 15. eredes] *Così nel testo.*

(1) An. 1081; *R. F.* doc. 1063.
(2) An. 1081; *R. F.* doc. 1064.
(3) An. 1081; *R. F.* doc. 1065.
(4) An. 1081; *R. F.* doc. 1066.
(5) An. 1082; *R. F.* docc. 1067 e 1068.
(6) An. 1082? 1083? *R. F.* doc. 1069.
(7) An. 1085; *R. F.* doc. 1070.

idest ęcclesiam Sancti Iohannis Baptistę et Evangelistę in comitatu Balbensi, Superęquana, in Valle Vennari, cuius fines sunt: flumen Calídum, serra de Candida, Gorgianum, et Bufanu, et revertitur in priores fines. quę omnia commutaverunt huic monasterio et receperunt portionem de ęcclesia Sancti Benedicti quam Teudinus 5 comes concessit in hoc monasterio (1). item, Bonus filius Franconis concessit in hoc monasterio res suas modiorum .VIII. ad Turricellam territorii Sabinensis (2). item, Benedicta uxor Berardi de Bonifatio concessit in hoc monasterio ecclesiam Sancti Iohannis in pertinentia de Ginestra cum ipso casale (3). item, 10 Iohannes filius Iohannis concessit huic monasterio in Miliano, et Biliano, et Monte modia .IIII. territorii Sabinensis (4). item, Raino prędsbyter filius Petri concessit in hoc monasterio terrę sextaria .VI. in Laniano territorii Sabinensis (5).

c. 300 A Anno autem dominice incarnationis millesimo octogesimo- 15 tertio, Rainerius filius Girardi, et Guido filius Guidonis comitis, et Rodilandus filius Roccionis refutaverunt in manu domni Berardi abbatis quantum ipsi detinebant quocumque ingenio de bonis pertinentibus ęcclesię Sanctę Marię in Minione, et omne ius et malam consuetudinem quas ipsi aut sui homines hactenus fece- 20 runt contra ipsam ęcclesiam, et albergarias et omnem violentiam et divastationes quas soliti erant facere in pertinentiis eiusdem ęcclesię, et quicumque requisierant ab ipsa ęcclesia eiusque rectore et prępposito. similiter refutaverunt de locis et finibus Biterbensium nostris ęcclesiis pertinentibus, et promiserunt et obligaverunt 25 se adversus prędictum domnum abbatem, ut si de pręfatis ęcclesiis et quibuscumque bonis earum aliquam molestiam fecerint ipsi vel heredes aut homines eorum singuli, componant in hoc monasterio penam argenti optimi librarum .C. pro quibus sponsionibus et obligationibus domnus abbas B[erardus] fecit eis meri- 30 tum, idest ad Rainerium dedit anulum de auro unum, et ad prędictum Guidonem similiter anulum de auro unum, et ad prę-

20. quas] *Nel testo* quasi 23. quicumque] *Così nel testo.*

(1) An. 1083; *R. F.* doc. 1071.
(2) An. 1083; *R. F.* doc. 1072.
(3) An. 1083; *R. F.* doc. 1073.
(4) An. 1082? 1083? *R. F.* doc. 1074.
(5) An. 1082? 1083? *R. F.* doc. 1075.

fatum Rodilandum spatam unam. quę omnia facta sunt prope urbem Romam iuxta pusterulam ad Pertusum, intus tentorium domni Henrici regis, pręsentia Saxonis quondam Rainerii, Girardi quondam Gregorii, et archiępiscopi Bremensis, et ępiscopi Nova-
5 riensis, et ępiscopi Aureliensis, et Tertonensis, et reliquorum bonorum virorum (1).

Item, Baro ferrarius filius Boni commutavit huic monasterio quasdam res in Acquiniano territorii Sabinensis (2). item, Necto filius Morini concessit huic monasterio res suas in Arnaria mo-
10 diorum .vi. territorii Sabinensis (3). item, Benedictus pręsbyter et Iohannes filii Iohannis, | et Rusticus filius Azonis concesserunt huic monasterio et commutaverunt res suas in Atriano, quod vocatur Urbana, territorii Sabinensis (4). item, Teudinus filius Beraldi concessit huic monasterio et domno Berardo abbati res suas
15 et castella sive podia in comitatu Reatino, et castaldatu Interocrino, scilicet castellum Lunianum, Aspram, podium Sancti Maximi, Canatrem, Sanctum Herasmum, quartam partem Ianulę, et quartam partem de rocca Fundi; quarum fines sunt: flumen Mellinum pergens in Arrianum, et in Vallem Tinam, et in macclam de
20 Verzano, et per cacumen montis Burguli, a secundo latere terra Sancti Quirici et vadit in montem Cinnum, a tertio latere Cornu Iosep, a quarto latere Rasinum, et venientes in roccam Sintariscam, et in flumen Mellinum, quod est primum latus; et monasterium Sanctę Crucis cum reliquis ęcclesiis (5). item, Teudinus comes

c. 300 B

5. *Nel testo del Chronicon* Tetonensis *e nel Regesto* Tretonensis *Correggo* Tertonensis *come già fece il Muratori.*

(1) An. 1083; *R. F.* docc. 1076, 1077, 1078 Nell'apografo usato dal Muratori queste refutazioni erano attribuite per errore di copia al 1085, onde il Muratori osservando le parole « prope urbem Romam... intus « tentorium domni Henrici regis », vide l'errore di questa data, perchè nel 1085 Arrigo IV non fu mai presso Roma, ed annotò: « Haec ergo acta fuere, ut « coniicere possumus, anno 1081, quo « Henricus IV inter reges, Romam « obsidione pressit »; *Rer. It. Script.* II, II, 601. Ma il testo del *Chronicon* e i tre documenti del *Regesto* indicano chiaramente l'anno 1083, anzi i documenti indicano anche il mese di giugno, nel qual mese ed anno Enrico IV trovavasi certamente a Roma. Cf. KILIAN, *Itinerar Kaiser Heinrichs IV*, Karlsruhe, Gutsch, 1886, e *R. F.* doc. 1098.

(2) An. 1082? 1083? *R. F.* doc. 1079.

(3) An. 1082? 1083? *R. F* doc. 1080.

(4) An. 1082? 1083? *R. F.* doc. 1081.

(5) An. 1083; *R. F.* doc. 1082.

filius Berardi comitis cum Zita genitrice sua et Gaita uxore sua concessit huic monasterio et domno B[erardo] abbati res suas, idest medietatem monasterii Sancti Laurentii in Picta, et medietatem de castello Caput Farfa, et medietatem Cerreti Mali, et medietatem ęcclesiarum quę illi pertinent, et medietatem de podio Moiano, et medietatem de rocca Salicis, et medietatem de Petra Dęmonis, et medietatem de Scandrilia, cum monasteriis et omnibus ęcclesiis [1]. item, Iohannes pręsbyter filius Iohannis concessit huic monasterio casam et casalinum in Stroncone, et quatuor pezias terre in Leiano, et fundo Cripte, et in fundo Marscano, et in fundo Candiciano [2].

Eodem autem tempore Rusticus filius Crescentii agnoscens se | contra Deum et Matrem eius ultra modum peccasse, occasione litis per quam plurima dampna aliquanto tempore contra hoc monasterium exercuerat pro castello Farę sito in hoc eminenti monte, timens etiam propter hoc perpetuam incurrere mortem, prędictum castellum, quod iniuste tenebat, cum suis diffinitis terminationibus, utrique parti placentibus, legaliter refutavit anno ab incarnatione Domini millesimo .LXXXIIII. pro qua commutationis nomine recepit ab hoc monasterio et a domno Berardo abbate, cui refutaverat, ipsum castellum ad opus huius monasterii, casalem de Pinco super castellum Currensium, et alterum casalem cum medietate alterius casalis in pertinentia de Phara ad Sanctam Mariam in Ciciliano. domnus etiam abbas permisit illi unum casalem in Planis cum molendino iuxta Currensem. finales autem termini castelli Phare ab eodem Rustico laudati et positi, isti sunt: videlicet a Rigiana flumine ascendendo inter Pharam et Tophyam usque in cacumen montis et inde descendendo per Melleta et Vallem Bezonis et ad pedem montis Rotundi per pratarias Sanctę Marię usque in Pesclulos, inde transit per pedem montis usque gualdum Sanctę Marię de Sanctis, deinde in viam antiquam a qua incipit ascensus, et post ascensum incipit descensus per Vallem Lupam usque in Crucem, inde per rimam quę Currus dicitur usque in flumen Riianam. et obligavit se, si contra hęc quę

15. *Nel testo* incurre

(1) An. 1083; *R F.* doc. 1083.

(2) An. 1084? *R. F.* doc. 1084. Per la data di questo documento vedasi la nota 1 al doc. stesso nel *Regesto*, V, 79.

statuta et definita sunt ipse aut heredes eius removere voluerint, componant in hoc monasterio penam auri optimi librarum triginta, et difinitio ista manèat perpetua stabilitate (1).

Item, Carbuncellus filius Petri et gener Landulfi et Rusticus de 5 Ramiano promiserunt‖huic monasterio et domno B[erardo] abbati omni anno in festivitate sanctę Marię aut in eius octava dare sex solidos denariorum et de duodecim paribus macinarum per singula paria .II. solidos relaxare; et si non ita observaverint, componant in hoc monasterio solidos .C. (2). item, Azo filius 10 Rainerii commutavit huic monasterio res suas in Cesa Vetere territorii Sabinensis modia .VIIII. et sextaria duo (3).

c. 301 B

Domnus autem Heinricus adhuc Dei gratia quartus rex in civitate Reatina cum iuxta ęcclesiam Sancti Leopardi in iudicio resideret, venit ante eum domnus B[erardus] abbas et proclamavit 15 de quibusdam hominibus qui sine legali iudicio abstulerunt de iure èt potestate huius monasterii ęcclesiam Sancti Leopardi, Sanctę Agathes, Sancti Elie, Sancti Iohannis in Tazano, Sancti Clementis, Sancti Thome, Sancti Gregorii, Sancti Iohannis in Asera, item, ecclesiam Sanctę Agathes in Plage, et aquam de Manicone 20 usque in flumen Mellinum, cum aquimolis, molendinis et aliud molendinum suptus portam Interocrinam, cum tota terra de Brittesca, et terram de Parrara cum molino uno. de quibus omnibus ostendit legalia monimina et instrumenta cartarum. tunc benignissimus rex, quia proclamati ad placitum qui ipsas res conten-25 debant, noluerunt venire ad iustitiam faciendam, ideo investivit prędictum B[erardum] abbatem de omnibus supradictis ęcclesiis et rebus, et misit bannum suum, ut si quis hoc monasterium inquietare, molestare aut disvestire de eis prȩsumpserit sine legali iudicio, componat auri optimi libras .C. (4).

30 Item, Berardus filius Adę concessit huic monasterio res suas modii .I. in Antiquo territorii Sabinensis (5). item, Teudinus

16. ecclesiam] *Così nel testo.*

(1) An. 1084; *R. F.* doc. 1085. Per la data di questo documento vedasi la nota 1 al doc. 1084 nel *Regesto,* V, 79.

(2) An. 1084; *R. F.* doc. 1086.

(3) An. 1084; *R. F.* doc. 1087.

(4) An. 1084; *R. F.* doc. 1088.

(5) An. 1084; *R. F.* doc. 1089.

c. 302 A comes filius Randuisi comitis concessit huic monasterio et in ‖ ęcclesia Sancti Iohannis de valle Superequana, et in villa Vennari, hoc est omne servitium quod ei pertinebat de hominibus villę quę vocatur Onuphulum (1). item, Transmundus comes filius Attonis comitis concessit huic monasterio et domno Berardo abbati infra 5 comitatum Pinnense castellum de Cafaio, castellum de Pretetole, castellum de Atri cum ecclesiis et omnibus pertinentiis quę sunt modia decem milium, habentes fines: a capite terra Sancti Vincentii, a pede et uno latere terra Sancti Iohannis, de alio latere flumen Gomanum cum aqua sua (2). item, Teudinus comes filius 10 Randuisi comitis concessit huic monasterio et in ęcclesia Sancti Iohannis de comitatu Balbensi .I. molinum ad Aquam Vivam (3). item, Cencius filius Taibrandi concessit huic monasterio et domno B[erardo] abbati de castro Muscini octavam portionem, et de castello Oliveti octavam, de castello Tancie, et Monte Nigro, et de 15 terris infra territorium Sabinense et comitatum Reatinum, et suam portionem de ęcclesia Sanctę Marię in Lupicinis ad Vallem de Milo, et de ęcclesia Sancti Andreę ad Pacum territorii Sabinensis, et Sancti Martini, et Sancti Petri in Carsule; harum omnium rerum fines sunt: a primo latere pons Reatinus, a secundo via 20 Romana, a tertio flumen Farfa, a quarto Bibuli de Tancia; et alias res in territorio Reatino et Asculano: a .I. latere clarinum montis de Sino, et piscaria de Cose, et mons de Laci qui pergit per terram in Petra de Alegie, et vadit a parte Batergio ad vadum de Otulo, a tertio latere inter filios Odemundi et Camponiscos, et 25 pergit in Trontum, in Andalla, et vadit de Milobono in Sanctam Victoriam, a quarto latere via Sancte Victorie pergens in c. 302 B Pantana de Urreco, ‖ et inde rivus qui pergit in vadum de Otulo; infra quos fines concessit de castro Garda quartam portionem, et de castello Rivo, et de Furcella (4). item, Transmundus filius 30 Gisonis concessit huic monasterio de Bibaro suam portionem ex toto ipso castello (5). item, Herbeus filius Todini concessit huic monasterio et domno Berardo abbati suam portionem de castello

(1) An. 1084; *R. F.* doc. 1090.
(2) An. 1085; *R. F.* doc. 1091.
(3) An. 1085; *R. F.* doc. 1092.
(4) An. 1085; *R. F.* doc. 1093.
(5) An. 1084? 1085? *R. F.* doc. 1094.

Petra Dęmonis, et de Scandrilia, et de Cerreto Malo, et de castello Sancti Angeli, idest Caput Farfę, et de ęcclesia Sancti Salvatoris in Scandrilia, et Sanctę Crucis, et Sancti Iohannis. harum autem omnium rerum fines sunt: a primo latere cripta For-
5 nicaria pergentes in roccam Senebaldi in Turano, et inde in Puzaliam, et in Canem Mortuum, et in Porcili, et in Macclam Felcosam, et in Montem Aureum, et in Ponticellum, et in Vicum Novum, et in Frassum, et in Rivum Nigrum, et in suprascriptam criptam Fornicariam (1). item, Saxo comes filius Rainerii comitis, ex
10 pręcepto et iudicio eiusdem patris sui, concessit huic monasterio et domno Berardo abbati medietatem Civitatis Vecclę cum ęcclesiis et monasteriis, excepta ęcclesia Sancti Silvestri (2). post hęc, cupiditate deceptus, huic cartule contradixit et easdem res vi retinere cepit. qua de re inter domnum Berardum abbatem et
15 eumdem Saxonem orta est intentio, et ante pręsentiam imperatoris H[einrici] huius litis pręlata est disceptatio; sed assensu imperiali et multorum prudentium consilio, acta est inter eos amicabilis compositio, qua refutavit huic monasterio et domno Berardo abbati totam ipsam medietatem pręnominate civitatis, cum omni
20 usufructus et ęcclesiis ‖ illius; et obligavit se suosque heredes, ut si contra hęc aliquando egerint, componant libras .c. denariorum papiensium (3). domnus autem Heinricus serenissimus rex concessit huic monasterio et domno Berardo abbati Campum in Kinzica, qui fuit antea vinea domnicata regis, et tunc cassinę et orti,
25 unum caput cum uno latere tenens in via publica, et aliud caput in terra Ursi de Paulo, et aliud latus in fluvio Arno. secundum petium terre est ad Revolta, unum caput tenens in via publica, et latus in terra Landulfi, aliud latus in terra Bellonis, quod est ad iustam mensuram sextaria .vi. tertium petium est in Pu-

c. 303 A

27. *A p. 176, r. 31* Alarevoluta

(1) An. 1084; *R. F.* doc. 1095.
(2) An. 1072; *R. F.* doc. 1096.
(3) An. 1084; *R. F.* doc. 1097. Questo documento, « Actum civitate Romana, « apud Capitolium », porta queste note cronologiche: « Anno Deo propitio « pontificatus domni Clementis summi « pontificis et universalis tertii papę « primo; et imperante domno Heinrico « a Deo coronato summo imperatore, « anno primo imperii eius, mense aprilis, « die .xxviii., indictione .vii. ».

tignano, quod vocatur Plage, unum caput tenens in via publica, aliud caput cum uno latere in terra quam sibi reservavit, aliud latus in terra Rainaldi, et est ad iustum sextarium modia duo. quartum petium est in Gonfo, unum caput cum uno latere tenens in terra quę fuit silva quam sibi reservavit, aliud caput 5 cum alio latere in terra * * quod est modiorum .XIIII.(1).

Anno autem dominicę incarnationis millesimo .LXXXII. (2), quinta feria mensis martii, die .XVII^a., prima videlicet ebdomada quadragesimę, domnus Heinricus quartus gloriosissimus rex Deoque coronatus piissimus Augustus imperator tertius ad hoc Far- 10 fense devotissime veniens cęnobium, a cunctis fratribus nobilissime valdeque honorifice et amantissime susceptus est, nimis qui ante ab omnibus fuerat desideratus. cum quibus pacifice locutus, coram omnibus abbatem nostrum venerandum domnum c. 303 B B[erardum] de castro Pharę et de omnibus istius monasterii re- 15 bus, quocumque tempore legaliter acquisitis, ‖ et a quibuscumque iniuste aliquando inimicis sanctę Ęcclesię invasis et contra rationem retentis, investivit, cunctaque bona sibique pertinentia prȩfati monasterii illi se restituere spopondit, et velut proprie regalisque camerę ius in omnibus se defendere promisit. cum vero a cun- 20 ctis senioribus ac fratribus benignissime in societatem atque firmitatem perpetuę orationis devoto pacis osculo fuisset susceptus, et nomen illius vel quorumdam suorum fidelium in Libro commemoratorio foret ascriptum, statim direxit exercitum suum contra predictę Pharę castrum. a quo eiecto expulsoque Ru- 25 stico Crescentii quondam filio, qui eum iniuste possidebat, ipso die restituit huius monasterii regimini et potestati ad proprietatem perpetui iuris. quo facto Romam perrexit eamque paulo post quoquo pacto capiens, eius nobiliores maioresque cives muneribus vel vi subiugavit sibi, cum adhuc Gregorius papa septimus 30 in prȩsidio Castelli Sancti Angeli tueretur.

6. *Lacuna di una parola nel Chronicon e nel Regesto.* 7. .LXXXII.] *Così nel testo del Chronicon, ma nel Regesto* .LXXXIII.

(1) An. 1083; *R. F.* doc. 1098. Intorno alla data di questo documento cf. nota 1 al doc. stesso nel *Regesto*, V, 93, e la nota 1 a p. 167 di questo volume.

(2) Nel *Regesto* dopo l'anno sono aggiunte queste altre note cronologiche: «Indictione .V., epacta .XVIII., «concurrente .V.».

An. 1084? (1)

L' imperatore Enrico IV conferma il monastero nel possesso di tutti i suoi beni e privilegi.

[In nomine sanctę et individuę Trinitatis]. Heinricus divina favente clęmentia Romanorum imperator augustus. cum petitionibus servorum Dei rationabilibus divini cultus amore faverimus ut his oportuna beneficia largiamur, pręmium nobis ęternę remunerationis rependi non diffidimus. quocirca omnium sanctę Dei Ęcclesię nostrorumque fidelium pręsentium videlicet ac futurorum comperiat sollertia, qualiter B[erardus] venerabilis abbas monasterii Sanctę Dei genitricis semperque virginis Marię, quod in ducatu Spoletino situm est in comitatu Sabinense, constructum in loco qui dicitur Acutianus, nostram | adiens pręsentiam ostendit nobis nostrorum antecessorum regum vel imperatorum pręcepta eidem monasterio facta aureis sigillis bullata, scilicet Karoli imperatoris [et] Hloduici et Hlotharii nec non et Hloduici alterius, in quibus continebatur, quomodo ipsi et antecessores eorum, Liutprandus scilicet et Rathgisus, Haistulfus, Desiderius Langobardorum reges, nec non et imperatorum parentum nostrorum, scilicet Chuonradi avi nostri et beatę memorię patris nostri Heinrici, prędictum monasterium propter divinum amorem et reverentiam sanctę Dei genitricis semperque virginis Marię dominę nostrę sub sua semper tuitione tenuissent. ob firmitatem tamen rei postulavit prędictus abbas, ut eorundem imperatorum pręcepta nostra auctoritate confirmaremus et immunitatis pręceptum monasterio suo dare iuberemus. nos vero eius iustis postulationibus assentientes, confirmamus iam dicto monasterio [quicquid in superioribus continetur pręceptis et] quicquid futuris temporibus per instrumenta cartarum vindicare contigerit, prout iuste et legaliter possumus, videlicet quęcumque habere videtur in territorio Sabinense, idest ęcclesiam Sancti Benedicti cum omnibus suis pertinentiis. et castellum de Arci cum tota sua integritate, et aliud castellum nomine Tribucum in integrum. et alveum Pharphę totum in integrum. ęcclesiam Sancti Angeli in Tancia cum gualdo et omnibus suis pertinentiis, sicuti Hildebrandus dux per sua confirmavit pręcepta. castellum de Buciniano totum in integrum. castrum Pharę cum totis subiacentiis sibi pertinentibus. castelli quod vocatur Caput Pharphę et Sancti Angeli cognomine, et castelli Cerreti Mali, et Scandrilię alterius castelli, et Petrę Dęmonum, et roccę Salicis dictę, istorum quinque || totam medietatem, cum podii Moiani medietate et toto gualdo eius. castellum Vulpinianum cum omni sua pertinentia. castellum de Marciliano [cum sibi pertinentibus]. castellum de Terraniano [cum sua pertinentia]. podium de Catino [cum sua adiacentia]. castellum de Cuphi et castellum de Furano cum suis pertinentiis. curtem de Lori [cum sua pertinentia]. ęcclesiam Sanctę Helenę [cum suis dotis]. in civitate [H]ortana ęcclesiam Sancti Theo-

c. 304 A

c. 304 B

1. *Le parole fra parentesi quadrate mancano nel testo del Chronicon e si suppliscono togliendole dal Regesto.* 8. *Nel Regesto* constructi 31. *Nel testo del Chronicon* Dęmum 32. *Nel Regesto* de Moiano eius *manca nel Regesto.* 34. podium] *Nel Regesto* castellum

(1) *R. F.* doc. 1099.

dori [cum suis pertinentiis]. in Biterbio ęcclesiam Sanctę Marię, [et] ęcclesiam Sancti Valentini in Burgo [cum omnibus suis pertinentiis]. in territorio Tuscano cellam Sanctę Marię in Minione, cum gualdo, et [cum ipso] monte Goisberto, [seu] et Ripa Albella, et marino portu, ęcclesiam Sancti Laurentii in Gerflumine [cum omnibus suis pertinentiis], ęcclesiam Sanctę Severę [cum sua pertinentia], medietatem Civitatis Vetulę et portus [cum omnibus sibi pertinentibus], quam dedit Rainerius comes filius Saxonis comitis pro remedio animę suę prędicto cęnobio Sanctę Marię, et quam filius eius Rainerii Saxo [eandem medietatem] ante pręsentiam nostram refutavit, deinde per cartam ipsi monasterio confirmavit irrevocabili sua suorumque hęredum sententia, sub .c. librarum denariorum papiensium pęna. ęcclesiam Sancti Petri extra muros civitatis Cornetane, et quicquid infra ipsam civitatem vel foris habere videtur. et ęcclesiam Sancti Peregrini, et ęcclesiam Sancti Angeli sub Ripa [in integra proprietate sua]. in comitatu Senense curtem Leoninam. in comitatu Narniense monasterium Sancti Angeli [cum tota integritate sibi debita]. et cellam Sancti Antimi, et Sanctę Marię, et Sancti Iohannis cum earum pertinentiis. infra civitatem Interamnensem ęcclesiam Sancti Salvatoris et Sancti Fortunati cum suis pertinentiis, et ęcclesiam Sanctę Marię in Mediano, et cum medietate ipsius castelli quod ibi situm est. in comitatu Perosino cellam Sanctę Marię in Diruta cum omnibus sibi subiectis cellis. in comitatu Asisio ęcclesiam Sancti Bartholomei, et Sancti Iohannis in Satriano, et Sancti Benedicti [cum earum pertinentiis]. in comitatu Spoletino ęcclesiam Sancti Marci, et Sancti Salvatoris, et Sancti Pauli, et Sancti Martini cum earum pertinentiis. in comitatu Osimano curtem de Monte Polisco [cum omnibus ad eam pertinentibus]. in comitatu ‖ Senogalliense curtem de Luzano. in comitatu Camerino curtem de Salabona, et de Trevenano, et Sancti Habundii, et Sancti Viti. et in castello Petroso curtem Sanctę Antię. et de castello Albo Caballo duas partes, sicuti Octavianus per cartam in ipso monasterio dedit. in comitatu Firmano monasterium Sanctę Marię, et Sanctę Victorię quod positum est in Matenano monte, cum castellis, cellis, villis, et curtem de Plotenano cum castello, curtem de Cannitulo cum castello in Ripula, curtem de Cerestano cum castello, Sanctam Mariam in Casule cum castello de Area Antiqua, et castellum de Tariano, et portionem de Morta, castellum de Agnanello cum [suis pertinentiis et] molendinis, Sanctam Mariam in Strata, Sanctam Mariam in Pantana, Sanctam Mariam in Clenti cum castellis et ęcclesiis et molendinis et aquam deducere ubi necesse fuerit. item, contra fluvium Clientis curtem Sancti Silvestri intra civitatem Firmanam. et alibi curtem Sancti Sabini. et curtem

(c. 305 A)

1. *Nel Regesto* infra castrum Biterbense 3. *Nel Regesto* iuxta fluvium Minionem 8. quam *manca nel Regesto. Nel Regesto* eiusdem 12. *Nel Regesto* Chronetanę 13. *Il primo* et *manca nel Regesto.* 16. *Il primo* et *manca nel Regesto.* 24. *Nel Regesto* Auximano 36. *Nel Regesto* Clienti

quę vocatur in Prętorio cum omnibus sibi pertinentibus. curtem Sancti Martini cum medietate collis Bonelli, et medietate de Morru, et quartam partem ex alio. et castellum de Bubeta. et portionem de Rote. et curtem de Moliano, in qua est ęcclesia Sanctę Victorię. et portionem de Insula de
5 Verano [cum ęcclesiis et ędificiis suis cęterisque pertinentiis.] in Troliano terras et vineas cum litore maris et portu. et medietatem de castello Montis Alberti cum suis pertinentiis. curtem de filiis Rothlandi cum castello et ęcclesiis. curtem de Talusano.‖ et medietatem castelli de Lurito. monasterium Sancti Salvatoris in Cantalupo. et [monasterium] Sancti Benedicti de c. 305 B
10 Ripa [cum omnibus eorum pertinentiis.] in comitatu Asculano iuxta fluvium Asum monasterium Sancti Salvatoris cum castello Furcię, Calliano et Cimbriano, cum omnibus suis pertinentiis. castrum Ophidę, Isclam, Beneventulum, Sanctum Valentinum, montem Auguscanum, insulam Helisei, medietatem de Porchę, quintam partem de Ripa, Cosennanum, Asinnanum, montem
15 Cosi, Spinetulum, Avilanum, Dullianum, medietatem podii Sancti Emindii, castellum de Carru, monasterium Sancti Laurentii in Polesio, cum castello Rotello [cum suis pertinentiis,] octavam Postmontis, collem Marii, Podium, Montem Prandonis, montem Cretaceum, Sculculam, medietatem de foce de Tronto, curtem de Mozano, Sessu Pesile. in comitatu Aprutiensi curtem
20 de Motiano, curtem de Sarnaria, ęcclesiam Sancti Petri in Pedoniano. in comitatu Pinnensi curtem quę dicitur in Monte Peditto cum castello ibi ędificato, curtem aliam prope se, curtem Sanctę Marię in Catilini, curtem Sanctę Lucię in Ciciliano, ęcclesiam Sancti Clementis [cum cunctis appendiciis suis,] et Sancti Helię. in comitatu Teatino monasterium Sancti Stephani
25 quod ponitur in Lucania cum pertinentiis omnibus et adiacentiis suis, et phara filiorum Guarnerii, et podio Hortonellę, Sanctum Clementem sicut Atto comes per concambium pro portione de Attissa dedit. in comitatu Balbense curtem Sanctę Marię in Graiano, et Sancti Angeli, et Sancti Laurentii, et Sancti Iohannis, et ęcclesiam Sancti Peregrini, et Sanctam Mariam in Forfone
30 [cum omnibus earum pertinentiis,] et Sanctam Mariam in Sarzano. in Samnii partibus, super Vulturnum flumen, monasterium Sancti Vincentii cum castellis et omnibus suis pertinentiis, quod sanctissimus Thomas Pharphensi‖ monasterio a duce Gisulfo per pręceptum acquisivit. in comitatu Marsicano c. 306 A curtem Sancti Leucii, et curtem de Tresaqua, et Sanctam Mariam in Apinia-
35 nici, et curtem Sancti Adriani. in Amiternis castellum quod vocatur Petrorium [cum omnibus suis pertinentiis], ęcclesiam Sanctę Marię in Loriano cum servis et ancillis suis [et cum omnibus suis pertinentiis], curtem in castello Collemente cum ęcclesia Sanctę Marię, et Sancti Benedicti [cum suis pertinentiis]. territorio Interocrino ęcclesiam Sanctę Marię in Casali [cum

8. *La menzione del castello di Lurito nel Regesto si trova più sopra.* 10. *Nel Regesto* Esculano 11. *Nel Regesto* Aso 20. *Nel Regesto* Sardinaria 30. *La menzione di S. M. in Sarzano è notata più sopra nel Regesto.* 39. *Nel Regesto* Casalici

sua pertinentia], curtem [etiam] de Vallantis [ubi est] ęcclesiam Sancti Salvatoris, et Sancti Sebastiani, curtem Sancti Martini [cum sua pertinentia], monasterium puellarum [quod nuncupatur] Sancti Georgii [et est constructum sub muro civitatis Reatinę], et ęcclesiam Sancti Michaelis Archangeli [positam super fluvium Mellinum iuxta eandem civitatem cum omni integritate 5 sua], et ęcclesiam Sancti Iacobi, et Sancti Georgii, et aquam de Manichone, sicut Diula acquisivit, [cum omnibus sibi pertinentibus], ęcclesiam Sancti Salvatoris cum turre de Acu Picta, et ęcclesiam Sancti Leopardi, et Sancti Gregorii, et Sanctę Agathę, et Sancti Helię, ęcclesiam Sancti Iohannis in Asera, et ęcclesiam alteram Sancti Iohannis in Tazano, et ęcclesiam Sancti Iustini, 10 [cum omnibus earum pertinentiis]. castellum quod vocatur Lunianum, et Aspram, et podium Sancti Maximi, cum omnibus eorum pertinentiis. item, ęcclesiam Sancti Petri in Pinsile. predicto etenim Interocrino territorio curtem Canatre cum suis pertinentiis. in territorio Carzulano ęcclesiam Sancti Vincentii, et Sancti Thome apostoli cum suis pertinentiis, castrum vętus 15 de Ophiano, et castellum de Monteliano, et monasterium Sancti Iohannis [cum omnibus sibi pertinentibus]. ęcclesiam Sanctę Agnetis cum omni sua integritate. curtem de Turrita, et Narnate [cum omnibus earum adiacentiis]. in Tore curtem [unam] Sanctę Marię in Cornetum. in civitate Tyburtina ęcclesiam Sanctę Marię cognomento Sancti Adriani [cum omnibus suis perti- 20 nentiis]. in urbe Roma cellam Sanctę Marię [in cripta Agonis], et ęcclesiam Sancti Benedicti in loco qui dicitur Scorticlarii, cum criptis et earum pertinentiis, ęcclesiam Sanctę Marię in Formello [cum omni pertinentia sua, et cum fundis] quod Leo papa nonus [bonę recordationis Sanctę Marię] misericorditer contulit. in territorio [etiam] Collinense ęcclesiam Sancti An- 25 dreę, ‖ et ęcclesiam Sancti Blasii, et Sancti Sebastiani, et Sanctę Marię iuxta murum castelli extra positam, ęcclesiam Sanctę Iustinę, et ęcclesiam Sanctę Cri- (c. 306 B) stinę [cum omnibus suis pertinentiis]. in Pisia civitate, [territorio Tuscię,] ęcclesiam Sancti Petri. et alibi ęcclesiam Sancti Thomę [cum suis pertinentiis]. insuper etiam per istud nostrum pręceptum confirmamus terram 30 Sanctę Marię iuxta Pisiam, unam petiam in loco ubi dicitur Alarevoluta, aliam petiam iuxta flumen Arnum, quę vocatur Campus de vinea domnica, aliam petiam iuxta flumen Arnum ubi dicitur Plaia de Putiniano. in Gonpho terram modiorum .XXIIII. [ad sextarium pisanum, quam nos dedimus Sanctę Marię]. item, in territorio Reatino Repastum castrum. [adhuc autem] 35 in comitatu Firmano curtem Sancti Salvatoris sub muro civitatis Firmanę. et curtem Sancti Gervasii in integrum. curtem Sancti Sigismundi [cum omnibus rebus suis]. et terram de Paratinis. curtem Sancti Angeli de Villa Magna. curtem Sancti Desiderii. et curtem de Cupresseto. et cur-

1. *Nel Regesto* ecclesia 8. *Le parole* turre de *mancano nel Regesto.* 24. quod *nel testo del Chronicon, ma nel Regesto* quos 31. *Nel Regesto* Ala Revoluta *Forse* A la Revoluta; *cf. p. 171, r. 27, di questo volume e R. F. doc. 1098.*

tem Sancti Angeli in Niviano, et curtem Sancti Venantii, et curtem de Colummelli, et curtem Sanctę Felicitatis, cum universis earum in integrum pertinentiis. terram [in locis] de Raviliano, et de Solario. curtem Sanctę Marię in Motiano. et curtem de Caminatis in loco qui vocatur Murrum.
5 curtem de Brezano in loco qui vocatur Seranianus. castellum filii Guinizonis. curtem Sanctę Marię matris Domini. curtem Sancti Maroti. et curtem [quę vocatur] de Valle. curtem Sanctę Marię de Ortatiano. et curtem Sancti Salvatoris in Memoriis. curtem de Blotenano. curtem Sancti Antimi. et curtem de Monte Falcone. et curtem Sanctę Marię in Mura
10 [cum suis adiacentiis]. curtem Sancti Angeli inter duas Tennas. et aliam curtem Sancti Angeli in Murgiano. curtem Sancti Angeli in Antiano. item, ‖ curtem de monasterio Lumento cum ęcclesiis duabus, idest Sanctę Marię et Sancti Benedicti, cum omnibus earum pertinentiis. hęc autem supradicta omnia quę ad prędictum monasterium pertinere videntur seu et in futuro acqui-
15 siturum ab aliis hominibus iuste et legaliter acciderit, nec non etiam et ea quę iniuste ab aliquibus possidentur, aut in urbe Roma vel in cęteris totius regni nostri Italici partibus habere dinoscitur, per hoc nostrum prępceptum eidem sancto loco confirmamus, et per bannum et iussionem nostram nostrorumque antecessorum [vel successorum] regum vel imperatorum auctoritatem una cum terris,
20 vineis, monasteriis sibi subiectis, ęcclesiis, castellis, curtibus, domibus, villis, capellis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, mercatis, cultis vel incultis, colonis, aldiis, aldiabus, manentibus omnibusque supra terram ipsius monasterii residentibus servis, ancillis omnique familia utriusque sexus cunctisque animalibus, atque pro Dei amore nostręque animę salute eidem mo-
25 nasterio ministrantibus perdonamus, ut nullus eorum aut suorum hominum deinceps freda seu tributa undecumque exigenda aut mansiones vel paratas faciendas vel fideiussores tollendos aut homines eiusdem monasterii tam ingenuos quam servos libellarios sive clericos vel cartulatos aut offertos omnesque sub ditione ipsius monasterii commanentes distringendos vel ad pu-
30 blicas excubias compellendos aut ullas reddibitiones vel quaslibet occasiones requirendas nostri vel futuri temporis diebus ingredi audeat, ‖ aut in aliquo loco det portunaticum aut ripaticum aut glandaticum vel herbaticum vel pontanaticum tam de monachis quam de monachabus, quam clericis quamque de omnibus supra terras eorum residentibus. confirmamus eidem monasterio
35 privilegia Romanorum pontificum Adriani et Pauli, prędecessorum vero et eorum successorum, simul cum omnibus rebus sibi collatis a diversis hominibus, commutationes, donationes seu et omnia quę per instrumenta cartarum, ut prędiximus, illi largita aut largienda sunt monasterio cum omnibus suis pertinentiis. de theloneis vero mercatorum et pontium decimas ad
40 portam monasterii dare iubemus. precipientes ergo iubemus, ut nullus ar-

c. 307 A

c. 307 B

8-9. *Nel Regesto* de Sancto Antimo 17. *Nel testo del Chronicon si legge* ualici, *ma nel Regesto* Italici

chiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes vel aliquis missus noster discurrens, sculdasius, castaldius, nullaque nostri imperii magna parvaque persona prędicti monasterii abbatem vel monachos seu aliquem fidelem inquietare, molestare aut de his quę supra scripta sunt sine legali iudicio disvestire pręsumat aut aliquam minorationem facere temptet. unde monemus 5 fidelitatem vestram, ut cum iam fatus abbas vel monachi aut advocatus eiusdem monasterii in vestra ministeria iustitias requirendas venerit, duces seu comites qui pro tempore fuerint in quorum ducatu vel comitatu pręfatum cęnobium aliquid possidere dinoscitur, defensores atque adiutores ei existant in omnibus tam pręfato abbati quam successoribus eius, ut nullius potestatis 10 personam vim aut invasionem aliquam inferre permittant in his quę ad memoratam ęcclesiam pertinent. et nullus ausus sit recipere sub sua iussione aut tuitione eiusdem monasterii fugitivos vel malo animo discedentes. pręstarias vero et commutationes iniuste || factas vel iniuste acquisitas volumus irritas esse, absque pęna ligationis solutas. offertos prędicti monasterii no- 15 lumus in sęculo vagari, sed ubicumque inventi fuerint, liceat abbati qui pro tempore fuerit vel ex monachis ad monasterium revocare; si opus fuerit, dux aut comes eiusdem temporis eos ad monasterium reverti faciant. si vero de qualibet causa a parte ipsius monasterii orta fuerit intentio, non per viles personas sed per nobiliores homines et vęraciores sicuti ad partem nostram rei 20 vęritas inquiratur et finiatur. nulla denique mallatura ab advocato ipsius monasterii penitus requiratur, nec etiam bannus noster pro qualibet causa a parte memorati monasterii aliquo modo exigatur, sed liceat abbati et successoribus eius res et possessiones iam dicti monasterii sub immunitatis atque tuitionis ordine possidere. et si fotrum vel aliquid de eiusdem mo- 25 nasterii possessionibus fiscus noster sperare potuerit, totum pro ęternę remunerationis pręmio ipsi monasterio concedimus, in alimoniam pauperum et stipendia monachorum ibidem Deo militantium nostris futurisque temporibus proficiat in augmentis, quatinus memoratos servos Dei liberius pro nobis et stabilitate nostri imperii Domini clęmentiam exorare delectet. et quando- 30 quidem abbas eiusdem monasterii de hac luce migraverit, ipsis inter se monachis unanimiter consentientibus, secundum regulam sancti Benedicti, sicut eorum edocet ordo et rectum est, quem digniorem sibi invenerint licentiam habeant eligendi abbatem. si quis igitur huius nostri confirmationis pręcepti quandoque violator extiterit vel quippiam eorum quę fieri prohibuimus contra 35 pręnominatum monasterium facere temptaverit, sciat se secundum constitutionem domni et genitoris nostri Heinrici || imperatoris augusti aliorumque imperatorum qui huius monasterii roboraverunt pręcepta ac nostram pręceptionem mille libras auri purissimi esse compositurum, medietatem camerę nostrę et medietatem prędicto monasterio ipsumque regentibus. [signum domni 40

c. 308 A

c. 308 B

3. *Nel testo del Chronicon* monacho

Heinrici quarti regis, tertii Romanorum imperatoris augusti. Burchardus cancellarius vice Sigeguini archicancellarii recognovi.] data anno dominicę incarnationis millesimo .lxxxiii., [indictione .vi.,] anno autem domni Heinrici quarti regis, tertii Romanorum imperatoris augusti, ordinationis .xxx., regni .xxviii., imperii .i. [actum in Christi nomine, amen.]

Cum autem idem Heinricus imperator in burgo Sancti Valentini maneret audiretque pro certo ipsam ęcclesiam huic monasterio pertinere, eo iubente, Rainerius Vercellensis ępiscopus per hostium et clavem investivit domnum B[erardum] abbatem de ipsa ęcclesia Sancti Valentini ad proprietatem huius monasterii, sicut continetur in pręcepto imperatoris maioris Ottonis, et bannum suum misit librarum .c. optimi auri. quod factum est anno primo pontificatus domni Clementis III papę, die vigesima quarta mensis maii (1). item, Gonzo filius Abundii concessit huic monasterio res suas in castaldatu Pontanu ad Vepia cum portione ipsius ecclesię Sancti Euticii (2). item, Rainerius filius Attonis concessit huic monasterio res suas in comitatu Narniensi, in fundo Longoia, ad Buxum (3). item, Dominicus qui vocatur Mincius filius Donati qui vocatur Picinellus concessit huic monasterio ęcclesiam Sancti Martini infra civitatem Perosinam, in regione quę nominatur Porta Sancti Petri, in loco Fortuno, cuius fines sunt: a duabus partibus via antiqua, a tertio similiter et res de Baruncio, a quarto latere casa sua; et casalinum quod similiter dedit cum suo ędificio: a primo latere ipsa ęcclesia ‖ et platea iuxta ipsam ecclesiam, a secundo via antiqua, a tertio casa Fusconis castaldi, a quarto Baruncii; et aliam casam ibidem, et alterum casalinum ibidem, et duas petias terrę ad Puplitum, et Puscillę, et ad rivum Colonię (4). item, Petrus de Berardo Stefani concessit huic monasterio res suas in massa de Formello (5). item, Sabinus filius Annę concessit huic monasterio res suas in comitatu Narniensi in fundo Petra Montana ad Petrarum, et in

c. 309 A

8. *Nel testo è scritto* pertineret, *ma sull'ultima* t *par che vi sia un segno di cancellatura che però non si distingue bene.*

(1) An. 1084; *R. F.* doc. 1100 e cf. *R. F.* doc. 404 e nel *Chronicon*, I, 335.
(2) An. 1084? 1086? *R. F.* doc. 1101.
(3) An. 1085; *R. F.* doc. 1102.
(4) An. 1085; *R. F.* doc. 1103.
(5) An. 1084; *R. F.* doc. 1104.

fundo Calvaia petias quatuor modiorum trium [1]. item, Guinezo filius Burrelli cum consortibus suis concessit res suas in pertinentia de Cantalupo [2]. item, Petrus pręsbyter filius Franconis concessit huic monasterio casam et casalinum in castello Torritulo quod vocatur Colliscipuli, et duas partes de casa et casalino infra civitatem Narniensem in Valle Marcellina et regione Sancti Andreę, et duas partes unius petię in fundo Torritulo quod vocatur Colliscipuli, et de Valle Ansefredę petiam .I., et de Petriolo duas partes, et de fundo Striano, et de fundo Monte Aureo cum ęcclesia Sanctę Marię, et duas partes de ipso vocabulo, et in fundo Sacano, et in fundo Leciolę, et de fundo Monte Aureo usque in cacumen montium, et de fundo Pilionum, et de fundo Strionum petias duas, et de fundo Prato, et de fundo Tabernulę, et de cerqueto Azano, et de fundo Petrilegolo [3]. item, Dominicus et Albericus et Atto monachi filii Gisonis dederunt huic monasterio portionem suam de castello Malta, et de Captiano, et de ęcclesiis eorum, et in villa de Orta portionem de ęcclesia Sanctę Marię in Campo Martini, et in Cocina, et in Borriano, et in Flaccegano, et in ‖ Capitella, et in Letiano, et in Pingia, et in Capbiano, et in Cisiano, et in Morro, et in Mateniano, et in Breliano, et in Colliclo; quę, sunt per mensuram modiorum duum milium, cum portione ęcclesiarum et podiorum aliarumque rerum [4]. item, Tasso filius Donadei concessit huic monasterio duas portiones de castello Letonis, et de Turricella, quarum fines sunt: a primo latere terra de Camponiscis, a secundo pertinentia roccę Senebaldi, a tertio res Bernerii, venientes in rivum Sanctę Victorię, et pertinentiam castelli Caput Pharphę, a quarto latere res Tedemarii Gezonis [5]. item, Doda uxor Crescentii concessit huic monasterio res suas subtus castellum de Luco, et in rivo Cavallo territorii Sabinensis modiorum .x. [6]. item, Giso, Pallo, Azzo et Bonushomo filii Ilperini concesserunt huic monasterio res suas et castella, idest Trebule, castellum de Ilperino, castellum de Ginestra, podium

c. 309 B

(1) An. 1085; *R. F* doc. 1105.
(2) An. 1084; *R. F.* doc. 1106.
(3) An. 1085; *R. F.* doc. 1107.
(4) An. 1085; *R. F.* doc. 1108.
(5) An. 1086; *R. F.* doc. 1109.
(6) An. 1086; *R. F.* doc. 1110.

de Pizo, podium de Cauda Moza, et castellum de Ugo, quorum fines sunt: a primo latere Guidonisci, a secundo heredes Sinibaldi comitis, a tertio herędes Farolfi, a quarto res huius monasterii (1). item, Cencius filius Benefacti concessit huic monasterio
5 et domno Berardo abbati res suas in territorio Sabinensi ad gualdum de Cerro, et ad gualdum de Scrufula, et in Casarinę, et in plano de Marciliano, et in Colliclo, quę sunt modiola .cvi. (2). item, Egdo filius Acterii concessit huic monasterio res suas in castaldatu Equano ad Maltinianum, et in Staquanum (3). item,
10 Azolinus et Acciarellus filii eius concesserunt huic monasterio res suas in Septiniano territorii Sabinensis (4). item, Benedicta filia Iohannis concessit huic monasterio res suas in Bacciano, et in monte de Ota (5). item, Rainerius et Leto filii Martini concesserunt huic || monasterio res suas in comitatu Perosino pertinentię
15 Dirutę ad Vallem de Fanfaluca (6). item, Iohannes filius Oderisii concessit huic monasterio et domno Berardo abbati portionem suam de castello Terraniano et de eius pertinentię omnibus rebus (7).

c. 310 A

Hactenus concessiones editas huic monasterio temporibus domni Berardi primi abbatis narravimus; hinc eius largitiones
20 inferamus. itaque domnus B[erardus] primus abbas concessit

(1) An. 1086; *R. F.* doc. 1111.
(2) An. 1085; *R. F.* doc. 1113.
(3) An. 1086; *R. F.* doc. 1114.
(4) An. 1088? 1089? *R. F* doc. 1117.
(5) An. 1088? 1089? *R. F.* doc. 1118.
(6) An. 1089; *R. F.* doc. 1119.
(7) An. 1089; *R. F.* doc. 1121. Il *Regesto* contiene alcune altre concessioni fatte intorno a questo tempo che qui non sono annotate. Per la storia del monastero mi sembra opportuno riferir qui il documento 1115 dell'anno 1088, nel quale Donadeo preposto del monastero, accompagnato dal monaco Gregorio e da altri, proclama in Roma presso il monastero di S. Basilio, innanzi a Pietro prefetto della città e ai consoli « communitatis « boum », che Rustico di Crescenzio ritiene il castello di Correse appartenente al monastero.

In nomine Domini. tempore Clęmentis III papę, indictione .xi., mensis februarii die .v., in urbe Roma, apud monasterium Beati Basilii. Donadeus prępositus monasterii Beatę Marię quod dicitur in Pharpha, Carone eiusdem monasterii advocato loquente, proclamationem fecit super Rustico Crescentii filio de castello quod vocatur Correse, quod est monasterii Sanctę Marię, et nominatus Rusticus illud retinet, coram Petro Urbis pręfecto et Astaldo Iohannis de Astaldo, Iohanne de Petro iudice, Gerardo Crescentii de Melioso, Leone Cencii Fraiapanis filio, Sarraceno Sancti Eustathii, Huberto de Tascilo, Nicolao Cencii Barunci, Cencio Cencii Roizonis, Heinrico Sancti Eustathii, qui erant consules communitatis boum, audientibus et videntibus eodem Rustico Crescentii nec non Oddone, Landone et Rainaldo comitibus. interfuerunt quidem complures alii, Cencius de Madelmo, Beno de Cencio ferrario, Nicolaus qui dicitur Crassus, Iohannes de Crescentio. et de fidelibus Sanctę Marię interfui ego frater Gregorius monachus cum eodem pręposito, Seniorictus de Ungarello, Rainaldus de Iohanne Bono, Azo et Baruncellus Alberti de Gualafossa, Petrus et Theobaldus filius eius de la Civita.

in Monte Aureo quasdam res prętio solidorum .xx. in Cornazano, et in Agello, et in Molgia de Sancto Donato res modiorum .xxviii. et sextariorum .vii., prętio solidorum .c., ad pensiones grani modia .ii. et dimidium, de investitu modia .ii. et dimidium ad modium huius monasterii, xenia tria, de olivis 5 medietatem. in Longitio ad Sanctum Gordianum res quasdam et medietatem quartę ipsius ecclesię prętio solidorum .v. in Miana, et in Baniolo, et in Corolliano, et in rigu Pandonis alias res. in Ciciliano ad Sanctum Donatum et in Cornazano res modiorum .xxvii. et sextarii .i. prętio argenti librarum .v. in 10 Acquiniano res modiorum .ii. et sextariorum .iiii. prętio solidorum .xxx. in Casule res prętii solidorum .xii. in castello Turris casarinas prętio solidorum .xx. in Capriolo res modiorum .xxviii. prętii librarum sex. in Turano res modiorum .x. prętii solidorum .xxvi. ad pensionem grani modium .i., de inve- 15 stitu modium .i. et danarios .xii. ad Sanctum Gordianum et in Lafriniano prętii solidorum .viii. in Montaniano modia tria, de c. 310 b olivis tertiam partem, ‖ prętii solidorum quadraginta. in Sorbiliano prętii solidorum .xx. in Turano et in Tribiliano modia .xxxiii. prętii librarum .iii. in Pantanula modium .i. prętii solidorum .xx. 20 in Serrano et Pinti et Verruculę prętii librarum .x. in Ciciliano pertinentię Sancti Donati modia .xii. prętii solidorum .xxx. in Cerretulo prętii solidorum .xxiii. in Sectiniano et Colle commutate sunt res cum aliis rebus huius monasterii in Tribiliano et Verriculę et ad rivum Gleruni et Canali. in pertinentia de 25 Rocca medietatem casalis Maionis et in Privati prętii solidorum .xxx. in Loriniano prętii solidorum .vii. ad pensionem musti mundi iustas laguenas .iiii. inter Turanum et Vulpinianum modia .v. et sextaria .xi. prętii solidorum .xxx. in Campo Sancti Benedicti modia .v. prętii solidorum .xxx. in Tribiliano, et Turiano, 30 et Laniano, et Tres Virgines, et Monte Opulo, et Urbana, et Aqua Viva, et Petriolo, et Civitella, et Petrolano, et Furcata modia .cliiii. et de silva in Tribiliano, et Verrucule et Monte Opulo modia .xx. pro his rebus refutatę sunt alię res in hoc monasterio in Salisano, et monte de Ota, et Tancia, et Gras- 35 siano, et monte de Cesa. in pertinentia castelli Terraniani in

Oniano modia .IIII. et sextaria .II. et alibi modia .V. et dimidium. et alibi modia .VI. et in Agutiano modia .II. et sextaria .VII. prętio solidorum .C. in Agutiano et in Oniano modia .III. et sextaria .II. prętio solidorum .XXX.

5 Ab incarnatione autem Domini anno millesimo .LIII. prę- c. 311 A fatus domnus abbas concessit castellum Marcilianum in integrum cum ipsa ecclesia: a rivulo Calentino et a loco qui dicitur Salita sicut vadit per ipsam viam a capite silvę, et venit in vallem Crescentii Sabinensis, et in rigum Tortum, prętii libra-10 rum .C. in Agello ad quartam reddendum et operas faciendum et de musto mundo tertiam partem et xenia prętii solidorum .XX. in colle Martini modia .VIII. et sextaria .III. prętii solidorum .L. in Cerquito, et in Molgia ad Petram Aldonis, et ad Fontanam Cuculi, et ad Gorgam, et unam canapineam in Muricello pro 15 solidis .XX. de ecclesia Sancti Valentini et de ipso casale quartam portionem, et de alio casale et molino similiter pro solidis .L. ad Calcaram modia .III. et sextaria .VIIII. pro solidis .XL. in Montorio a foris ędificio castelli medietatem in integrum pro solidis .CLX. in Serrano, et Cutri, et Cerreta concessit pro librabus .V. 20 in Sanguiniano et Pantanula pertinentię Bucciniani modia .VI. pro solidis .LX. in Serrano et Curri casales .III. pro librabus .X. in Campo Sancti Benedicti casalem Anestasii et clausuram ad Murella, et de casale Martini et Iohannis Capoccii et Iohannis Campanarii, et medietatem casalis Raibonis, et de duobus molinis 25 duas partes pro librabus .X. item, casalem Capuani concessit pro librabus .X., excepta ecclesia Sancti Helię. quidam vero Gyrardus filius Beraldi refutavit ‖ in hoc monasterio sortem suam c. 311 B de castello Salisano et eius pertinentiis. domnus autem Berardus abbas concessit molinum in fluvio Riana iuxta aquimolum San-30 cti Martini pro solidis .VII. in Ciciniano res et clausuram, et in Cornazano modia .XXVII. et sextaria .II. ad quartam reddendum de omnibus et de olivis pro prętio librarum .VI. in Baniolo concessit res pro librabus .IIII. in Campo Sancti Benedicti casalem Loterii pręsbyteri pro librabus .V., excepto ipso castello 35 vetulo. in Verrucule, et in Cutri, et in Canali, et in Criptule, et casalem Sancti Iohannis, et res in Bezano, et in Sorbiliano, et in Pe-

terolo modiorum .xii. pro pr̨etio librarum .xxx. in Cerquito, et in Cavallaria concessit res pro solidis .viii. in vocabulo Scleta. et aliam clausuram concessit pro librabus .iii. item, in Cerquito et Cavallaria modia .x. et dimidium pro solidis .xxvi. et ibidem modia .xi. pro solidis .xv. in Quinza casalem Malpertiscum 5 et alias res modiorum .xi. et dimidii pro solidis .xl. ad pensionem grani modium .i., de investitu modium .i., musti mundi laguenas .x. iustas et operas .iii. item, in Cerquito et Cavallaria modia .vi. pro solidis .x. in monte Ot̨e modium .i. et dimidium, et in colle Maionis modia .vi. pro solidis .x. 10

Ab incarnatione autem Domini anno millesimo .lviiii. Albericus filius Gualabruni donavit in hoc monasterio res suas de Terraniano: a via publica qųe dicitur Crusetum venientes in limitem et in rigagines et in Calentinum, ab alio latere rigagines venientes in rigum Tortum, et in predictum Calentinum, | omnem suam 15 portionem. et alias res: a via rivi Nocr̨e venientes in puteum Gabinianum, et in terra h̨eredum Benedicti de Bonetta, et in rigagines et in rigum Scarnatorum, ab alio latere via publica venientes in rigum Calentinum, et in rigum Nocr̨e, infra Ruianum et Tricasium. et alias res in Agutianello, et Limisiano, 20 et Turano: a capite monte, a pede flumen, ab uno latere rigum Cancellum, ab alio latere Calentinum, omnes res suas in integrum. domnus vero abbas B[erardus] concessit in Cesa Arnonis modia .xviii. et dimidium pro solidis .xl. in Petra Aldonis pertinentįe Tribuci modia .ii. pro solidis .xx. in Campo San- 25 cti Benedicti, et in Valle Loriniani, et ad Sanctam Iustinam medietatem casalis Senioricti, et in Casule, et de casale Scodalupum decimam partem pro solidis .c. in Basciano et Casa Librice pro solidis .v. in Fistula sextaria .viiii. et dimidium pro solidis .xx. in Biliano et in Caminata modia .xiiii. et dimidium. in Agello 30 modia .v. et sextaria tria, et ad Rigum Siccum in fluvio Rian̨e aquimolum .i. pro solidis .lx. in Galliano sextaria .viiii. pro solidis .x. in Serrano modia .xiiii., et ad rivum Gleruni modia .v. in Bezano, et in Civitella, et in | Criptule, et in Montaniano modia .xxxiii. cum tertia parte de ecclesiis et molendinis, pro eo 35 quod refutavit res de Aqua Viva cum podio eius et rosiis, ab

c. 312 A

c. 312 B

Aqua Traversa usque in Cavas. in vocabulo Scleta res et clausuram et petiam vineę pro solidis .L. in Cavallaria de casale Fulconis duas portiones pro solidis .XL. in Rescangiano et Pontiano concessit quasdam res. in Paterno, et suptus Ripas,
5 et in Curiliano modium .I. pro solidis .XXX. in Turano, et ad Tres Virgines, et in Nazano, et in Leganillo pro solidis .XXX. in Turano, et ad Tres Virgines modia .XIIII. pro solidis .L. in Moricenti, et Bambano, et Oreclano, in colle Guineldę concessit res pro solidis .XXX. in Agutiano modia duo et sextaria .IIII., et alibi
10 modium .I. et sextaria tria, et in Iviano modia duo, et alibi modia .VI., et alibi modia .VI., et alibi modia .V. pro solidis .VI. in Turano modia .III. et sextaria tria pro solidis .XXX. in Cavallaria et Macle modia .XV. et sextaria .IIII. in Casarina modia .XVI. pro solidis .XX. in Cavallaria casalis Fulconis ferrarii duas partes, unam ad pen-
15 sionem, aliam ad quartam reddendum, pro solidis .XX. in Musiniano modia .VIIII., et in Sistiliano modium .I. et sextaria .VIIII. pro solidis .L. ‖ in Agutianillo qui nominatur Terranianum concessit domnus B[erardus] supradictus abbas cuidam Abboni res quas ipse donavit in hoc monasterio infra idem castellum et ec-
20 clesiam Sancti Antimi cum aliis rebus. item, infra ipsum castellum idem abbas concessit unam casam, et in Agutianillo iuxta ecclesiam Sanctę Marię ad Monumentum, et ad fontanam Rainonis pro terra infra ipsum castellum valente solidos .XX. in Meiana concessit pro solidis .III. item, ibidem pro solidis .VI.
25 in Feclini pro solidis .IIII. in casale Sancti Andreę modia .II. et sextaria .II. pro solidis .XXX. in Lumerano modia .III. in Campo Adonis qui nominatur Cerreta modia tria et dimidium pro solidis .III. in Bariliano pro solidis .VIII. in Agelli res cum uno aquimolo. in Postiniano et in Modio terrę modia .V.
30 et sextaria .VII. pro solidis .XX. in pertinentia castelli Ponticelli ad collem Aimonis et de ęcclesia Sancti Martini quartam partem pro solidis .XXX. in Laniano ad Sanctum Stephanum de quarta parte medietatem, et de Sancto Stephano et Sancto Valentino similiter, excepto podio de Burdella, pro prętio librarum .V.
35 aliam vero medietatem concessit similiter pro prętio librarum .V. in monte ‖ Cardonis modia .II. et sextaria .VI. pro solidis .VIII.

c. 313 A

c. 313 B

in vocabulo Salvatoris pro solidis .x. in Acutiano modium .i. et sextaria .iiii. pro solidis .xvi. in Atriano pertinentię Bucciniani sextaria .ii. et cannas .ii. pro solidis .ii. in Caniano et in Longitia, ubi est ecclesia Sancti Gordiani, pro solidis .x. in Turàno, et in Ruzula, et in Nazano, et in Leganillo, et in Laniano pro solidis .xxx. in pertinentia Cavallarię modia .vii., et in Cerquito modia .v. pro solidis .xl. in Mariniano modia .ii. et sextarium .i. et cannas .iiii. pro solidis .xxx. in Casule pro solidis .xxx. in Sorbiliano modia .viii. item, concessit casalem quem tenuit Guido Candonis pro prętio librarum .viii. in Turano modia .c. concessit Datoni filio Rainerii pro rebus modiorum .c. in hoc monasterio ab eo concessis. ad Sanctum Gethulium et ad Petram modia .xii. et sextaria .ii. et cannas .ii. pro solidis .l. in Verrucule pro solidis .lx. in Coroliano modia .vi. et sextaria .iii., et in pertinentia Postmontem modium .i. et sextaria .xi. pro solidis .xviiii. in Viaro et in villa Bucciniani modia .v. et sextaria .iiii. pro solidis .xiii. item, in villa Bucciniani sextaria .x. pro solidis .iii. in Murella et Cesa Leonis sextaria .xxvii. pro solidis .x. in Bucciniano sextaria .vii. et dimidium pro solidis .v. ‖ [c. 314 A] in Laniano modia .v. pro solidis .l. in pertinentia Cavallarię pro solidis .xx. item, concessit de ecclesia Sancti Stephani et Sancti Valentini et de aliis rebus octavam portionem pro solidis .xxx. in Ruzula, ubi est ecclesia Sancti Clementis, et in Turano, et in Nazano, et in Leganillo pro solidis .xx. in pertinentia Salisiani et in Sectiniano pro solidis .xxx. in Cesa Arnonis modium .i. et sextaria .viiii. pro solidis .xii. in Casule pro solidis .x. ad molas Palumbi medietatem unius sedii molę pro solidis .xv. item, ibidem alias res pro solidis. xv. in Cavallaria concessit pro solidis .xx. in Calistiano modia .xx. concessit ad omne servitium faciendum. in Serrano pro solidis .x. item, iuxta Civitatem, et ad Ponticlum, et ad Calcariam concessit pro solidis .l. ad Sanctum Donatum pro solidis .viii. in Fornicata modia .ii. pro solidis .xii. in Serrano modia .ii. pro aliis rebus. item, in Serrano modia .iiii. pro solidis .x. et ibidem modia .iii. et sextaria .iiii. in Urbana modia .ii. et sextaria .iii. pro solidis .xx. in Cannitulo

sextaria .xv. pro mula una solidorum .xv. ad Sanctum Gethulium casamentum prȩsbyteri Siconis, et in Sistiliano, et in Serrano, et in Peterolo pro solidis .CLX. in Longitia, ubi est ecclesia Sancti Gordiani, et in Caniano pro solidis viginti duobus.
5 in Paternione modia .XXVII. et sextaria .II. ad quartam reddendum pro prȩtio librarum .VI. in Fisiniano modia .XVIII. et in ca‖sale Turellȩ modia .VIII. pro solidis .XX. in Cutri modia .III. et sextaria .IIII. pro solidis .XL. in Civitella et in Sorbiliano modia .VII. pro portione aquimoli. in curte Sancti Gethulii ad
10 Vallem Spolitinam pro solidis .XXX. in Arnaro ad podium Datonis modia .III. et sextaria .III. pro solidis .X. ad Sanctum Ciprianum pro solidis .LX. in Fistula sextaria .VIIII. et medium pro solidis .XVIII. in Criptule et in Serrano modia .VIII., et in Cerquito modia .XV., et in Maclȩ modia .XIIII., et in rigu Gle-
15 runi modia .V., et in Verrucule modia .III., et in Peterolo, et in Civitella, et in Urbana, et Monte Opulo pro prȩtio librarum .VI. in Serrano modia .VIIII. pro solidis .XX. in Cavallaria et in Granica modia .XII. et medium pro solidis .XXX. in Serrano pro solidis .XII. in Cavallaria modia .X. ad decimam reddendum
20 pro solidis .XII. item, ibidem in Antiquo tertiam partem casalis ad decimam reddendum pro solidis .XV. item, iuxta castellum Tribucum medium molinum pro librabus .VI. in Campo Sancti Benedicti modia .XV. pro solidis .XL. in Tancia pro solidis .XL. in Casule medium casalem pro solidis .XL. et aliam medieta-
25 tem pro solidis .XL. in Monte Sicco tertiam partem casalis pro solidis .XXX. in Loriniano pro solidis .XXXVII. in Serrano et in Pantanula pro solidis .XXX. in pertinentia Sancti Gethulii et Sancti Salvatoris pro solidis .XXX. ‖ in Cesa Arnonis modia .IIII. pro solidis .XVII. in Pantanula sextaria .X. pro solidis .VI.
30 in pertinentia Cavallariȩ modia .V. pro solidis .XII. in colle Guineldȩ et in Sorbiliano modia .II. et sextaria .II. pro solidis .XXX. in Buto unum sedium molȩ et aliud medium pro prȩtio librarum .V. item, iuxta Tribucum unius aquimoli partes .II. pro uno aquimolo in Currisio ad Trullum. in Asiniano, et in Vi-
35 tilliano, et ad Foces, et ad Columnellas, et ad Fossas, et ad collem Guasta Cicer, et ad collem Domnariscum, et in Sesarano,

c. 314 B

c. 315 A

et in Villa Rustica, et in Serrano, et ad Tres Virgines, et medietatem unius molę pręsbyteri Azonis, pro rebus aliis commutatis. in Serrano et Canali modia .xxv., pro aliis rebus concambiatis. in Paterno, et in Coroliano, et in Petrolano, et in Cese pro solidis .xxx. in Pantanula et in monte de Ota pro solidis .x. 5 in podio Catini ad Caprilia modia .xxxiii. pro prętio librarum .iii. in casale Sanctі Andreę modia .ii. in Terraniano et in Agutianillo et portionem ecclesię Sancti Antimi pro una portione castelli Terraniani. in Rugiano quasdam res in Campo Sancti Benedicti pro solidis .lx. in Agutianillo sextaria .viii. pro so- 10 lidis .x. in Cesa Veteri et in Columnella modium .i. et sextaria .xviii. ‖ pro solidis .xx. in Spineta modia .ii. et sextaria .viii. pro bove solidorum .xi. in Bucciniano pro solidis .vii. in Campo Sancti Benedicti modia .vi. pro solidis .xvi. in Quinza concessit quasdam res cum medietate unius aquimoli pro rebus 15 solidorum .clx. in Monte Aureo et ad Caput Aquę modia .x. et sextaria .x. et dimidium et portionem ecclesię Sanctę Lucię pro solidis .xlii. in casale Roccari et Guesi modia .v. ad decimam reddendum pro solidis .xxx. in Bucciniano modia .iiii. et sextaria .iiii. et alibi modium .i. et sextaria .v. et in ca- 20 sale Sancti Andreę modia .ii. et sextaria .viii. et in Casali modium .i. et sextaria .ii. item, in casale Sancti Andreę sextaria .iiii. pro solidis .xxx. in Bucciniano et ad Criptas de Inga modia .ii. pro solidis .xxvi. in Campo Sancti Benedicti et ad flumen Tyberis pro solidis .cxx. in Cerquito, et in Caballaria, 25 et in Antiquo modia .viii. pro solidis .xxx. in Fisiniano, et in Piniano ad Sanctum Marianum modia .vii. pro solidis .xxvi. in Loriniano modia .viiii. pro solidis .xxx. in Cesa pertinentia Tribuci modia .v. pro solidis .xxv. in Miana modium .i. et sextaria .vii. et medietatem pro solidis. x. in Casaliclo ad Sanctum Sal- 30 vatorem pro bove solidorum .xii. in Musileo duodecimam partem casalis pro pullo caballino .i. et solidis .viiii. in Acquiniano modia .ii. et sextaria .ii. pro eisdem rebus hic collatis. in Bucciniano modium .i. et sextaria .ii. et medietatem pro solidis .x. in Canali concessit res pro solidis .xxxv. in Petrolano modia .xv. 35 pro solidis .xxx., cuius renovatio solidorum .xv. in Campo

c. 315 B

Sancti Benedicti concessit res pro prętio librarum .VI. in Serrano modium .I. pro solidis .XII., renovatio eius solidorum .VI. in Ortisiano et in Agutiano modia .IIII. || pro solidis .X., renovatio eius solidorum .V. in Campo Sancti Benedicti ad castellum vetus pro solidis .L. in Cavallaria modia .IIII. pro solidis .X. in Sala modia .IIII. et sextaria .VII. pro solidis .XXX. in Turri modia .II. pro solidis .XII. [i]n Cannitulo modia .V. et medietatem pro solidis .XXX. in Capriolo medietatem aquimoli pro solidis .XX. in Cannitulo modia .VII. pro solidis .X. in Bucciniano et in Sala modia .IIII. pro aliis rebus hic collatis et portione ecclesię. in Fornicata et in Piniano modia .VI. pro solidis .XV., renovatio eius solidorum .VII. et medium. in Urbana, Casarina, et Conflenti modia .V. pro solidis .XII. in Bucciniano modia .II., et in monte Canali modia .II., et in Pantanula modia .VIII., et ad Cellarium sextaria .VIII., et in casale Sancti Andreę modia .II. pro aliis modiis .IIII. in Pantanula sextaria .XI. pro solidis .VI. in Leganillo sextaria .XVIIII. pro solidis .VI. in Bucciniano modia .IIII. pro portione Sancti Andreę quam hic refutavit et sextaria .VI. in Viaro et in villa Bucciniani modia .V. et sextaria .IIII., excepta ecclesia Sanctę Lucię, pro solidis .XII. in Variliano modia .XV., et alibi modium .I. pro eisdem rebus hic collatis. in Bucciniano modium .I. pro solidis .XII. in Albuciano modium .I. pro solidis .VI. in Pantanula modium .I. et sextarium pro solidis .VI. || in Tancia modium .I. et medietatem pro aliis rebus hic collatis. ad Tres Virgines, in Ruzula, casalem de Ulmetto, et in Laniano casalem de Alboni modiorum .IIII. pro solidis .XXX. in Saliano modia .II. pro solidis .XX. in Pantanula Meianę modia .IIII. in colle Guinelde sextaria .VII. et medietatem pro solidis .V. in Urbana, et Casarina, et Conflenti modia .IIII. et medietatem pro solidis .XVIII. in Ortisiano, et Cripte ad campum Teuzonis, et Ruiano, et ad Campum Sancti Benedicti modia .XVI. pro solidis .XVIII. in Valle Gramundella modia .II. et sextaria .IIII. pro bove solidorum .XX. in Ortisiano pro solidis .L., excepta ecclesia Sancti Silvestri cum ipso podio. in Calviniano modia .II. et medietatem pro solidis .XII. in colle Porcini et casale de Calvis modia .XXII. pro servitio et solidis .VII.

c. 316 A

c. 316 B

in Marzulano, ubi est ecclesia Sancti Nicolai, pro prętio librarum .xx. in Basciano modia .v. pro solidis .xx. in Cannetulo modia .IIII. et medietatem et portionem ecclesię Sancti Andreę pro solidis .xv. in Valeriano sextaria .xv., et in Cannetulo sextaria .IIII., et in casale Sancti Andreę sextaria .II. pro solidis .XIIII. in Cannetulo 5 modium .I. et sextaria .IIII. pro solidis .XVI. in casale Arnolfi medietatem eius pro solidis .CIIII. in Valle Marini modia .III. pro solidis .XII. in Galoniano modia .II. et dimidium pro soli-
c. 317 A dis .xx. in Terraniano modia .XVI. pro cavallo uno. || in Ortisiano et in Valle super Sancto Vestro modia .x. pro solidis .XXXIIII. 10 item, in Ortosiano infra clausuram modia .VIIII., de terra culta modia .VIIII., de inculta modia .IIII., pro prętio librarum .III. in Viaro modia .III. pro solidis .LVI. item, ad molas Guilgeradi aquimolum pro solidis .XXV. in curte Sancti Gethulii pro solidis .VIII. in Petrolano modia .IIII. pro solidis .xx. in Ver- 15 rucule et Cerquito modia .III. pro portione portus de Tribiliano. in Sorbiliano casales .II., et in Bezano casalem .I., et in Serrano casalem .I., et ad Formam casalem medium, et in Criptule casalem .I., et in Sectiniano casalem .I., et casalem filii Martini, et ad pontem Tribuci aquimolum .I., et ad molas de Meso aqui- 20 molos .III. pro aliis rebus concambiatis. in Ilica territorii Asculani a flumine Clarino in verticem montis, a pede Troìntum, a tertio latere filii Odemundi, a quarto latere cacumen montis, medietatem earum. in Campo Sancti Benedicti et in Ortisiano modia .XI. et sextaria .VII. ad quintam reddendum pro solidis .XXVIII. 25 in Bucciniano et Cannitulo modia .VII. et sextaria .xx. pro solidis .x. in Pereto modia .xv. et in Calentino aquimolum medium pro solidis .xxx. in Bucciniano modia .IIII. et sextaria .II. et in Cannitulo modia .IIII. et sextaria .IIII. pro solidis .IIII. in Caniano modia .VII. et sextaria .IIII. et ad Sanctum Gordianum 30
c. 317 B modia .IIII. pro solidis .xx. || in Pantanula sextaria .xx. pro solidis .XIII. in Cannitulo modium .I. et sextaria .II. pro solidis .IIII. item, in Irculi modia .v. pro solidis .xxx. in Calviniano modia .II. pro solidis .XIII. in Scurano territorii Collinensis medietatem unius aquimoli pro prętio librarum .II. in pertinentia 35 Arci modia .III. pro solidis .VIIII. item, ibidem modia .II. pro

solidis .vi. item, modium .i. pro solidis .iii. item, modium .i. pro solidis .iii. in casale Bassallori modia .xii. pro solidis .xx. in Cesa Arnonis modia .ii. et sextaria .iiii. pro solidis .x. in Campo Sancti Benedicti modia .iiii. pro boum pari .i. solidis .xx.
5 in Limisiano et Achiniano pro rebus in hoc monasterio collatis. in Peculiare casalem Menzonis pro solidis .xxx. in Vulpiniano modia .ii. pro solidis .xii. in Orclange pro solidis .vii. in Bucciniano modia .ii. et sextaria .vii. pro solidis .xxx. in Monte Aureo sextaria .vii. pro solidis .iiii., cuius renovatio solidorum .ii.
10 in territorio Collinensi ecclesiam Sancti Sebastiani ad pensionem reddendum grani modia .v., investiti modia .v. in Cosciano modia .iii. et sextaria .vii. pro solidis .xx. in Bariliano modia .iiii. pro solidis .x. in Marzulano pro solidis .xxx. in Arnario et Monte Aureo sive Fistula modia .ii. et sextaria || .iiii. c. 318 a
15 et portionem ecclesię Sancti Iohannis pro ipsis rebus in hoc monasterio collatis. in Limisiano domos .ii. et in Agutianello modia .xx. pro portione ipsius castelli in hoc monasterio collata. in gualdo de Cerro modia .xliii. et sextaria .viii. pro rebus hic collatis ad Caput Aquę et argenti librabus .iiii. in
20 Moricentum et in Luciniano et in Orclange pro solidis .xv. in Scandrilia de casale Genzonis, et Aprutii, et de gualdo, et casale Camponis, et de Bucco, et Dominici, et de Peliscis. in Ficlini pro solidis .viii. in gualdo Cerri modia .iiii., et ibidem modia .ii., et in Ruiano modia .xvii., et ibidem modia .iii., et in
25 Cantalupo modia .iiii. pro solidis .l. in Pantana Montis Opuli clausuram unam. in Terraniano sextaria .xv. et cannas .ii. pro solidis .xvi. in plano de Polo ad Sanctum Marum pro solidis .xl. in Paterno et Luca casalem et aquimolum pro argenti librabus tribus. in Cantalupo concessit quasdam res. in Ru-
30 finiano modia .v. pro solidis .l. item, prope castellum Arci modia .ii. pro solidis .xx. in Cannitulo modia .ii. et ibidem sextaria .x. pro solidis .xiii. in Fistula et Arnaria modium .i. et ibidem modia .iiii. pro solidis .xxxvi. in pertinentia Arci modia .ii. pro solidis .viii. in Cesa Arnonis et ad || Rigum c. 318 b
35 Siccum petiam .i., et ad Sanctum Sabinum petiam unam, et ad Cabalcamale petiam .i. pro solidis .xx. in Laniano inter .iiii. pe-

tias modium medium pro solidis .III. in Ofiano in villa de Cervia pro solidis .LX. in Pipiliano concessit prędictus domnus Berardus abbas de casale Iohannis de Uberto, et ad Fontanam de Pipiliano, et in casale Azonis et Tebaldi de Maroza modia .XX. pro servitio sibi exhibito (1). 5

c. 319 A Anno millesimo .LXXXI., temporibus Gregorii VII papę, indictione .IIII., quidam Todinus filius Beraldi rogavit cartam in hoc monasterio Sanctę Marię et Berardo abbati eiusque successoribus in perpetuum de rebus suis positis in comitatu Reatino, quarum fines sunt: a pertinentia Civitellę usque in cacumina montis, 10 inde revertentes per pertinentiam Casalicis et collis Gaimari, pergentes per flumen Mellinum, et revertentes ad priorem finem; inter quos sunt castella tria, quę sunt Aspra, Lunianum, et podium Sancti Maximi; quorum omnia in integrum, excepto ad ecclesiam Sancti Viti modia .V. et fegum quod tenet Transmundus Adul- 15 terinus foris ipsis castellis; et quicumque abstrahere voluerit, componat libras mille optimi argenti; testes Tebaldus Dodonis, Maifredus Guidonis, et Dodo Dudati (2).

Anno autem Domini millesimo .LXXXVIIII., indictione .XIII., mense augusti, Herbeus comes rogavit cartam concambiationis et 20 permutationis in hoc monasterio et domno B[erardo] abbati eiusque successoribus in perpetuum de rebus quas habebat in territorio Sabinensi, ubi dicitur Petra Dęmonis, omnem medietatem, idest suam portionem de ipso castello et cunctis pertinentiis eius, et de Scandrilię castello et eius pertinentiis, et de castello Cerreti 25 Mali et cunctis pertinentiis eius, et de castello Sancti Angeli quod eius Caput Farfę cum eius subiacentiis; de omnibus suprascriptis rebus medietatem in integrum, quarum fines sunt: a primo latere cripta Fornicaria pergens in roccam Senebaldi et venientes in Turanum, et per ipsum abeuntes in Puzaliam, et in Canem Mor- 30 tuum, ‖ et in Porcili, et in Maclam Felcosam, et in Montem Aureum, et in Ponticellum, et in Vicum Novum, et in Frassum, et c. 319 B

6. *Dalla c. 319 A alla fine della c. 326 la scrittura è di Gregorio di Catino.* 27. eius] *Così nel testo. Probabilmente* est

(1) Le largizioni concesse dall'abbate Berardo I sono registrate nel *Largitorio* dalla c. CCXX B alla c. CCLXXVIIII A.

(2) An. 1081; *R. F.* doc. 1254.

in Rivum Nigrum, et in suprascriptam criptam Fornicariam. et recepit similiter permutationis vice res huius monasterii quas in hoc monasterio per cartam proprietatis concessit Todinus filius Beraldi in comitatu Reatino, quarum fines sunt: a pertinentia Civitellę
5 usque in cacumina montis, inde revertentes per pertinentiam Casalicis et collis Gaimari, pergentes per flumen Mellinum, et ad priorem finem; inter quos sunt castella tria, idest Aspra, Lunianum, et podium Sancti Maximi. quod si omnes suprascriptas res et castella cum ecclesiis et monasteriis vel cunctis eorum pertinentiis
10 nobis retollere ipse aut sui heredes pręsumpserint, aut si litem aliquam inde exercitaverint, componant in hoc monasterio nomine pęnę .cc. libras auri purissimi, et hę commutationes permaneant firmissimę [1].

Anno Christi millesimo .xciii., indictione .i., mensis martii
15 die .v., Oddo filius Iohannis rogavit cartam proprietatis de castro quod vocatur Maccla cum omnibus suis pertinentiis in hoc monasterio Sanctę Marię et domno B[erardo] abbati [2] et eius successoribus in perpetuum [3]. eodem quoque anno et mense suprascripto Octavianus comes filius Iohannis Oddonis optulit
20 et donavit in hoc monasterio et domno B[erardo] abbati [4] eiusque successoribus in perpetuum medietatem castri quod dicitur Caminata cum omnibus adiacentiis eius et ecclesiis; exceptavit turrem illius quam teneat filius eius et cartam de ea faciat in hoc monasterio tali || tenore, ut sine fraude et damno istius monasterii c. 320 A
25 teneat eam, et si damnum aut fraudem fecerit contra istum monasterium et eius ministros, perdat ipsam medietatem predictę Caminatę et habeat illam Sancta Maria. terram vero quam in pignus posuit fratri suo recolligat pars Sanctę Marię si voluerit, et det pro illa libras .xxv. in festivitate sanctę Marię, et alias

(1) An. 1089? 1090? *R. F.* doc. 1255. Questo documento dipende dal documento 1095 citato più sopra a p. 171 di questo volume Nel *Regesto* il documento indica soltanto come nota cronologica la indizione xiii che corrisponde al 1090 e perciò fu attribuito al 1090 pure avvertendo che il *Chronicon* assegna questo cambio all'agosto del 1089 e alla indizione xiii, che sono note cronologiche contradditorie. Se il documento va attribuito al 1090 l'abbate menzionato in esso è Berardo II.

(2) Berardo II.

(3) An. 1093; *R. F.* doc. 1256.

(4) Berardo II.

libras .xxv. in alia festivitate sanctę Marię de ipsa moneta quę in Roma expenditur, exceptis denariis de banno. exceptavit quoque iustitiam quę pertinet ad Sanctum Iohannem de Argentilla et quam tunc possidebat. et tradidit prędictus Octavianus de castro Bivaro partem quartam quę fuit Teutonis, quam tenebat Carbo, ut habeat eam Sancta Maria sicut et partem Transmundi (1). 5

Tempore autem domni Clementis III papę, indictione .viiii., mense novembris, Octavianus prędicti Iohannis Oddonis filius, pręsente domno Ferrucio sanctę Sedis apostolicę secundicerio atque 10 Carone urbanę prefecturę causidico necnon astantibus subscriptis testibus, refutavit in manus domni B[erardi] huius monasterii abbatis omnem litem et querimoniam quam idem Octavianus fecerat huic monasterio et prędicto abbati de tota terra de Scandrilia quam invaserat pro litigio quod fecerat Herbeo comiti et 15 de stipulationibus guadimoniorum quas sibi requirebat ac de cunctis litibus quas pro illis negotiis adversus eundem abbatem exercuerat, sub tali quidem obligatione, ut nec ipse nec hęredes eius aut aliqua persona a se submissa de omnibus quę dicta sunt litem c. 320 B vel requisitionem ‖ nominato monasterio aut domno abbati unquam 20 faceret. quod si presumeret, libras .xx. papiensium denariorum sibi componeret, et eadem lis inanis foret. testes sunt: Sarracinus a Sancto Eustatio, Tedemarius Gezuni, Iohannes de Nasso (2). filii autem quondam Crescentii comitis fecerunt diffinitionem cum domno Berardo abbate de castello Tribuco et pertinentiis eius, 25 ut recta fide adiuvarent eum infra ipsum castrum et eius pertinentiam; cuius fines pertinentię istę sunt: a primo latere flumen Farfę, a secundo latere via Britta pergens in Ponticlum et in curtem Sancti Benedicti, a tertio latere ipsa curtis Sancti Benedicti, a quarto latere flumen Maius. alię fines de alia parte: a primo 30 latere terra huius monasterii quam ad manus nostras tenemus et terra filiorum Azonis pręsbyteri quam per scriptum tenuerunt et venientes in Farfam, a secundo latere rivulus currens inter Ca-

11. *Nel testo* Caronę

(1) An. 1093; *R. F.* doc. 1274. (2) An. 1085; *R. F.* doc. 1260.

nalim et Serranum, euntes in rigum Cancelli et in flumen Maius, a tertio latere ipsum flumen Maius, a quarto latere flumen Farfa. infra istos terminos obligaverunt se et heredes suos, ut non facerent nec consiliarentur ut Berardus abbas vitam perderet aut membra aut malam presam haberet, et medietatem castelli Tribuci et eius pertinentię et curtem Sancti Gethulii cum tribus casalibus non tollerent nec contenderent nec consentirent tollere, et contra omnem hominem adiuvarent eum tenere et defendere recta fide, et per malum ingenium non ei suffrangerent, et terram non conquistarent nec acquirerent nec dominarentur, excepto quantum Crescentius per scriptum ‖ et infrascriptum tertio generis ab Hugone abbate acquisiverat, et nostros homines non tollerent nec comprehenderent nec eorum terram neque illorum homines [1].

c. 321 A

Temporibus namque domni Heinrici imperatoris, mense augusti, indictione .vi., orta est intentio contra domnum Berardum abbatem huius monasterii Farfensis a Donadeo filio Bonhominis pro terra pertinentię castri Farę quę iure suprascripti monasterii esse dinoscitur, quemadmodum Tinto per cartam donationis concessit huic monasterio. hanc autem prędictam terram, postquam pręfatus Tinto roboravit cartam ipsam in hoc monasterio, dedit

(1) Data incerta; *R. F.* docc. 1258, 1259. Mi sembra opportuno riferire qui per intero il secondo di questi documenti (1259), togliendolo dal *Regesto*.

Breve recordationis et obligationis facio ego Crescentius comes Ber[ardo] abbati et vestri monasterii pręordinatis de rocca Tribuci quam reddere vobis debeo in anno expleto in carnem laxare, et obligo me per pignora quę tu, Ber[arde] abba, tenes. si in termino anni expleti in carnem laxare, vel tibi, abba, vel monasterii pręordinatis roccam Tribuci non reddo sine fraude et malo ingenio, si vos non firmabo et securabo per omne firmamentum sicut vos me firmare volueritis, absque dubio pignora quę tenetis in perpetuum habeatis. insuper obligo me et filios meos, ut non faciamus nec consiliemus facere ut B[erardus] abbas vitam perdat aut membra aut malam presam habeat, et medietatem castelli de Tribuco et eius pertinentię et curtem Sancti Gethulii cum tribus casalibus non tollamus nec contendamus, nec consentiamus tollere nec contendere, et contra omnem hominem adiuvamus vos tenere et defendere recta fide, et per malum ingenium non vobis suffrangimus, et a fluvio Currise usque in rivulum Calentinum et a flumine Maiori. infra istos terminos terram non conquistamus nec acquirimus nec donamus, excepto quantum Crescentius per scriptum et infrascriptum tertiogeneris ab Hugone abbate acquisitum habet, et tuos homines non tollimus nec comprehendimus nec eorum terram neque illorum homines. et si tollimus vel minuamus aut molestamus, et sic non observamus et non adiuvamus tenere et defendere sicut scriptum est, et infra spatium .xxx. dierum non emendamus, absque dubio pignora quę tenet Tinto cum nepotibus veniant in manus vestras. iterum obligo me et meos filios et meos homines de omnibus rebus mobilibus monasterii et suorum hominum et fidelium, quod non tollimus nec molestamus, et si fecerimus, infra spatium .xxx. dierum emendemus, et si non emendaverimus, de ipsis pignoribus tantum tollet Tinto cum nepotibus et det in prętium quanti valet res quam emendare debemus.

in pignus per cartam filię suę Carębonę, quod contra legem fuisse videtur. post hęc restituit ei ipsam rem pro qua pignus ipsum habebat, sed non recepit eandem cartam a filia sua. tunc supradicta Carabona ancilla Dei inique adhęsit eidem Donadeo et propter amorem consanguinitatis tradidit illi ipsam cartam. per 5 cuius occasionem cartę quę legalem investituram non habuit, invasor et causator huius terrę extitit idem Donadeus. postquam autem Heinricus imperator ipsum castrum Farę cum ipsa terra et omni eius pertinentia restituit huic monasterio, propter cupiditatem terrę quam desiderabat acquirere, immisit contra nos litem, 10 et consiliatus est cum Rustico Crescentii et aliis nostris inimicis, tractans malum contra nos prout potuit. ex multis vero malis unum nunc proferimus. denique per suum consilium et incitamentum Berardus filius Beraldi tulit nobis Lunianum, quod cum c. 321 B aliis castellis ‖ Todinus concesserat nobis per cartam proprietatis, 15 et occurrit ei statim cum adiutorio et immisit contra nos bellum ubi milites nostri interfecti sunt. igitur coacti ob metum mali quod contra nos exercere non cessabat ipse Donadeus cum omnibus sibi faventibus contra nos die noctuque, et formidantes ne deteriora pateremur, refutavimus illi ipsam terram consilio iu- 20 dicum, videlicet Petri Sabinensis et Iohannis Hortanę civitatis, asserentium quod nequaquam ipsa refutatio vel traditio valere vel permanere posset per legis iudicium, sed in hoc monasterio omni tempore firma et stabilis perseveranda [1]. pręterea domnus Berardus abbas pręparatus fuit in medio mensis novembris ad iusti- 25 tiam faciendam et recipiendam a Donadeo Bonihominis de invasionibus quas fecerat ipse Donadeus de rebus huius monasterii positis in locis nuncupatis, scilicet in pertinentia Fare ubi dicitur Postmontem, et in pertinentia Scandrilię ecclesiam Sancti Petri cum omni pertinentia et sicut tenuit Gonzolinus et Oderisius Adul- 30

(1) An. 1098; *R. F.* doc. 1275. Intorno alla data di questo documento si annota nel *Regesto* (V, 249) che esso evidentemente fu scritto buon tempo dopo la visita d' Enrico IV al monastero di Farfa e dopo l'assalto dato dai suoi soldati a Fara (an. 1082, indizione v), e per conseguenza sembra certo che l' abbate menzionato sia Berardo II, e che debba escludersi la sesta indizione corrispondente all' anno 1083. Sotto Berardo II la sesta indizione cadde una sola volta nel 1098.

terinus, et in Aqua Viva in pertinentia podii de Moiano, sicut tenuerunt filii Gezonis de Remengarda. et a Iohanne de Masso de rebus quas tenuerat ab hoc monasterio, sed iure amiserat, idest in Bezano, et in Sorbiliano, et in Serrano, et in Postmontem, et
5 in Farfa molas .II. et venit prȩdictus domnus abbas cum iudicibus et advocatis aliisque instrumentis ad placitum necessariis. at ipsi prȩfati venire non curaverunt, scientes se nullam iustam causam habere, multis tergi||versationibus litem protelare cupientes. Oddo autem et Octavianus frater eius eorum calliditates c. 322 A
10 occultare volentes, eo quod eorum parti favere videbantur, de pignoribus secundum quod promiserant adimplere nolentes, protestati sunt domnum abbatem per .xv. dies ante constitutum terminum illis debuisse nuntiasse, ideoque constituerunt, ut post scilicet in die nono prȩnominatus abbas secum sui iurisperitos haberet.
15 Donadeus vero et Iohannes de Masso similiter. ideoque ipsi alios se habituros spoponderunt, ad hoc ut si prȩdictus abbas cum testibus posset probare alicui eorum se, ut superius dictum est, denuntiasse, tunc illi secundum hoc quod de pignoribus in se receperant atque firmiter promiserant, procul dubio adimplerent.
20 die vero constituto prȩdictus domnus abbas, ut positum fuerat, interfuit, etiam cum testibus, scilicet Azone Ilperini, et Baruncello Rustici, et Amato Ortensi, iureiurando affirmare volentibus ipsum in eorum prȩsentia domnum abbatem sic Donadeo dixisse: « Ecce « terminum, prȩpara te ad placitum ». eundemque Donadeum
25 ita respondisse: « Sic sit, sed hoc pertinet ad dominum meum ». verum neque prȩnominati fratres, neque Donadeus et Iohannes se, ut dixerant, prȩparaverunt, neque iusiurandum testium receperunt, neque de pignoribus, veluti promiserant, adimpleverunt. quando autem ipsi suprascripti iusiurandum facere voluerunt, tales homines
30 qui rogati sunt testes interfuerunt, idest Iohannes de Hugolino, Guittones de Alberto, Tebaldus de Petro Civitellȩ, Loterius de Suavi, Crescentius de Crescentio Frankitti, Girardus et Oddo fratres Oddonis Tiniosi, Tyburus, Ardengo, et Bono de Rozolino (1).

Quidam Suavis et Berardus germani fratres obligaverunt se c. 322 B

14. sui] *Così nel testo.*

(1) Anno circa 1098, data approssimativa del doc. 1275. *R. F.* doc. 1276.

suosque heredes et per cartam concesserunt in hoc monasterio et domno Berardo abbati eiusque successoribus casalem quem tenet Guido prȩsbyter, et casalem quem tenet Necto Iohannis de Adam cum molinis et aquimolis, et medietatem casalis quem tenet Iohannes Becca, et medietatem casalis Petri de Stephano cum molinis, eo tenore, ut [si] ipsi et eorum hȩredes terras et vineas et silvas et prata et aquimolos quos habent inter fluvium Currisem et rivulum Calentinum venderent vel donarent vel commutarent aut per ullum quodlibet ingenium in alterius potestatem submitterent, nisi in hoc monasterio et domno abbati vel eius successoribus, carta ipsa, et quȩ continentur in ea, omnia veniant in hoc monasterio. quod si vendere voluerint, insimul vendant in hoc monasterio, et sine fraude vel malo ingenio per terminos diffinitos et convenientes accipiant prȩtium librarum .cxx. suptilium denariorum (1).

Anno autem Domini millesimo .XLIIII., quidam Iohannes filius Frage cum omnibus suis consortibus concessit in hoc monasterio ecclesiam Sancti Petri apostoli territorii Esculani ubi dicitur Casa Moraria cum omnibus pertinentiis eius (2).

Temporibus quoque Stephani VIIII papȩ, Girardus comes una cum Theodora comitissa concessit in hoc monasterio et domno Berardo abbati duas ecclesias, Sanctȩ Mariȩ quȩ est ad pontem de Flaiano, et Sancti Blasii intra castellum de Flaiano, cum omnibus earum pertinentiis (3).

Temporibus domni Nycolai II papȩ, quidam Iohannes qui dicitur de Nicto concessit in hoc monasterio et domno Berardo abbati duas partes de ecclesia Sancti Blasii, et aliam partem de ecclesia Sanctȩ Mariȩ iuxta castrum de Flaiano, et Sancti Blasii intra Flaianum cum omnibus pertinentiis earum (4).

c. 323 A

Anno primo domni Gregorii VII papȩ, quidam Belizo Rainerii de Teuzo filius libertatem dedit in ecclesia Sancti Blasii martyris quȩ posita est in territorio Collinensi, intra castellum quod dicitur Flaianum, cum omni suo decore atque pertinentiis, cum cellis, claustris et terra in circuitu eius, ad sepulcra hominum fa-

6. si *manca nel testo*.

(1) Data incerta; *R. F.* doc. 1277.
(2) An. 1044; *R. F.* doc. 1273.
(3) An. 1058; *R. F.* doc. 1270.
(4) An. 1060; *R. F.* doc. 1271.

cienda, ut sit usque in ęvum absque ulla datione vel redditu, secundum consuetudinem Ecclesię catholicę Romanę, ut in perpetuum secura et libera sit, et absque ulla condicione in usum et utilitatem et servos servorum Dei. et si quis hoc donum ullo
5 ingenio ex proprio iure Sanctissimi Blasii ecclesię extirpare pręsumit aut frangere quod supra legitur, cum iniquo iudice ligatus ac cruciatus in inferno, et cum impiis perpetuo anathemate damnatus, et a corpore vel sanguine redemptoris Christi et ab universis ecclesiis eius et a catholicis Christianis segregatus, et undique dor-
10 miendo, vigilando, maledictione perpetua assiduoque fulgure a planta usque ad verticem flagellatus, et vivens mortuus efficiatur perenni morte in secula infinita, et cunctum per orbem fiat. insuper componat in pręsbyteris eiusdem ecclesię auri libram .I. (1).

Mense augusti, indictione .XIII., Regizo Sabinensis ecclesię epi-
15 scopus refutavit in hoc monasterio et in manus domni Berardi abbatis ecclesiam Sancti Viti in Tancia cum omnibus eius pertinentiis infra istos fines: a capite via super ipsam ecclesiam, a pede fossatus, a tertio latére rigus, a quarto latere tenimentum Camponisci, ab ipsa via pergentes in suprascriptum fossatum per terminos designatos.
20 pro qua refutatione ipse domnus abbas B[erardus] concessit in suprascripto episcopio unam ecclesiam vocabulo Sancti Nycolai de Musca || cum quinque servitiis. et interfuerunt et consenserunt atque confirmaverunt hanc refutationem Leo archipręsbyter, Berardus pręsbyter, Franco pręsbyter, Symeon pręsbyter, Homulus
25 pręsbyter (2).

c. 323 B

Domnus autem Berardus abbas venerabilis, iam senex, et Dei gratia religiosus pater huius sacri cenobii Farfensis, desiderans hanc congregationem sine ambitionis noxa et absque symoniacę hęresis pessima culpa per omnia fore, una cum omnium conventu
30 fratrum, auctoritate Dei omnipotentis et beatissimę Marię semper virginis et cunctorum sanctorum patrum, pręcipue sanctę Regulę beati patris nostri B[enedicti] institutione, constituit, ut si quis de hac congregatione vel de huic monasterio pertinentibus eccle-

4. et servos *nel Chronicon, ma nel Regesto* in servis 6. iudice *nel testo del Chronicon e del Regesto.*

(1) An. 1074; *R. F.* doc. 1272. (2) An. 1090; *R. F.* doc. 1262.

siis aliquando frater egrediens prȩsumpserit a quolibet principe vel comite seu prȩlato Ecclesię ad contrarium vel defectionem huius cenobii aliquem honorem vel ecclesiasticam prȩlationem suscipere, sive huius abbatię invasionem prȩsumere, aut contubernium aliquod cuiuscumque detrimenti istius monasterii quȩrere, aut huius congregationis electionem concorditer et canonice atque regulariter factam suis pravitatibus conatus fuerit tyrannica perfidia perturbare aut subvertere seu dissipare, perpetuę anathematis excommunicationi subiaceat, et a consortio sanctorum omnium segregatus maneat, cum Dathan et Abiron et Iuda traditore Domini atque Symone Mago pereat, nisi forte digne pȩnitens huius conventus pię indulgentię remissionem optinuerit culpę suę. amen (1).

Idem quoque bonę memorię domnus B[erardus] abbas omnino interdixit, et sicut ordo noster || Cluniensis prȩcipit, ut nullus e fratribus prȩsumat confiteri sua facinora illis monachis qui non habent factam professionem in ipso loco ubi degunt, neque illis qui ex alio monasterio pro aliqua legatione vel sua necessitudine, quamvis nostram societatem habeant, quia sepe evenit ut maxima destructio in ipso loco fiat. et qui hoc prȩsumpserit, nisi regulariter pȩnituerit, gravissimę subiaceat excommunicationi (2).

c. 324 A

An. c. 990-996. **Adamo vescovo fonda un monastero in territorio Ascolano nel luogo detto Sumati e concede ad esso molti beni.**

[In nomine sanctę et individuę Trinitatis.] Adam divina concedente gratia episcopus. omnium fidelium Christianorum et cunctorum ordinum ecclesiasticorum agnoscat industria, quomodo plurimorum nostrorum sacerdotum atque levitarum nostrę parochię nobiliumque virorum consilium sumpsimus, ut ecclesiam Beati Benedicti in territorio Esculano, loco qui vocatur Sumati et ubi dicitur Inter Casas et Parasolem, monasterium fieri decrevissemus virorum Deo famulantium, ut regi Domino prȩces pro incolumitate et pace viventium et requie mortuorum plenissime effundere valerent. quapropter [his ita peractis, consensu primatum sacerdotum sanctę ecclesię,] ordinato ibidem abbate Azone prȩsbitero humile et honesto moribus, [et]

21. *Le parole fra parentesi quadrate mancano nel testo del Chronicon e si suppliscono togliendole dal Regesto.* 29. quapropter *manca nel Regesto.* 30. *Nel Regesto* ordinavimus ibidem abbatem Azonem prȩsbiterum humilem et honestum

(1) An. circa 1089; *R. F.* doc. 1257. Qui e nel *Regesto* si pone come data approssimativa di questa costituzione l' ultimo anno del governo di Berardo I. Egli cominciò a reggere il monastero in età assai giovane, e poichè in questa stessa costituzione viene chiamato « senex », sembra da credere ch'egli la desse fuori negli ultimi anni della sua vita.

(2) Questa interdizione non si trova registrata nel *Regesto*.

concessimus in ipsa ecclesia terrę iuxta geometrię rationem modia mille per loca designata: a capite furcella quę dicitur Vetullum, a pede flumen Quietum, ab uno latere via quę pergit a Confinio, ab alio latere rivus qui dicitur Cupus. et concedimus ibidem in Perrece modios .L.: a capite via publica et
5 terra Azonis et Dominici, a pede flumen Quietum, ab uno latere terra Alberici notarii et de consortibus, et terra Sancti Quirici, ab alio latere terra Apponis et de consortibus. et in alio loco qui vocatur Aqui et Ripa concedimus ibidem substantiam || unam quę regitur per Iohannem filium Luponis. c. 324 B et concedimus illi ipsam oblationem quanta ad ipsam ecclesiam venerit.
10 de quibus omnibus interdicimus, ut nullus successorum nostrorum diabolica fraude instigatus aliquid diripiat, quę pro animarum remedio agere curavimus. [de consecratione vero sua decrevimus, ut in nostra potestate consistat et sub nostra dicione. commutationes vero absque nostra licentia facere non prçsumat ullo modo. annis singulis in sollemnitate Dei genitricis et vir-
15 ginis Marię duas oblatas in modum coronę arte pistoria compositas duosque cereos unius cubiti longitudinis deformatos nobis nostrisque successoribus inferantur. quę cum omni reverentia suscipiantur. quod si, quod absit, hęc adimplere distulerit, sciat se compositurum aureos mille, et res et consecratio, ut superius legitur, ad ius nostrę ecclesię redigantur.] si autem nos vel suc-
20 cessores nostri pro lucranda oratione vel veneratione in aliqua sollemnitate in pręfatum locum accesserimus, celebrato peractoque divino ministerio, simplici ac sobria benedictione percepta, absque ullo requisito dono studeamus habere regressum. [de aggregatis ibidem fratribus, si de eorum religione tepide aut inhoneste egerint, secundum eorum regulam ab abbate, si pręvalet,
25 corrigantur. si vero timere suum abbatem noluerint vel obędire, nos vel successores nostri ab abbate vocati secundum qualitatem delicti corrigamus. si vero nos aut successores nostri vel quęlibet persona, quod Deus avertat, calliditate commotus aut cupiditate pręventus, ea quę sunt superius comprehensa temerario spiritu evacuare pręsumpserit, a divina ultione prostratus iram
30 Dei summi incurrat et cum Iuda proditore reatum suum in averni ignibus solvere cogatur post funera mortis; dum autem in hac vita substiterit, a communione omnium fidelium Christi alienus existat. et nichilominus hęc institutio sine fine maneat incorrupta. ut autem institutio nostra firmissimis subsistat vigoribus, nostra nostrorumque manibus sacerdotum decrevimus ro-
35 borandum. † Adam exiguus episcopus in hoc decreto manu mea subscripsi. Rodelandus archidiaconus consensi. Iohannes archipręsbiter. Lupo pręsbiter. Deodatus pręsbiter. Iohannes pręsbiter. Azo diaconus et primicerius. Iohannes pręsbiter et custos ecclesię. Iohannes pręsbiter consensi et manu mea scripsi] (1).

1. ipsa] *Nel Regesto* pręfata

(1) *R. F.* doc. 1269. In mancanza di altre note cronologiche conviene segnare per questo documento la data approssimativa 990-96 indicata dal

An. 1049-1054.
Il papa Leone IX permette all'abbate Berardo I di scegliere dove vorrà un vescovo che consacri la sua chiesa.

Leo episcopus servus servorum Dei, Berardo abbati Sanctę Marię de Farfa salutem et apostolicam benedictionem. petitiones tuas iustas adimplere non denegamus, non solum de cęlestibus sed etiam de [terrenis rebus....... si vero hoc agere nulla ratione....] cum licentia nostra acquirere episcopum qui tibi tuam consecret ecclesiam undecumque volueris. cave tamen ne sit symoniacus (1). 5

Quidam Iohannes nobilis vir et Iohannes filius eius et Bona et Theodora concesserunt in hoc monasterio res suas in pertinentia Sanctę Reparatę, idest casalem de Parrucia cum suo tenere, et casalem de Lulansardi, et casalem de Marchisano, et casalem Adelberti Caput Pazi, omnes in integrum, in montibus; 10 exceptaverunt in planitiis terras ad flumen (2). quidam Petrus de Amizo de Salisano fecit cartam venditionis domno Berardo abbati in perpetuum | de omnibus rebus quas per cartam habebat: a primo latere tenent filii Andreę, a secundo latere tenent filii Tedemarii, a duobus partibus tenent filii Iohannis Bovis (3). 15

c. 325 A

Erat tunc temporis magnę constantię et excellentię fidei sincerę vir Argiros grecus, magister vestis et dux Italię, qui audiens huius congregationis sanctam religionem et domni Berardi huius sacri cęnobii venerabilis abbatis laudabilem famam et magnificam bonitatem, gavisus est valde misitque suas litteras in quibus huius 20 congregationis sanctę munus orationis adipisci eorumque almę societati humillimis postulationibus petiit sociari, ita inquiens:

An. 1057.
Lettera di Argiro detto anche Mele, « magister

En ego Argiro Dei providentia magister vestis et dux Italię, Calabrię, Sicilię, Paflagonię, qui et Melis, commendo me et associor sancto monasterio beatissimę Dei genitricis Marię cognomento Farfę, et tibi domno abbati Be- 25

3. *Le parole fra parentesi quadrate mancano nel testo del Chronicon che a questo luogo ha una abrasione di quattro righe. Si suppliscono togliendole dal Regesto.*

Gams, *Series episcoporum*, p. 667, pel pontificato di Adamo nella serie dei vescovi Ascolani. Secondo quanto ne scrive l'abbate Ugo nella Destructio, questo Adamo resse per qualche tempo il monastero di Farfa, e di lui come abbate fa menzione il doc. 393 in data del 985, sebbene il suo nome non sia notato nel catalogo degli abbati. Egli però non va confuso con l'altro Adamo quasi contemporaneo la cui notizia biografica si legge nel *Regesto*, III, 93.

(1) *R. F.* doc. 1293, e cf. Jaffé-Löwenfeld, *Regesta pontificum*, n. 4315. Siccome manca ogni nota cronologica per fissare questo frammento di bolla, esso viene posto concordemente tra il 1049 e il 1054 che sono gli anni del pontificato di Leone IX. Probabilmente va riferito al 1051 e si connette coi documenti pubblicati a pp. 131, 134 e 136 di questo volume.

(2) Senza data; *R. F* doc. 1294.

(3) Data incerta; *R. F.* doc. 1295.

vestis et dux Italię, Calabrię et Pafla-gonię », aggregato alla congregazione Farfense.

rardo per omnia almifico, et cunctę sanctę congregationi sibi et tibi commissę, ut, dum vivus fuero in hoc mortali sęculo, merear fieri particeps vestris sanctissimis meritis secundum splendidum scriptum quod michi peccatori et immerito famulo meęque dominę et sanctissimę Dei genitricis Marię virginis 5 vestra dignata est dirigere pietas. et ut vestris suffultus sacrosanctis orationibus et divina protectus clementia dignus fiam placere ibidem primitus utilibus moribus et postmodum terrenis opibus, quatinus post carnis vinculum postque domum luteam Elisii gaudiis una vobiscum, mei fratres dilectissimi et domini, congaudere merear ‖ per infinita sęculorum sęcula. amen. et ut cuncti prę- (c. 325 B) 10 sentes et futuri cognoscatis me congrua voluntate placidoque corpore vel animo placuisse michi peccatori et confratri vestro talia peragere, pro absolutione meorum plurimorum scelerum et salvatione meę animę propriis meis subscripsi letanter manibus, et bullare fecimus vulla argentea. anno millesimo .L. redemptionis nostrę assumptę carnis dominicę .VII°.

15 [αργυρὸς προνοία Θῦ . μαγιστρος Βεστις . Κηδυξ . ιταλίας . Κη καλαβριας . σικελιας . κη παφληγονίας . ομηλις . ταπρογεγραμμενα . βεβηιων κη δὖλων . εματον τιδεσποινη . κη αγιθῆκκω . μαρια . τη εητη . αγεμονη . της φαρφου . Διατριχιον . παραδισυς . οικεοκηρως . υπεγραφα .]

Argiros pronia theu . magistros . bestis . kedux . italias . calabrias . sike- 20 lias . ke paflegonias . omelis . ta progegrammena . bebeon . kedulon . ematon . ti despini . ke agia . theotoco . maria . tienti . agemoni . tis farfu . diatrichon . paradidus . ikeochiros . ypegrapsa [1].

Hic vero vir magnificus cum huius vitę terminum sibi cerneret imminere, direxit ad hanc ecclesiam sive congregationem 25 quędam cariora dona et non parvam pecuniam, videlicet bisantos sexmilia, et mantum prętiosum holosericum auroque textum quod erat ‖ pręclara vestis honoris sui, quę amplius valere ferebatur (c. 326 A) quam centum libras argenti purissimi. nam quando huius societatem et fraternitatem suscepit congregationis, bisantos tria 30 milia huic ecclesię mandavit. hęc autem pecunia data est in castri Catini emptione commoda.

Quodam vero die venit Teuto de castro Bivaro et interpellavit domnum Berardum abbatem huius monasterii ac multum rogavit

15. *Le parole in caratteri greci fra parentesi quadrate mancano nel testo del Chronicon che invece ha sei righe bianche. Si riproducono esattamente dal Regesto.*

(1) *R. F.* doc. 1261. Intorno a questo personaggio si veda principalmente G. De Blasiis, *La insurrezione pugliese e la conquista normanna nel secolo XI*, I, cap. 9; B. Capasso, *Monumenta ad Neapolitani ducatus historiam pertinentia*, II, 2, 286; O. Delarc nelle note alla sua edizione della *Ystoire de li Normant*, pp. XLVIII, 52, 80, 81, 85.

ut redderet sibi et parentibus suis cartam quam olim ipsi fecerant de ipso castello Bivaro in integrum in hoc monasterio Sanctę Marię. ipse vero abbas diutius compulsus sine consilio vel assensu congregationis reddidit eis eandem curtem, contra legem et contra libertatem huius monasterii faciens, qua idem Teuto accepta, congregavit parentes suos et ostendit eis cartam ipsam. qui valde gavisi accenderunt ignem copiosum, et accipientes singuli partes de ipsa carta scindentesque, eas proiecerunt in ipsum ignem et combusserunt eas. ignis autem accumulatus, iudicio Dei, concremavit ipsum omne castellum. deinde post hęc quidam eorum cognoscentes se male egisse, pęnitentia ducti et in hoc monasterio conversati, reddiderunt partes suas, sicut fecit Transmundus qui se ipsum cum filio suo Odemundo optulit in hoc monasterio. Octavianus quoque filius Iohannis quando concessit in hoc monasterio medietaten castri Çaminatę confirmavit partem eiusdem castelli et ipsius pertinentię totam sortem prędicti Teutonis. item, Massarus ‖ et Boninus filii suprascripti Teutonis, et Teuto et Transmundus filii Gisonis, et Atto et Ilperinus et Azolinus pro redemptione animę suę dederunt in hoc monasterio et domno Berardo abbati ecclesiam Sancti Thomę apostoli et ipsum castellum quod vocatur Bivarus cum omni sua pertinentia intus et foris. actum anno Domini millesimo .LXXVII., mense februarii, indictione .IIII. testes sunt: Iohannes macellarius, Pizo, Petrus de Azone Fure. ipsamque cartam rogatus Iohannes iudex subscripsit (1). omnes autem domini Catinensis castri fecerunt refutationem et firmamentum de monte Morrecone in hoc monasterio et domno Berardo abbati pro sorte et portione de Catino et de Luco, et de omnibus terris Catinensis portionis cum olivetis, vinetis ceterisque arboribus et domibus ac habitatoribus suis, sicut ipsas duas portiones in hoc monasterio concesserunt Dono filius Iohannis et Benedictus filius Boni, ut non habeamus ullam molestiam neque ab ipsis neque ab aliqua

(1) An. 1066? 1077? *R. F.* doc. 1299. Le note cronologiche del documento si riferiscono soltanto all'ultima parte di esso. La parte narrativa che precede è certo posteriore. Vedasi intorno a ciò la nota posta a questo breve memorativo nel *Regesto*. E cf. *R. F.* docc. 1094 e 1274.

persona submissa ab eis, et omnem litem et quęrimonium refutaverunt quomodocumque contra eum insurgere possent (1).

In Cliviano et per eius vocabula Faroaldus dux dedit in hoc monasterio terras cultas modiorum milium quingentorum arabiles
5 cum manentibus .xii., usque Frontinum et usque Maclam Felcosam et usque criptam Machelmi tertiam partem ex omnibus rebus cum ecclesia Sancti Sabini et ecclesia Sancti Sebastiani et ecclesia Sanctę Anatholię de Turano. abbas autem qui erat illis temporibus fecit concambium cum Soldone et dedit illi San-
10 ctam Anatholiam in Sancta Maria de Loriano. alia omnia remanserunt ad opus Sanctę Marię. ibi est ędificatum Corvarium (2).

Defuncto autem pręfato domno B[erardo], orta est inter nos dissensio de abbate eligendo, nitentibus permaxime qui nos videbantur regere ut Regizonem Sabinensem episcopum eligerent.
15 quibus, quamvis minima, saniori tamen confratrum resistente parte, ab hac quieverunt intentione. continuoque quasi pręcipiti subitaneoque assensu omnium, contra sanctorum canonum sanctiones, adhuc instante nocte et necdum humato prędicto migrato pastore, domnum Rainaldum elegimus. qui licet plenius mo-
20 nasticis imbutus foret religionibus, tamen moderaminum tam magni regiminis inscius, et mundialium negotiorum improvidus atque in nullo pene videbatur satis sagacissimus. cuius indiscrete factam ideo dicimus electionem, quod eam contra sanctos canones vidimus fuisse et contra patrum institutiones. denique
25 Bonifatius papa tertius, residentibus episcopis septuaginta duobus et pręsbyteris viginti tribus, diaconibus etiam et omni clero Ro-

c. 327 A

An. 1089-1090.

12. *Dalla c. 327 A alla fine della c. 333 A la scrittura cambia di nuovo.*

(1) Data incerta; *R. F.* doc. 1300.

(2) Senza data; *R. F.* doc. 1303. Questo documento consiste in una lettera di un prete Adamo di Cliviano che incomincia: « Domno Berardo « venerabili abbati, pręsbiter Adam de « Cliviano fidele servitium. pro Dei et « sanctę Marię timore indicamus vobis « terras quas dux Faroaldus dedit « Sanctę Marię, videlicet in Cliviano « et per eius vocabula, terras cul« tas » &c. e prosegue con le stesse parole che si leggono qui sopra concludendo: « ibique est edificatum illud « Corvarium. isti vero homines qui « tenent concambium, mandant vobis « ut veniatis, quia per vos volunt re« tinere vobisque servire, eo quod « seniores tollunt omnia et vos modi« cum tenetis ».

mano, fecit constitutum suo anathemate in ecclesia Beati Petri apostoli, ut pontifice vivo aut moriente, vel episcopo civitatis, nullus prȩsumat quodlibet loqui aut partem sibi facere, nisi die tertio depositionis eius, adunato clero et filiis ȩcclesiȩ, electio fiat et quem voluerint habeant licentiam eligendi sibi sacerdotem (1). 5 quod si de episcopis qui sublimioris sunt gradus ita convenit, quanto magis condecet de abbatibus qui inferioris officii sunt, in quorum electione nullum debet prȩcipitium fore! factum est autem hoc etiam contra nostram et omnium confratrum sponsionem, quam fecimus communi assensu cum domnum Berardum patrem 10 nostrum ad exitum propinquare vidissemus. | c. 327 B nam per vestem principalis altaris beatȩ Mariȩ dominȩ nostrȩ in capitulo allatam tactu omnium fideli sponsione firmavimus, ut nullum abbatem reciperemus neque confirmaremus nisi quem omnis nostri cȩnobii religiosa congregatio, consentiente imperatore, canonice et regu- 15 lariter elegerit, et qui huius constitutionis violator existeret, irrevocabiliter a nobis eum statuimus abicere. erant enim tunc quȩdam tres infames personȩ quarum sagacitas vigilabat ut hanc invaderent abbatiam. e quibus permaxime Regizo laborabat Sabinensis dictus episcopus (2), quem nos prȩ cunctis execraba- 20 mus, quod multa nefanda de illo referebantur quȩ credibilia videbantur. ipse enim quosdam nostrorum suasionibus in tantum corruperat, ut fidem communis sponsionis offendere faceret, et eum quem una disposuimus eligere spernerent, ipsumque Regizonem super nos abbatem magno efficerent conanime. pro eo 25

(1) JAFFÉ-KALTENBRUNNER, *Regesta pontificum Romanorum*, I, 220; *Liber Pontificalis*, ediz. DUCHESNE, I, 316.

(2) Intorno a Regizone cf. UGHELLI, *Italia sacra*, I, 60; GAMS, *Series episcoporum*, p. XIII; SPERANDIO, *Sabina sacra e profana*, p. 218 e *R. F.* doc. 1262. La cronologia dei vescovi Sabinensi intorno a questi tempi apparisce molto confusa e incerta, e diversi nomi di vescovi sembrano incalzarsi l'un l'altro contemporaneamente. Io, senza affermar nulla, mi limito ad osservare che qui Regizone è chiamato « Regizo Sabinensis episcopus dictus », e poco oltre Gregorio di Catino parlando dell'antipapa Guiberto favoreggiatore di Regizone, lo chiama « archiepiscopus Ravennas papa dictus ». Non sarebbe impossibile che in quegli anni di contrasto la sede Sabinense avesse due vescovi, uno guibertino, l'altro seguace di Gregorio e dei suoi successori, e che a Guiberto premesse di porre un suo fido a capo del monastero imperialista.

autem quod nos illorum sensui non optemperabamus, pręfatum domnum Rainaldum eligere se finxerunt, statuentes ita, ut si nos hunc sperneremus, ipsi validiori manu utpote pręlati pędictum pręsulem eligendi copiam haberent. nos vero eorum versutiam
5 pręvidentes, ne tyrannum et infamem super nos coacti suscipere videremur, in domni Rainaldi electione iccirco assensum prębere compulsi sumus. quod etiam nocte accidit et adhuc inhumato videlicet pastoris nostri domni Berardi corpore. quę res contra Regulam sanctosque canones pręcipitata fuisse nemo gnarus dubi-
10 tare debet. sublimatus tamen in regimine pręfuit dies quatuor mensesque .VII.

In huius namque domni Rainaldi tempore pręlationis, quidam Gosbertus filius Bernardi concessit huic monasterio res suas in pertinentia Collis Stacti et Albani, idest portionem suam de fortia
15 castelli de Colle Stacti, et portionem suam de podio Albano, et curtem de Colle Stacti, a fossato de Raganello in foras; aliarum vero rerum fines sunt: a primo latere flumen Naricus, a secundo finis Monzani vadens ad Varconem et in Tesinum, a tertio latere Tesinus, a quarto autem mons de Valle (1). c. 328 A

20 Interea multas pręparabant nobis insidias hi maxime qui huius monasterii bona possessionesque moliebantur invadere. qui etiam contra nos archiepiscopi Ravennatis papę dicti (2) animum provocaverunt et huc super nos conduxerunt, et ut eius iussione alium eligeremus abbatem omni conanime studuerunt. nos
25 autem viriliter consistentes, et inflexibiles extitimus et pro huius monasterii antiqua libertate fortiter dimicavimus. sed cum nos idem pontifex ad se non posset flectere minis, suasoria quędam agere cepit, quibus fatebatur, se unum de nobis societate ac fraternitate esse, iccirco unus eligentium abbatem esse deberet.
30 verum nec terroribus concutere nec blandimentis nos valens seducere, tandem confusus, ut nos sibi benivolos reficeret laboravit non modice. sicque recessit et electum nostrum domnum Rainaldum, quem capere gestiebat, nec oculis etiam vidit.

(1) An. 1090; *R. F.* doc. 1122.
(2) Guiberto antipapa col nome di Clemente III.

Interea huius prȩlati monasterii et tutores, qui eundem electum videbantur ferre et magistrare, ceperunt in plurimis deviare et in nonnullis negotiis secus illum habere. nam cum ad aliquod consilium pro huius utilitate cenobii agenda alicubi illum ducebant, ‖ seorsum eo relicto ad suum quȩque velle pertractantes exercebant. sed et nobis subditis ultra modum altiores erant et huius causam conventus si quando deprȩcabantur despiciebant. itaque omnia huius monasterii bona et agenda non ad electi iussionem sed ad suum tantum libitum conferebant, ventura quȩque damna pro nihilo ducebant, et in omnibus transitorie utebantur abbatiȩ, et nostras miserias atque conventus istius penurias in nihilo pietabant. conspirationes quoque et immissiones cum quibusdam prȩcipuis abbatiȩ viris fecerant, ne eos aliquando ledere posset conventus istius iusta querimonia. hȩc omnia congregatio perpendens pernimium dolebat, et ut Deus omnipotens quandoque inspiceret occultis suspiriis imprecari studebat. nam ad alicuius hominis mortalis adminiculum manus dare verebamur, ne in deterius detrimentum postmodum incideremus. soli ergo Christo domino eiusque Genitrici et dominȩ nostrȩ nos nostraque negotia committere studebamus. Deus autem omnipotens omnia ex alto prospiciens, quandoque nobis misertus est et illorum viperinam idest venenosam super nos prȩlationem avertit et destruxit per dominȩ nostrȩ sanctissimȩ Mariȩ intercessionem. nam ipso anno alii eorum brevi morte defuncti, alii quovis exterminati, quidam etiam deinceps abundantius fuere angustiati, et quod non dominum quem ipsi obedirent, sed qui eorum inconditis actibus tanquam ignarus optemperaret, eligere maluerunt, sicut quondam Iudei qui Christum dominum persequebantur ne Hierusalem amitterent, huius emolumentum abbatiȩ iusto iudicio cito ‖ perdiderunt. nos autem valde in plurimis afflicti hoc ad ultimum reperimus consilium, ut ad imperatoris prȩsentiam euntes, omnia denuntiare veraci studeremus relatione, quatinus ipse imperiali patrocinio cuncta corrigere et ordinare dignaretur, et ȩcclesiam hanc speciali provisu dignius tueretur. sed quoniam viaticam pecuniam utpote regulariter inopiati monachi minime habebamus, eundi moras facere compulsi sumus.

c. 328 B / c. 329 A

5 10 15 20 25 30 35

An. 1090-1099

Quapropter quidam Berardus cognomento Florentinus, qui consanguineus dicebatur antecessoris domni Berardi defuncti, cum apud Marchiam in quadam degeret tunc prępositura, clanculo cohortatus est a quibusdam nostrorum, et nos pręcedens adiit curiam
5 domni imperatoris. cui cum fingeret plura haud vera, regiminis huius ab eo accepit investituram et ad nos cum sibi commitantibus legatis imperialibus venit. quod audiens pręfatus electus, videlicet domnus Rainaldus, ab hoc recessit monasterio et in pręsidio se cuiusdam nostrę contulit roccę. nos vero perspicientes quo-
10 niam tamquam destituti pastore utili eramus, et eundem electum nequaquam in cura regiminis tam magni meliorare vel proficere sed potius deficere cernebamus, iccirco ad hunc Berardum Florentinum recipiendum prębuimus assensum. ad quem suscipiendum usque Teramnensem urbem perreximus, et illic ei ob-
15 viare studuimus. et quoniam nimium pavebamus ne super nos tyrannidem exerceret confirmatus, et huius bonorum monasterii distractor fieret in futurum, sacramentum ab eo iuris||iurandi de bonę consuetudinis observantia et huius monasterii bonorum salvitate exegimus. qui manu propria super sancta Dei evangelia
20 coram nobis .XII. monachis et tribus ex laicis se observaturum confirmans spopondit, quod numquam a regimine nostri conventus auferret has terras vel res nec alicui tribueret per aliquam dationem; scilicet omnem Tornariam, Campum Sancti Benedicti, campum de Granica, molendinos omnes Farfę vel Currisii, et mor-
25 tuorum oblationes, exceptis necessariis regiminis sui sufficienter, ideoque iuste sufficiat manualia per singula castella et boum paria eis sufficientia, villanos omnes ad opera exercenda, et xenia vel tributa reddenda, gualdum de Salisano et gualdum de Catino, omnem quoque decimam secundum canones, et portuum redditus
30 et mercatorum teloneum; nullum castellum aut terram alicui se daturum de quo suspicio vel damnum fieret in futurum; pręcipuas res et utiles non tantum cum laicis quantum cum omni congregatione se acturum; dominium castellorum non laicis eminentibus sed humillimis et maxime monachis se daturum; ecclesiam
35 et totum monasterium melioraturum, et in antiquum iustumque usum reducturum; de obedientiis fratribus imperatis nullum munus

c. 329 B

more symoniaco suscepturum, et a se qui acceperit suum consiliarium repulsurum. tunc super nos pastorem elegimus, et magna cum caterva equitum illum huc duximus, anno incarnationis Christi millesimo nonagesimo, die quinta mensis iunii, feria quoque sexta, hora quasi nona. qui extitit in catalogo abbatum 5 tricesimus nonus.

c. 330 A Huius nempe temporibus quidam Benedictus prȩsbyter filius Albini nobilis viri civitatis Utriculanȩ, veniens ad conversationem in hoc monasterio, optulit hic res suas et prȩfato domno Berardo abbati, idest domum unam infra ipsam civitatem iuxta 10 portam Maiorem, seu foris iuxta muros ipsius casas et casalinas, et ecclesiam Sancti Angeli ante portam Maiorem, et de terris atque vineis portionem suam in toto territorio Utriculano in monte sive in plano, et de terra Populari, et in fundo Salicto ad concambium, et in fundo Leonis Minoris [1]. item, Rainerius filius 15 Zaczonis cum Roccia uxore sua concessit huic monasterio res suas immobiles in castro Greccię [2]. item, Ofredus filius Rustici vendidit et concessit huic monasterio terram et vineam iuxta muros civitatis Perosinȩ ubi dicitur Rasurum, quȩ sunt tabulȩ .x. facientes modia duo et dimidium; unde recepit prȩtium valens 20 libras .xxx. luccensis monetȩ a domno Berardo abbate secundo, in quo loco ab ipso constructa est ȩcclesia vocabulo Sanctȩ Mariȩ in Oliveto [3]. item, quidam viri comitatus Balbensis idest de castro Galliano fecerunt convenientiam et obligationem huic monasterio et ad domnum Berardum abbatem de ecclesia Sancti Iohan- 25 nis quam Todinus comes in hoc monasterio concesserat, ut prȩfati viri non sint in facto neque in consilio ut ipsa ȩcclesia de iure et potestate huius monasterii exeat, sed adiuvent nos ad defendendum et retinendum eam ipsi et hȩredes illorum; et quicumque eorum damnum vel contumeliam ipsi ȩcclesiȩ fecerit, et 30 infra dies .xxx. non emendaverit secundum canones vel secun-
c. 330 B dum legem, omnes alii ‖ cogant eum ad emendandum qui fecerit detrimentum. et oblationes mortuorum sive vivorum in ipsa ȩcclesia Sancti Iohannis vel huic monasterio tribuant, excepto

(1) An. 1091; *R. F.* doc. 1123.
(2) An. 1091; *R. F.* doc. 1124.
(3) An. 1091? 1092? *R. F.* doc. 1125.

aliquam particulam in ęcclesiis eorum potestati subditis dandam. et omnia corpora sua in ipsis terris morientia in nullo cimiterio nisi Sancti Iohannis sepeliant. et si omnes has promissiones non observaverint, componant huic monasterio optimos bizantos .c. (1).
5 item, Rapizo filius Crescentii et Rainerius filius Iohannis Boni promiserunt domno Berardo abbati ut adiuvent nos ad defendendum et retinendum res Rainerii filii Zazonis et acquisitas vel acquirendas de fundo Repasto. et si aliquid inde contrarium contigerit, cum omni posse sint nobiscum ad recuperandum. et
10 non vendant neque permutent aut aliquo modo alienent nisi in hoc monasterio. quod si omnia hęc non observaverint, componant nobis .c. bizantos romanatos (2). item, Rodulfus ępiscopus Narniensis et abbas monasterii Sancti Cassiani cum maiori parte monachorum eiusdem monasterii refutavit huic mo-
15 nasterio et domno B[erardo] abbati per nostrum monachum Iohannem grammaticum omnem litem quam habuerat contra nos de rebus Petri pręsbyteri Farisinde (3). item, Morinus et Iohannes filii Petri concesserunt huic monasterio res suas prope Torritam et Scage ubi dicitur Serra (4). item, Ioseph filius
20 Rusticelli cum consortibus suis omnibus Guidoniscis concessit huic monasterio et domno Berardo abbati res suas territorii Sabinensis et comitatus Reatini, idest ‖ castrum Antoni, et portionem de rocca Salicis, et de castello Colle Longo, et castellum Vecclum, et Petram Baldam, et de Aqua Meza, et castellum Vulgarecta (5). c. 331 A
25 item, quidam homines de castello Terraniano fecerunt promissionem et obligationem huic monasterio et domno Berardo abbati de portione sua eiusdem castelli (6). item, Ildebrandus filius Odelerii cum Rosa uxore sua et Franco pręsbyter filius eorum concesserunt huic monasterio portionem suam de castello Stron-
30 coni, et de fundo Palatiano, et de fundo Lepozica petias .VII., et de fundo Cerreta, et de Campo de Adam, et de fundo Monte Maio, et de fundo Pedicinulo, et de fundo Tassenara, et de fundo Fabrice, et de fundo Canapinę, et de fundo Valle Ovellana, et

(1) An. 1091; *R. F.* doc. 1126.
(2) An. 1091; *R. F.* doc. 1127.
(3) An. 1091? 1092? *R. F.* doc. 1128.
(4) An. 1091? 1092? *R. F.* doc. 1129.
(5) An. 1092; *R. F.* doc. 1130.
(6) An. 1092; *R. F.* doc. 1131.

de fundo Palombara [1]. item, omnes Arnolfi fecerunt refutationem et obligationem huic monasterio et domno B[erardo] abbati, et quinque ex eis firmaverunt iurisiurandi vinculo, de omnibus rebus et terris huius monasterii a flumine Narico usque ad civitatem Spoletanam, ut numquam amplius faciant litem vel molestiam contra hoc monasterium aut missos nostros, neque ipsi neque heredes eorum. quod si hęc omnia non observaverint, componant auri optimi romanatos mille [2]. item, Beraldus filius Benedicti qui vocatur de Bono concessit huic monasterio terram et vineam extra urbem Romam ad Sanctum Valentinum, et ad pusterulam de Pila, et qui subtraxerit de ipsa cella sit anathema in perpetuum [3]. item, quidam bonihomines de Catino ‖ fecerunt sacramento firmare per Iohannem de Itta et Petrum de Amato et Corbonem de Drogo ad domnum B[erardum] abbatem de ipsis rebus quę huic monasterio pertinent in cuncto vocabulo Rescaniano, ut quocumque tempore interrogati fuerint de abbate vel preposito huius monasterii, non eas occultent, sed palam dicant [4]. item, Guillelmus filius Leonis concessit huic monasterio et domno B[erardo] abbati portionem suam de Catino, et Luco, et rocca Tancię [5]. item, Senebaldus filius Rustici et Ugolinus germanus eius concesserunt huic monasterio et domno B[erardo] abbati portionem suam de Catino et Luco, et promiserunt atque sacramento firmaverunt, ut non sint in facto neque in consensu aut consilio vel certa meditatione ut perdamus nostrum derictum de Catino seu Luco et eorum pertinentiis, et quę ibi modo habemus vel deinceps acquisierimus a senioribus vel a minoribus hominibus, et adiuvent nos retinere et defendere contra omnes homines nostrum derictum per bonam fidem. quod si non omnia observaverint, componant libras .XII. auri optimi [6]. item, Arnulfus filius Martini concessit huic monasterio et domno B[erardo] abbati res suas in ducatu Spoletano iuxta Aquam Marrubiam [7]. item, Nicolaus filius Iohan-

(1) An. 1093; *R. F.* doc. 1132.
(2) An. 1094; *R. F.* doc. 1133.
(3) An. 1093? 1094? *R. F.* doc. 1134.
(4) An. 1093? 1096? *R. F.* doc. 1135.
(5) An. 1096? 1097? *R. F.* doc. 1136.
(6) An. 1096? 1097? 1099? *R. F.* docc. 1137, 1138, 1139.
(7) An. 1094? 1095? *R. F.* doc. 1140.

nis Gualabruni refutavit huic monasterio res suas infra castellum Limisanum (1). item, Marro filius Dodę et Purpura filia Faidonis concesserunt huic monasterio res suas in ducatu Spoletano ad Maltinianum, et in Staquano, et in rigu de Viti modiorum 5 tercentorum (2). item, Adam prępsbyter et monachus et Ioseph monachus, qui fuerunt fidei||commissarii cuiusdam Iordanis nepotis prędicti Ioseph, concesserunt huic monasterio res illius territorii Sabinensis, hoc est tertiam portionem in pertinentia Collis de Nigra, et in Pacciano (3). item, Benedictus filius Petri dia-10 coni et Rosa uxor eius concesserunt huic monasterio res suas, medietatem in pertinentia de Catino ad Corolianum, et de ęcclesia Sancti Stephani duas portiones (4). item, Ofridus filius Crescentii et Giramba uxor eius concesserunt huic monasterio et domno B[erardo] abbati res suas territorii Sabinensis et comi-15 tatus Otriculani, idest quintam portionem de castello Maliano, et de castello Civitella (5). de quibus rebus Carbo filius Alamanni fecit promissionem huic monasterio et domno Berardo abbati, ut una cum heredibus suis imperpetuum per bonam fidem adiuvet nos retinere acquisita et acquirenda in pertinentia de 20 Malliano et Civitella contra papam et regem et comites et omnes homines, et portionem suam non donent neque concambient aut vendant ad detrimentum huius monasterii; et si hęc non observaverint, componant libras triginta auri optimi (6). item, Lidenus filius Iohannis cum consortibus suis concesserunt huic monasterio 25 et domno Berardo abbati portionem suam de castello Alatro (7). item Rainerius filius Ioseph concessit huic monasterio res suas, idest medietatem de castello Cornu, et medietatem de castello Paterno, et sextam portionem de castello Baio quod vocatur Ianulę (8). item, Crescentius prępsbyter cum consortibus suis concessit huic monasterio ecclesiam Sancti Laurentii in Sala territorii Sabinensis (9). item, Franco filius Savini concessit huic

c. 332 A

(1) An. 1095; *R. F.* doc. 1141.
(2) An. 1095; *R. F.* doc. 1142.
(3) An. 1095; *R. F.* doc. 1143.
(4) An. 1096; *R. F.* doc. 1145.
(5) An. 1097? 1099? *R. F.* doc. 1146.
(6) An. 1097? 1099? *R. F.* doc. 1147.
(7) An. 1097? 1099? *R. F* doc. 1148.
(8) An. 1097; *R. F.* doc. 1149.
(9) An. 1097; *R. F.* doc. 1150.

monasterio res suas in pertinentia de Gaviniano, idest domum infra ‖ ipsum castellum, et alias plurimas res cum silva in Ruiano, et ad fontanam de Cerreto, et in pantano de Gaviniano, et in Kasarini [1]. item, Lioto prȩsbyter filius Iohannis de Scage cum consortibus suis concessit huic monasterio res suas in Escagȩ, et in Rocca, et Caput Tyberis, et Forfungi, et Geniperito, in opus Sancti Nicolai de Forfungi [2].

c. 332 B

Igitur prȩdictus domnus Berardus Florentinus abbas secundus in huius prȩlatione regiminis confirmatus, eos qui pro illo de istius honore abbatiȩ studuerunt, exosos habere cȩpit et a se repellens abiecit. quibusdam etiam plurimas iniurias irrogavit. quosdam vero illorum Deus percussit et morte detestabili ac repentina obire fecit. denique Sarracenum qui habitum monachicum amiserat, et Iohannem quemdam Langobardum qui noviter conversatus fuerat, huius negotii mendacissimos auctores, absque penitudine vidimus interire, et sine sancta communione infra dies plus minus decem vel menses .III. post illius honoris sublimationem. attamen idem abbas post aliquantum tempus hoc fieri annuit cartarum mirificum opus, sicut in prȩphatiuncula eiusdem operis veraci stilo intimavimus [3]. [non tamen ad illud perficiendum aliquid sumptus tribuit, quoniam tenacissimus extitit. veruntamen scribentem honorifice se prius diligere finxit, et ex cibariis suis plurimum honoravit, atque in obsequiis ebdomadarum agendis pepercit. in vestimentis vero vel eius aliis oportunitatibus non benignus sed nimis erga illum extitit pigerrimus. non multo post autem, sicuti servum inutilem illum habens, velut exiguum mercennarium superflue minabat, et in tantum affli‖gebat variis fatigabilibus, tyrannicis ac importabilibus iussis, plurimisque molestiis angustiabat, ut et opus et hoc monasterium desereret et in aliena cȩnobia tamquam vagus ac profugus pergens secederet. ipse tamen

c. 333 A

(1) An. 1097; *R. F.* doc. 1151.

(2) An. 1099; *R. F.* doc. 1152.

(3) Nel testo si legge a margine la nota seguente scritta per quanto pare verso il principio del secolo XVII: « Desunt plura quȩ habebis in Regestum « num. 1154 ». Infatti da questo punto fino alla c. 334 B il testo è stato in parte eraso e nelle rasure non si può leggere affatto o solo con gran fatica. Inoltre il *Regesto* contiene alcuni altri passi non inseriti nel *Chronicon*. Traggo da *R. F.* V, 155 tutte le mancanze notandole fra parentesi quadrate.

abbas in sibi dilectis non adeo crudelis existebat, et subditorum crimina favoraliter operiens, non eos in dedecus pervenire malebat. quoscumque vero monachos sibi familiares secretioresque eligebat, sacramentum evangeliorum vel fidem ab eis exigebat.
5 inter nos autem dissentiones vel contentiones videns, non sedator sed amplius existebat animo accensor et provocator. denique antiquę consuetudinis plurima mutabat, et quasi libera utens potestate, suis iussis sepius contristabat hanc congregationem. sacramentum quoque quod nobis iuravit in nullo penitus observavit,
10 et utpote fallacissimus, in veritate et in promissionibus non stetit. se etiam pannos prętiosissimos et nostri ordinis insolitos, nos vero volebat despicabiles indui et vilissimos. multa quoque ut vorator gulosus et cęnodoxus distrahebat, et extraneam vilissimamque super nos doctrinam inducere gestiebat. villanorum
15 autem abundantium et ditius subsistentium plurimorum occasione qualibet deprędator et non minimus depopulator, bonę etiam consuetudinis fuit sublator.] castella quippe et omnia bona filiorum Ilperini, scilicet .VI. castella quę per cartulas concessionis huic contulerant monasterio, pavide latenterque amisit
20 et retinere neglexit, faciens cum Rainaldo comite pactum in futurum legaliter damnabile. [hęc vero nomina sunt illorum: Trebulę, castellum de Hilperino, castellum de Ginestra, podium de Pizo, podium de Cauda Moza, et castellum de Hugo], item, omnia bona filiorum Guidonis, ‖ quę sunt castella .VI., [idest ca- c. 333 B
25 strum Antoni, roccam de Salice, Collem Longum, castellum Vecclum, Petram Baldam, Aquę Męzę et Vulgarectam], nec non et terras sive podia atque castella Rainaldi comitis Auriculani, et multa alia immobilia quę acquirere potuit, damnabili incuria et pigriori negligentia amisit, quoniam terras acquirere
30 noviter spernebat, et, [ut cupidus insatiabilis pecunię,] adeptas antiquitus [latenter cottidie ceu mercator] scriptitabat. quod contra nostrorum libertatem pręceptorum agere videbatur, in quibus continetur, ut nullus abbatum audeat inscriptiones exercere libellorum vel pręcariorum nisi prius ab imperatore confirmatus,

24. *Dalla c. 333 B fin verso la fine della c. 334 A la scrittura sembra del monaco Todino.*

c. 332 B

monasterio res suas in pertinentia de Gaviniano, idest domum infra ‖ ipsum castellum, et alias plurimas res cum silva in Ruiano, et ad fontanam de Cerreto, et in pantano de Gaviniano, et in Kasarini (1). item, Lioto prȩsbyter filius Iohannis de Scage cum consortibus suis concessit huic monasterio res suas in Escagȩ, et in Rocca, et Caput Tyberis, et Forfungi, et Geniperito, in opus Sancti Nicolai de Forfungi (2).

Igitur prȩdictus domnus Berardus Florentinus abbas secundus in huius prȩlatione regiminis confirmatus, eos qui pro illo de istius honore abbatiȩ studuerunt, exosos habere cȩpit et a se repellens abiecit. quibusdam etiam plurimas iniurias irrogavit. quosdam vero illorum Deus percussit et morte detestabili ac repentina obire fecit. denique Sarracenum qui habitum monachicum amiserat, et Iohannem quemdam Langobardum qui noviter conversatus fuerat, huius negotii mendacissimos auctores, absque penitudine vidimus interire, et sine sancta communione infra dies plus minus decem vel menses .III. post illius honoris sublimationem. attamen idem abbas post aliquantum tempus hoc fieri annuit cartarum mirificum opus, sicut in prȩphatiuncula eiusdem operis veraci stilo intimavimus (3). [non tamen ad illud perficiendum aliquid sumptus tribuit, quoniam tenacissimus extitit. veruntamen scribentem honorifice se prius diligere finxit, et ex cibariis suis plurimum honoravit, atque in obsequiis ebdomadarum agendis pepercit. in vestimentis vero vel eius aliis oportunitatibus non benignus sed nimis erga illum extitit pigerrimus. non multo post autem, sicuti servum inutilem illum habens, velut exiguum mercennarium superflue minabat, et in tantum affli‖gebat variis fatigabilibus, tyrannicis ac importabilibus iussis, plurimisque molestiis angustiabat, ut et opus et hoc monasterium desereret et in aliena cȩnobia tamquam vagus ac profugus pergens secederet. ipse tamen

c. 333 A

(1) An. 1097; *R. F.* doc. 1151.

(2) An. 1099; *R. F.* doc. 1152.

(3) Nel testo si legge a margine la nota seguente scritta per quanto pare verso il principio del secolo XVII: « De« sunt plura quȩ habebis in Regestum « num. 1154 ». Infatti da questo punto fino alla c. 334 B il testo è stato in parte eraso e nelle rasure non si può leggere affatto o solo con gran fatica. Inoltre il *Regesto* contiene alcuni altri passi non inseriti nel *Chronicon*. Traggo da *R. F.* V, 155 tutte le mancanze notandole fra parentesi quadrate.

abbas in sibi dilectis non adeo crudelis existebat, et subditorum crimina favoraliter operiens, non eos in dedecus pervenire malebat. quoscumque vero monachos sibi familiares secretioresque eligebat, sacramentum evangeliorum vel fidem ab eis exigebat.
5 inter nos autem dissentiones vel contentiones videns, non sedator sed amplius existebat animo accensor et provocator. denique antiquę consuetudinis plurima mutabat, et quasi libera utens potestate, suis iussis sepius contristabat hanc congregationem. sacramentum quoque quod nobis iuravit in nullo penitus observavit,
10 et utpote fallacissimus, in veritate et in promissionibus non stetit. se etiam pannos prętiosissimos et nostri ordinis insolitos, nos vero volebat despicabiles indui et vilissimos. multa quoque ut vorator gulosus et cęnodoxus distrahebat, et extraneam vilissimamque super nos doctrinam inducere gestiebat. villanorum
15 autem abundantium et ditius subsistentium plurimorum occasione qualibet deprędator et non minimus depopulator, bonę etiam consuetudinis fuit sublator.] castella quippe et omnia bona filiorum Ilperini, scilicet .vi. castella quę per cartulas concessionis huic contulerant monasterio, pavide latenterque amisit
20 et retinere neglexit, faciens cum Rainaldo comite pactum in futurum legaliter damnabile. [hęc vero nomina sunt illorum: Trebulę, castellum de Hilperino, castellum de Ginestra, podium de Pizo, podium de Cauda Moza, et castellum de Hugo], item, omnia bona filiorum Guidonis, ‖ quę sunt castella .vi., [idest ca- c. 333 B
25 strum Antoni, roccam de Salice, Collem Longum, castellum Vecclum, Petram Baldam, Aquę Mezę et Vulgarectam], nec non et terras sive podia atque castella Rainaldi comitis Auriculani, et multa alia immobilia quę acquirere potuit, damnabili incuria et pigriori negligentia amisit, quoniam terras acquirere
30 noviter spernebat, et, [ut cupidus insatiabilis pecunię,] adeptas antiquitus [latenter cottidie ceu mercator] scriptitabat. quod contra nostrorum libertatem pręceptorum agere videbatur, in quibus continetur, ut nullus abbatum audeat inscriptiones exercere libellorum vel pręcariorum nisi prius ab imperatore confirmatus,

24. Dalla c. 333 B fin verso la fine della c. 334 A la scrittura sembra del monaco Todino.

a catholico pontifice consecretur. anteriorum etiam anathemata abbatum vel seniorum pro nichilo duxit, et constitutum de campo et arcibus cum excommunicationis obligatione pro huius ęcclesię oportuna renovatione destruens violavit et corrumpens infregit. [de quo videlicet pręfato abbate quadam nocte visio terribilis visa 5 est, scilicet quod tenellum puerum et innocentem coctum assatumque comederet. cuius cum cocta membra minutatim incisa pene devorata haberet, quidam ante illum assistentes, cum hęc viderent, foras fugerunt pre stupore. iterumque paulo post ingressi, ut huius intuerentur crudelitatis finem, videbant quod iam 10 c. 334 A in cerebro pueri intinctum ‖ panem avide manducaret. et cum hanc quidam frater in capitulo coram cunctis referret somnii visionem, illius suppresso nomine, idem ipse, ut credimus, abbas, veritatis spiritu compellente, interpretatus est dicens: « Pro certo « sciatis omnes, quia ille de quo hęc visio fuit, est vir mortis, 15 « et in rebus pessimis ac nefandis domus huius et mei gravissimi « damni manum tenet flagitiose ». quod qui noverunt mirati sunt, et cognoverunt hanc Dei iudicio prophetiam ab illo fuisse ignoranter prolatam.]

Post hęc autem cum omnes seniores maiores atque minores 20 huius sancti conventus de huius monasterii vetustissima defectione causarentur, et de novi monasterii in hoc super nos eminenti monte constructione assidue ratiocinarentur, plurimi etiam Romanorum civium magnates hoc votis omnibus niterentur, tandem vix quasi compunctus et hominum favoribus coactus, hanc fecit 25 constitutionem cum anathemate auctoralique excommunicatione pro novi in monte hoc monasterii constructione:

An. 1097. L'abbate Berardo II ordina la rinnovazione della chiesa e la costruzione dalle fondamenta di un nuovo monastero.

[Notum sit omnibus sub nomine christiano viventibus suarumque animarum redemptionem in Christo habere cupientibus, quod nos scilicet Berardus Dei gratia Pharphensis abbas omnisque eiusdem monasterii conventus, 30 divina inspirante gratia et Dei genitrice ac semper virgine interveniente beata Maria, corde et animo atque irrevocabili voluntate suam ęcclesiam cupimus renovare. insuper et totum monasterium in monte hoc a fundamento construere. et hoc beatę Marię voluntate atque quorumdam Dei fidelium Romanorum, quorum nomina Deus scit, iuvamine et exortatione incipimus, ac 35 tantum et tam admirabile opus Dei omnipotentis auxilio atque omnium eius fidelium adiutorio explere confidimus. quicumque ergo huic sancto operi

aliquod adiutorium fecerit, peccatorum suorum remissionem, de quibus vęram pęnitentiam habuit vel habiturus est, per merita sanctę Marię et sibi assidue servientium famulorum orationes optinebit. et ut omnes fideles firmissime credant, nos tantum opus irrevocabiliter incipere, et inceptum nullo unquam 5 modo usque ad certum finem relinquere, ita placuit nobis sub Dei omnipotentis pręcepto firmare, ut quicumque nunc vel post nos vivens, cuiuscumque ordinis vel dignitatis, nostram hanc voluntatem et hoc opus studiose voluerit impedire et suo impedimento, ut non fiat, perturbare, cum traditore Iuda et Dathan et Abiron atque Herode, Caiphan et Pilato participationem 10 habeat, et cum eis in inferno inferiori perpetualiter ardeat, atque penę totius excommunicationis novi ac veteris Testamenti, nisi digne satisfecerit, subiaceat. amen. hoc actum est in Pharphensi claustro, anno Domini millesimo .XCVII., indictione .V., epacta .IIII., conc. .III., .IIII. kalendas iunii. ✝ ego Berardus abbas cum omni congregatione Pharphensi hoc fieri iussi atque con- 15 firmavi. ✝ Romanus prior. Iohannes diaconus et monachus. Petrus pręsbyter et monachus. Oddo pręsbyter et monachus. Iohannes pręsbyter et monachus. Anserius pręsbyter et monachus. Liozo pręsbyter. Berardus pręsbyter et monachus. Iohannes pręsbyter et monachus. Gregorius pręsbyter et monachus. Maifredus pręsbyter et monachus. Dodo pręsbyter 20 et monachus. Adam pręsbyter et monachus. Atto pręsbyter et monachus. Nicolaus pręsbyter et monachus. Iohannes pręsbyter et monachus. Karolus diaconus et monachus. Petrus pręsbyter et monachus. Amabilis pręsbyter et monachus. Beraldus diaconus et monachus. Bernardus diaconus et monachus. Leo pręsbyter et monachus. Baroncius pręsbyter et 25 monachus. Rusticus diaconus et monachus. Bachus pręsbyter et monachus. Rusticus pręsbyter et monachus. Albertus diaconus et monachus. Gezo diaconus et monachus. Girardus diaconus et monachus. Silvester pręsbyter et monachus. Berardus diaconus et monachus. Oddo pręsbyter et monachus. Gentilis diaconus et monachus. Rainerius diaconus et mo- 30 nachus. Porfirius pręsbyter et monachus. Gislebertus diaconus et monachus. Hilperinus diaconus et monachus. Rainerius pręsbyter et monachus. Guido diaconus et monachus. Odemundus diaconus et monachus. Petrus diaconus et monachus. Berardus pręsbyter et monachus. Karolus diaconus et monachus. Rainerius pręsbyter et monachus. Rainerius diaconus et mo- 35 nachus. Atto pręsbyter et monachus. Berardus pręsbyter et monachus. Dono diaconus et monachus. Ioseph pręsbyter et monachus. Atto pręsbyter et monachus. Atto pręsbyter et monachus. Berardus pręsbyter et monachus. Benedictus pręsbyter et monachus. Atto pręsbyter et monachus. Adam pręsbyter et monachus Carbo diaconus et monachus. Benedictus 40 pręsbyter et monachus. Atto pręsbyter et monachus. Benedictus pręsbyter. Roccio diaconus et monachus. Gaudentius pręsbyter et monachus. Iohannes pręsbyter et monachus. Stephanus diaconus. Beraldus subdiaconus. Ba-

a catholico pontifice consecretur. anteriorum etiam anathemata abbatum vel seniorum pro nichilo duxit, et constitutum de campo et arcibus cum excommunicationis obligatione pro huius ęcclesię oportuna renovatione destruens violavit et corrumpens infregit. [de quo videlicet pręfato abbate quadam nocte visio terribilis visa 5 est, scilicet quod tenellum puerum et innocentem coctum assatumque comederet. cuius cum cocta membra minutatim incisa pene devorata haberet, quidam ante illum assistentes, cum hęc viderent, foras fugerunt pię stupore. iterumque paulo post ingressi, ut huius intuerentur crudelitatis finem, videbant quod iam 10

c. 334 A

in cerebro pueri intinctum ‖ panem avide manducaret. et cum hanc quidam frater in capitulo coram cunctis referret somnii visionem, illius suppresso nomine, idem ipse, ut credimus, abbas, veritatis spiritu compellente, interpretatus est dicens: « Pro certo « sciatis omnes, quia ille de quo hęc visio fuit, est vir mortis, 15 « et in rebus pessimis ac nefandis domus huius et mei gravissimi « damni manum tenet flagitiose ». quod qui noverunt mirati sunt, et cognoverunt hanc Dei iudicio prophetiam ab illo fuisse ignoranter prolatam.]

Post hęc autem cum omnes seniores maiores atque minores 20 huius sancti conventus de huius monasterii vetustissima defectione causarentur, et de novi monasterii in hoc super nos eminenti monte constructione assidue ratiocinarentur, plurimi etiam Romanorum civium magnates hoc votis omnibus niterentur, tandem vix quasi compunctus et hominum favoribus coactus, hanc fecit 25 constitutionem cum anathemate auctoralique excommunicatione pro novi in monte hoc monasterii constructione:

An. 1097.
L'abbate Berardo II ordina la rinnovazione della chiesa e la costruzione dalle fondamenta di un nuovo monastero.

[Notum sit omnibus sub nomine christiano viventibus suarumque animarum redemptionem in Christo habere cupientibus, quod nos scilicet Berardus Dei gratia Pharphensis abbas omnisque eiusdem monasterii conventus, 30 divina inspirante gratia et Dei genitrice ac semper virgine interveniente beata Maria, corde et animo atque irrevocabili voluntate suam ęcclesiam cupimus renovare. insuper et totum monasterium in monte hoc a fundamento construere. et hoc beatę Marię voluntate atque quorumdam Dei fidelium Romanorum, quorum nomina Deus scit, iuvamine et exortatione incipimus, ac 35 tantum et tam admirabile opus Dei omnipotentis auxilio atque omnium eius fidelium adiutorio explere confidimus. quicumque ergo huic sancto operi

aliquoa adiutorium fecerit, peccatorum suorum remissionem, de quibus vęram pęnitentiam habuit vel habiturus est, per merita sanctę Marię et sibi assidue servientium famulorum orationes optinebit. et ut omnes fideles firmissime credant, nos tantum opus irrevocabiliter incipere, et inceptum nullo unquam
5 modo usque ad certum finem relinquere, ita placuit nobis sub Dei omnipotentis pręcepto firmare, ut quicumque nunc vel post nos vivens, cuiuscumque ordinis vel dignitatis, nostram hanc voluntatem et hoc opus studiose voluerit impedire et suo impedimento, ut non fiat, perturbare, cum traditore Iuda et Dathan et Abiron atque Herode, Caiphan et Pilato participationem
10 habeat, et cum eis in inferno inferiori perpetualiter ardeat, atque penę totius excommunicationis novi ac veteris Testamenti, nisi digne satisfecerit, subiaceat. amen. hoc actum est in Pharphensi claustro, anno Domini millesimo .XCVII., indictione .V., epacta .IIII., conc. .III., .IIII. kalendas iunii. + ego Berardus abbas cum omni congregatione Pharphensi hoc fieri iussi atque con-
15 firmavi. + Romanus prior. Iohannes diaconus et monachus. Petrus pręsbyter et monachus. Oddo pręsbyter et monachus. Iohannes pręsbyter et monachus. Anserius pręsbyter et monachus. Liozo pręsbyter. Berardus pręsbyter et monachus. Iohannes pręsbyter et monachus. Gregorius pręsbyter et monachus. Maifredus pręsbyter et monachus. Dodo pręsbyter
20 et monachus. Adam pręsbyter et monachus. Atto pręsbyter et monachus. Nicolaus pręsbyter et monachus. Iohannes pręsbyter et monachus. Karolus diaconus et monachus. Petrus pręsbyter et monachus. Amabilis pręsbyter et monachus. Beraldus diaconus et monachus. Bernardus diaconus et monachus. Leo pręsbyter et monachus. Baroncius pręsbyter et
25 monachus. Rusticus diaconus et monachus. Bachus pręsbyter et monachus. Rusticus pręsbyter et monachus. Albertus diaconus et monachus. Gezo diaconus et monachus. Girardus diaconus et monachus. Silvester pręsbyter et monachus. Berardus diaconus et monachus. Oddo pręsbyter et monachus. Gentilis diaconus et monachus. Rainerius diaconus et mo-
30 nachus. Porfirius pręsbyter et monachus. Gislebertus diaconus et monachus. Hilperinus diaconus et monachus. Rainerius pręsbyter et monachus. Guido diaconus et monachus. Odemundus diaconus et monachus. Petrus diaconus et monachus. Berardus pręsbyter et monachus. Karolus diaconus et monachus. Rainerius pręsbyter et monachus. Rainerius diaconus et mo-
35 nachus. Atto pręsbyter et monachus. Berardus pręsbyter et monachus. Dono diaconus et monachus. Ioseph pręsbyter et monachus. Atto pręsbyter et monachus. Atto pręsbyter et monachus. Berardus pręsbyter et monachus. Benedictus pręsbyter et monachus. Atto pręsbyter et monachus. Adam pręsbyter et monachus Carbo diaconus et monachus. Benedictus
40 pręsbyter et monachus. Atto pręsbyter et monachus. Benedictus pręsbyter. Roccio diaconus et monachus. Gaudentius pręsbyter et monachus. Iohannes pręsbyter et monachus. Stephanus diaconus. Beraldus subdiaconus. Ba-

roncius diaconus. Guiccio subdiaconus. Bartholomęus subdiaconus et monachus. Berardus subdiaconus. Bonifacius subdiaconus. Placidus subdiaconus. Rainaldus subdiaconus et monachus. Berardus subdiaconus. Bibianus subdiaconus. Rusticus subdiaconus. Adelbertus subdiaconus et monachus. Nero subdiaconus. Adelbertus subdiaconus. Gentilis subdiaconus. Hugo subdiaconus et monachus. Rogerius subdiaconus. Hugo subdiaconus. Berardus subdiaconus et monachus. Ricardus conversus. Azolinus conversus. Iohannes conversus. Ioseph conversus et monachus. Transmundus conversus. Suavis conversus. Azolinus conversus. Torestanus conversus et monachus. Iohannes conversus. Macharius subdiaconus et monachus. Dodo conversus. Tebaldus conversus et monachus. Berardus puer. Sebastianus prȩsbyter. Terandus prȩsbyter. Hugo prȩsbyter et monachus. Beraldus prȩsbyter. Gregorius prȩsbyter. Randuisius prȩsbyter. Transmundus prȩsbyter. Atto prȩsbyter et monachus. Bernardus prȩsbyter. Atto prȩsbyter. Iohannes peccator prȩsbyter. Tetaldus prȩsbyter et monachus] (1).

An. 1097?
L' abbate Berardo II destina le rendite di quattro castelli ed altre rendite della badia alla rinnovazione e costruzione della chiesa e del monastero ordinate nel documento precedente.

[In nomine domini nostri Ihesu Christi. ego Berardus Dei omnipotentis nutu Pharpbensis cęnobii humilis abbas, ob meorum et omnium ęquo animo adiutorium in hoc ministrantium, scilicet in monasterii huius operis renovatione et in novę ęcclesię in huius cacumine montis constructione, perfectam cunctorum acquirendam peccaminum remissionem, ordinamus atque disponimus, qualiter hoc opus cum Dei adiutorio ad perfectum ducatur et nullo modo unquam negligatur nec, quod absit, aliquando relinquatur. in primis concedimus huic magno operi omne servitium, omne debitum, omne obsequium, omne redditum, omne tributum de .IIII. castellis nostri monasterii, idest de Phara, de Postmonte, de Arcibus, et de Campo Sancti Benedicti, exceptis mortuorum oblationibus et manualiis quę solo conventui conservamus, et exceptis equitum fegis sive beneficiis, ex quibus, videlicet de beneficiis equitum et manualiis conventus, si poterimus, alibi eis concambium dabimus, et ipsa omnia fega et manualia infra prȩfata castella ad hoc perficiendum opus constituemus. similiter de scriptis prȩcariis sive libellis et pignoribus faciemus, idest aut per concambium vel per redemptionem adimplere satagemus. de omnibus etiam mortuorum oblationibus decimam ibidem concedimus, et decimam decimę totius abbatię. exceptamus tamen ex eis quę quondam in hospitio nostri monasterii a nostris antecessoribus concessa fuerunt. item, cellam de Roma, cum Sancto Sebastiano in Flaiano. item, teloneum mercati. item, molendina .XII. inter Criptulę et Pharphę sive Currisii flumina posita, prȩter illa .XXXVI. molendina quę conventi in prȩfatis aquarum vocabulis prȩdiximus danda. item, statuimus de calcariis, ut homines de Petra Dęmone faciant in uno anno calcarias .II., de Scandrilia .II., de

(1) *R. F.* doc. 1153.

Ophiano et Montaliano .II., de Caput Pharphę .I., de Cerreto Malo .I., de Salisano et de Rocca .I., de Agello .I., de Caballaria et Quinza .I., de Bucciniano .I., de Monte Operis et Tribiliano .III., de podio Catino et Terraniano et Limisano .II., de Tribuco .II. quarum calces factas idem ipsi qui fecerunt per dominicas dies vel alias festivitates cum asinis suis sursum in montem istum ferant. de omnium hominibus castellorum per omnes ebdomadas .XX. homines veniant, et huic operi attentius per totam ebdomadam insistant. qua finita, alii .XX. homines succedant, donec omnes homines uniuscuiusque castelli singulas ebdomadas expleant. ex quibus exceptamus solummodo bonorum hominum, idest equitum personas. hęc omnia benivola voluntate concedimus. et si aliquid super his augendum est vel ex eis minuendum, consilio potius nostri conventus augere vel minuere utiliter curabimus. verumtamen ne ipsum relinquatur opus, sub divina institutione stabilimus, et anathema quod exinde concordi fecimus voluntate omnimodis confirmamus. quod quicumque confirmans custodierit, et adiutorium vel consilium bonum administraverit, perpetuis ut benedictionibus ditetur firmissime optamus, et constantissime rogando Domini omnipotentis clementiam flagitamus. amen.] (1)

Licet autem hanc prępfatus abbas firmiter statuerit constitutionem, cito tamen in illo defecit bona voluntas in operatione. nam velut tedium sustinebat, et opus ęcclesię negligens incipere formidabat. huius tamen operis occasione per omnes abbatię homines imposuit tributi ‖ reddendi dationem. [quam non, ut finxerat, ad ęcclesię renovationem colligebat, sed in proprios libitus vel consanguineorum usus dispergere festinabat]. denique pro eo [maxime] quod [opus hoc aut quamlibet monasterii utilitatem congruam incipere vel agere negligebat, et] intus vel extra bona huius cęnobii sine retractione divastabat, quidam [hoc] non ferentes huius congregationis fratres, de monasterio recesserunt, et cum aliquibus capitaneis vel civibus Romanis [fidelibus aliquantis zelo rectitudinis] satagere moliebantur, ut, [salva domni imperatoris ęqua fidelitate,] compescerent prędictum abbatem ab huius monasterii divastatione, [et sacramenti quod nobis fecerat, rationabiliter eum facere recognoscerent prębaricatorem, et ne amplius domus hęc per illum dissiparetur studerent,] donec

c. 334 a

(1) *R. F.* doc. 1154. Questo documento non ha note cronologiche ma pare evidente che debba assegnarsi alla data del precedente. Questi due documenti non si trovano inseriti nel *Chronicon* e li tolgo dal *Regesto* perchè mi sembrano essenziali alla storia del monastero.

domno imperatori fideliter intimarent. sed [ad hęc perficienda quadam ratione] illis differentibus, [Deumque omnipotentem, ut ipse causam suę gloriosissimę Genitricis domus dirigeret utilius, assiduis suspiriis et pręcibus frequentissimis supplicantibus,] tandem prędictus abbas, a plurimis [de negligentia correptus,] coactus in- 5 cohavit in monte ęcclesię magnum opus, [atque secundum suprascriptas constitutiones, statutis operariis, iussit diligentius et totis nisibus laborare.] sed Deus omnipotens, [cuius quidem aliquando iudicia sunt occulta, nunquam vero iniusta,] qui misericorditer consuevit nobis tribuere meliora quam petere sciamus 10 dona quique suę melius providet causam Matris integerrimę, prędicti abbatis finem imposuit actioni prodigę. nam per dies quinque febribus correptus est. iamque in extremo positus, satis ore penitens compungitur, [et si deinceps foret victurus, in omnibus se spopondit emendaturum.] sed die altero, omnipo- 15 tentis Dei iudicio [occulto, prius abunde pastus, est] subito [prę-focatus, et] obiit [sine sacrę viatico communionis. namque cum infra os eius sacrum munus esset immissum, non interius receptum sed foras est continuo ab eo cum abundanti saliva repulsum. continuoque est mortuus,] anno dominicę incarnationis 20 millesimo .XCVIIII., mensis martii die .XXV., feria etiam .VI post caput ieiunii, hora quoque sexta diei.

Huius quoque abbatis concessiones de huius rebus monasterii factas hinc iam referre curemus fideliter.

c. 335 A In villa Bucciniani concessit quasdam res sextariorum .XV. 25 pro solidis .XXIIII. in Quadrivio modia .III. et medium pro solidis .XII. in Cannitulo modium .I. et sextaria .II. pro solidis .XII. in Serrano modia .V. et medium pro solidis viginti duobus. in Turano modia .XII. pro prętio librarum trium. item, in Cannitulo modium .I. et sextaria .VIIII. pro solidis .VI. in monte Car- 30 donis .II. modia pro solidis .VIII. in Montopulo et in Sorbiliano modia .IIII. pro solidis .XIII. in Nazano modia .II. pro solidis .VIII. in Cutri modia .II. pro solidis .X. in Ortisiano et in rivo Torto res et aquimolum ad Scoplum pro solidis .XX. in pertinentia

23. *Da questo punto fin verso la fine della c. 336 B la scrittura cambia di nuovo.*

Terraniani et in Acutiano et ubi dicitur Casalis res pro equo uno librarum trium. in Sectiniano modia .VIII. pro solidis .XX. in Cavallaria et ad Sanctum Paternianum modia tria, et in Agelli et Cornazano modia tria et medium pro solidis .XV. in Limi-
5 siano, et Carpianello, et Lavina, et Acutianello, et casale Trasonis, et Peneta concessit pro equo solidorum .XL. in Serrano modia .V. pro solidis .XX. de molis Palumbę [aquimolum] unum pro librabus tribus. in Carboniano modia .II. pro bove uno. ad Sanctam Iustinam tertiam portionem rerum. in Coroliano con-
10 cessit quasdam res, exceptis duabus portionibus ęcclesię Sancti Stephani. || et concessit domum infra castellum de Catino. in Cavallaria sextaria .VIIII. pro solidis .XX. in Bezano modia .XIII. et medium pro solidis .XIII. ad collem de Gurga modia .V. pro solidis .XV. item, in Bezano modia .II. pro solidis. VIII. in Agelli
15 modia .XII. pro solidis .XX. item, ibidem modia .XV. pro solidis .XX. in Sorbiliano clausuram pro solidis .LIIII. in Serrano modia .II. pro solidis .XV. ad Sanctum Gurdianum modia .II. pro solidis .III. in Ofiano res de castello Vetulo. in Casarina et in Sanguiniano modia .II. pro solidis. XII. in Turano modia .III. pro solidis .XX.
20 in Vulpiniano, et Rufiano, et Moranula, et ad Caput Aquę, et in Sorbiliano pro solidis .XL. in pertinentia Arci modia .II. pro solidis. VII. item, in Vulpiniano res pro solidis .XXX. in Ortisiano pro solidis .XVI. item, ad molas Palumbi unum aquimolum in loco pigneris pro solidis .XL. in Arci clausuram, et in Plagie,
25 et Pulvinum, et Turri, et Alingiano, et in Campo pro solidis .XL. in pertinentia Tribuci casamentum Zoculi pro prętio librarum trium. in Antiquo modia .II. pro solidis .VIIII. in Ortisano pro solidis. X. in Bezano pro solidis .XVI. modia quatuor. in Monte Aureo pro solidis .LXVI. item, ibidem quasdam res excepta
30 ęcclesia Sanctę Lucię. in Bezano || modia .VI. et sextaria .IIII. et medium pro solidis .XXXIII. in Pipiliano medietatem unius casalis pro caballo solidorum .XVIII. et dimidio. item, in Bezano modia .II. pro solidis .VIIII. item, ibidem modia .VI. pro solidis .XXV. de castello Luco, et Catino, et Cannitulo, et in Pon-

c. 335 B

c. 336 A

7. *Supplisco la parola* aquimolum *che manca nel testo del Chronicon togliendola dal relativo documento nel Largitorio a c. CCLXXXII B.*

tianillo, et in pertinentia Terraniani portionem quam quidam Dono filius Crescentii contulit in hoc monasterio. et portionem Rainucii filii Rainerii de eisdem castellis et rebus. in Spineta modia .II. pro solidis .X. in Cavallaria modium .I. et medium pro solidis .VII. in Irculi clausuram pro solidis .XXXV. in Mianula pro solidis .XXV. in comitatu Utriculano res Ofridi filii Crescentii, et castellum Cuphi, et quinque casales. item, in Cavallaria modia .XVII. pro solidis .XXIII. in casale Formosę modia .V. pro solidis .XXIII. de castello Catino et Luco cum pertinentiis, et in Rescaniano portionem Ugolini filii Rustici. in Valle Domnellę et in Turano modia .XIII. et sextaria .XIII. pro caballo solidorum .XL. in Monte Aureo sextaria .X. pro solidis .VII. in casale Grassi modia .II. pro solidis .X. in colle Siconis modia .II. et sextaria .VIII. pro solidis .XIIII. in Pinti et in Serrano modia .III. pro solidis .X. in Bezano modium .I. pro solidis .III. in casale Guesi modia .II. pro solidis .VIII. ‖ in pertinentia Arci modia .II. pro solidis .IIII. in Cesarano modia .II. et sextarium .I. pro solidis .X. in Cavallaria modia .VIII. et medium pro solidis .X. in casale Formosi modia .III. pro solidis .XVII. in pertinentia Arci, et in Fisiniano, et in Campo concessit res in loco pigneris pro librabus .VIII. in monte Cillonis modia .II. in Cavallaria pro solidis .XII. in pertinentia Pharę modia .VIII. pro caballo solidorum .XXVII. in colle Guineldę sextaria .XVIIII. pro solidis .XVII. in Civitella modia .III. pro solidis .XII. in Cavallaria modia .VIII. et medium pro solidis .V. in pertinentia Farę modia .III. pro solidis .XV. item, ibidem pro solidis quadraginta. in Sextiliano et Verrucule sextaria .VIIII., et in Verrucule sextaria .III. pro solidis .VII.

c. 336 B

Hęc sunt castella quę de iure nostri monasterii possident filii comitis Rainaldi: Tophia, Nerula, podium Sancti Petri, Trebule, castellum Ilperini, castellum de Ugo, Ginęstram, duas partes de Turricęlla. et in castellum de Leto partem Tassonis [1].

29-32. *Il paragrafo* Hęc - Tassonis *è scritto da una mano diversa.*

(1) Le largizioni concesse dall'abbate Berardo II si trovano registrate nel *Largitorio* dalla c. CCLVIII B alla c. CCXCIIII B.

An. 1099.
c. 337 A

Quadragesimus autem in huius cenobii prçlatione regiminis electus est domnus Oddo prçsbyter venerabilis (1); quem ipso die post solis occasum, sepulto iam prçdicto abbate B[erardo], cum prior huius congregationis et aliqui maximç utilitatis fratres abes-
5 sent, quidam de confratribus sua quantumlibet conquirentes, quidam vero intentione simplici et improvisa festinantes, elegerunt sollemniter; Longobardum quidem genere sed nobiscum conversatum ex plurimo tempore. erat denique astutus et cautus in agendis negotiis, sive doctus prudentissime in litterarum studiis,
10 nimiumque promptus, omnibus sociis compatiens, abilis, affectuosus, hilaris, gratulosus, vivax et decenter amabilis. verumtamen rerum videbatur acquisitor cupidus, infatigabilis scriptor et assiduus, laborator improbus, et honoris non modice avidus, nec inaniter rerum largitor superfluus. hunc itaque sublimatum in electionis
15 prçlatione, qui aderant prçcipui fratres per sacramentum firmitatis omni conventui fecerunt promittere ut secundum infrascriptam promissionem provide in nostro prçesset regimine.

An. 1099 (2).
L'abbate Oddone giura ai monaci di serbare inviolati i diritti e le consuetudini del monastero.
c. 337 B

In nomine domini nostri Ihesu Christi. ego frater O[ddo,] quem vos fratres electum ad huius monasterii regimen habetis, omnibus simul fratribus
20 et sociis filiisque fidelissimis huius gloriosç Pharphensis çcclesiç, et matris Christi nostrçque dominç beatissimç Mariç omni nisu firmitatis, sub iureiurando promitto me observaturum quod omnes inferius subscriptas res coram Deo eiusque Genitrice confirmo huic venerabili loco sanctoque conventui, sicuti ab antiquis senioribus nostris audivimus anathema fecisse in capitulo
25 coram cunctis fratribus domnum Hugonem abbatem in prçsentia quorundam episcoporum et venerabilium abbatum Odilonis et Guilelmi, ut nemo abbatum huius cçnobii audeat vel consentiat aliquo modo auferre subscriptas res et terras a iure et regimine huius conventus, neque alicui tribuere, nec per scripti munimen nec per aliquam donationem, idest: tota Tornariç manualia, et quç
30 in Campo habentur vel in antea facere poterimus, campum de Granica, et manualia de Phara, et cçtera quç nunc sunt vel deinceps congrue addere comuni cum consilio poterimus, manualia de Tribuco, molendina quç modo habetis vel in antea facere poterimus, mortuorum oblationes quas Deus hic pro animabus fidelium concesserit, exceptis tantum dextrariis et armis mili-
35 taribus vel quç modo regimini iuste competit ac modeste. per omnia vero

1. *Per tutta la c. 337 A cambia di nuovo la mano.* 18. *Dalla c. 337 B fin verso la metà della c. 338 B la mano cambia di nuovo.*

(1) Effigie dell'abbate Oddone. (2) *R. F* doc. 1155.

castella vel manualia tot paria boum habeatis quot iusta censura facere po-
c. 338 A teritis. castellum vero aut terram || nulli unquam suspectę personę aliquo
modo tribuam. de pręcipuis autem rebus pro monasterii utilitate agendis,
non tam maxime cum laicis quam cum aliquibus ex fratribus utiliter consi-
liantibus, ubi mecum affuerint, seu in capitulo cum omni agam conventu. 5
ęcclesiam autem ac totum monasterium studebo meliorare, et in antiquum
et iustum usum reducere, iuxta meam possibilitatem. gualdum de Salisano
ad conventus utilitatem faciam laborare. de obędientiis quas aliquibus ex
fratribus dedero, nullum pretium accipiam more symoniaco, nec alicui meo
consiliario, me sentiente, permittam. pręterea, de omni legali decima totius 10
abbatię, quantum secundum canones vobis attinet, et omnes nostrorum por-
tuum vel mercati teloneum et redditus vobis confirmo. hęc omnia, sicuti
dictum est, me firmiter spondeo observare, nisi forte vos communi assensu
aliquid volueritis indulgere. per ista sancta Dei veridica evangelia.

His autem ita peractis, non multo post quidam minus sagaces 15
non ęquo illum consilio de morum constanti benignaque probi-
tate subverterunt, et ab ęqui rectitudine fervoris quantocius aver-
terunt, eumque nimis pavidum effectum cum comite R. eius-
que socero pactum firmitatis inire fecerunt, ut illorum suffragio
in abbatię honore quoquo modo tutus roboraretur. quibus 20
etiam non modicam concessit pecuniam, aliquantis ornamentis
ęcclesię et veste principali altaris maioris in pignore posita. et
c. 338 B hoc latenter et sine conventus notitia fecit, agens contra || sacra-
mentum quod omni congregationi iuravit. quod nos percipientes
nimis condoluimus, et subiugandum comitibus hoc pręvidentes mo- 25
nasterium amplius pertimuimus. unde suppresse invicem tristes
loquebamur, et diu afflicti cottidie tractabamus. et hoc domni
Oddonis consiliarii sentientes, suaserunt ei, ut armatam manum
equitum nostrorum seu villanorum ad nos compescendos et com-
pavendos in hoc monasterium faceret venire. quod et factum 30
est. itaque omnibus ex nobis collectis in capitulum venit, et ut
omnes in sua consentiremus electione propriam a nobis in ipso
loco manuum exegit per vim descriptionem. hinc referendum
notandumque est, quod eundem domnum Oddonem ante abba-
tiam, ut supra retulimus, prudentissimum sollertissimumque ac 35

33. Con hinc referendum *cambia di nuovo la mano dello scrittore fino alla c. 341 A.*

loquacissimum nec non et promptissimum vidimus, postea vero pavidum et tremebundum ignarumque et quasi amentem atque insensatum pene in cunctis perspeximus. denique postquam altaris vestem beatę Marię et quęlibet ecclesię huius ornamenta
5 oppignerare fecit, a quodam sibi famulante admonitus, immo cohercitus, excusavit se et non se esse conscium illius facti professus est. sed cum emendare differret, biduo a Domini Genitrice expectatus est. tunc demum diutissime ęgrotare et languescere cępit. ingraviscente autem languore || petiit unctionem. c. 339 A
10 quod cum in capitulo referretur, Romanus prior qui tunc pręerat mandavit ei dicens: « Quia expoliasti dominam nostram Mariam, « ideo emendare stude. sin autem, nec tibi unctionem facimus, « nec, si obieris, in fratrum cimiterio, sed magis in sterquilinio te « sepeliemus ». quibus auditis, maxime doluit et ingemuit, et
15 iam quasi mente minoratus, quia factum emendare non poterat, petebat a quodam canonico clanculo perungi, et confratribus ignorantibus pęnitentiari. sed hęc pręstolando, tribus noctibus durissime in visu quasi a sublimi femina tribus acerrimis virgis est cesus. et prima quidem nocte, custodienti se famulo re-
20 tulit hęc, et depręcatus est illum, ut sibi subveniret. altera vero nocte idem custos pervigil audivit eum in ipsa visione inter flagella depręcantem lacrimabiliter eam quę se cedebat, atque dicentem: « Mea domina, mercedem ». et cum evigilasset, interrogavit eum famulus cur in somnis vociferasset. tunc ille ostendit
25 eidem famulo illisiones vulnerum inflictas in corporis dorso, et confessus est quod quędam pręcelsissima femina tribus virgis acrius cedebat eum dicens: « Quare expoliasti me? » || et ille dicebat: c. 339 B « Mea domina, non feci ego ». et illa: « Quis ergo operari ausus « est hoc? » at ille: « Diabolus suggessit hęreticis ». his autem
30 recitatis tunc quidem siluit, sed post biduum perdidit colloquium. verumtamen prius communicatus est Dominico sacramento. sed unctionis inunctus misterio, obiit quasi nona hora in dominicę Ascensionis vigilia, cum esset quadragesimus in huius sacri cęnobii electionis abbatia, sepultusque est altero die, idest in eiusdem
35 solemnitate Ascensionis.

34. electionis] *Così nel testo.*

[H]is vero relatis, ad superiora paululum redeamus.

[I]nterea cum domnus Oddo prȩfatus, ut pertulimus, iam in capitulo exegisset a nobis invitam manuum descriptionem de suȩ abbatiȩ confirmatione, tunc quidem valde contristati variis perturbationibus, tempus non habentes oportunum, siluimus, et 5 qualiter ad hȩc omnia ad curiam domni imperatoris intimanda pergere possemus inter nos tractabamus. tunc visum est nobis utillimum consilium, scilicet ut ad domnum Beraldum Aschari filium, qui tunc in Ophida prȩpositus erat, iremus, et simul cum ipso de nostri libertate monasterii apud domnum imperatorem 10 perfectius studeremus. itaque clanculo de hoc egressi monasterio ad ipsum perreximus, et per dies .XIII. cum illo Ophida morati

c. 340 A sumus. post hȩc in dominicȩ || Ascensionis die, quȩ tunc evenit .XIII. kalendas maii (1), post missas et prandii refectionem, legatus illuc ad nos venit, dicens domnum obisse Oddonem abbatem, 15 qui etiam ex parte confratrum nostrorum prȩcipuorum nobis retulit mandatum, ut nusquam pergeremus, sed ad eos simul cum domno Beraldo festinanter reverteremur. nos vero eodem die reverti cȩpimus, et ad urbem Reatinam die iam dominico devenimus. ubi iterum ad nos cariores legati venerunt, et omnia 20 prospera ac iocunda ab omni conventu cunctoque populo nobis denuntiaverunt. altera autem die, cum magna sociorum nostrorum equitumque caterva nobis obviante, in hoc monasterio reversi sumus gaudentes. tunc omnes seniores in capitulum venerunt, et prȩdictum domnum Beraldum si de abbatiȩ honore 25 immunis esset a symoniacȩ dationis munere certatim cȩperunt inquirere. tunc ipse omnimodis negavit nullum omnino cuiquam se munus dedisse, nec daturum promisisse, nec aliquem pro se id se sciente fecisse. qua vero professione ostensa, omni placuit congregationi ut sibi certificaretur per testimonium sacra- 30 menti; et adderetur ut si aliquis pro eo quamlibet factam habuisset promissionem, ipse eam ex toto deinceps evacuatam

c. 340 B haberet. deinde prȩfatus domnus || Beraldus cognatum suum no-

(1) Il testo così del *Chronicon* che del *Regesto* reca « .XIII. kalendas maii », ma la festa dell'Ascensione nel 1099 cadde il 19 maggio, ossia « .XIIII. kalendas iunii », e così infatti è calcolata più oltre a p. 227, r. 17.

mine Berardum assurgere fecit, et, sicut conventus petierat, manu super evangelia imposita, pro se iurare pręcepit. quod omnis congregatio cum plurimis bonis hominibus videns, benivolo animo hoc sacramentum quasi iam factum accipiens indulsit. mox vero
5 pari voluntate morosaque deliberatione, magno cum gaudio elegimus domnum B[eraldum] super nos pastorem, et continuo posuimus in sede.

Post hęc illum petivimus humili fidelique deprępcatione, ut benigni regiminis mores et optimę consuetudinis observationem,
10 sicut eius alii iuraverunt antecessores, nobis per sanctam Regulam se observaturum bonę fidei facere dignaretur veridicam promissionem. quod libentissime annuit, et magis se omnia observaturum hac benignissimo animo spopondit promissione, quam sui qui iuraverant observassent antecessores (1). his ita peractis, decen-
15 tissime gradatimque in ecclesiam perreximus, et quę explenda erant dignissime perfecimus. quibus expletis, vespertinam incepimus sinaxim. hęc autem omnia rite peracta sunt .x. kalendas iunii, anno incarnationis Domini millesimo .XCVIIII., indictione .V.(2), feria quoque secunda || infra Ascensionem dominicam (3). c. 341 A

20 Quadragesimus denique primus in catalogo abbatum huius sacri cenobii hic venerabilis et domnus extitit Beraldus altioris An. 1099-1119.

19. *Dopo le parole* infra Ascensionem dominicam *vi sono nel cod. nove righe lasciate in bianco, poi la scrittura ricomincia cambiando nuovamente di mano.*

(1) An. 1099. Ecco il testo della promessa come si legge nel *Regesto*:

Indiculum sponsionis domni Beraldi electi. In nomine sanctę et individuę Trinitatis. ego frater Beraldus diaconus et exiguus Farfensis monachus, ab annis pueritię in hoc sanctę Dei genitricis et dominę nostrę semper virginis Marię cęnobio nutritus, quem omnipotente Domino disponente communi assensu rectaque concordia cum omni populo electum ad huius regimen monasterii habetis, vobis senioribus et dilectissimis confratribus vestris in perpetuum sociis et successoribus filiisque istius gloriosę regalisque Farfensis ecclesię et famulis, coram Deo eiusque genitricis et perpetuę virginis Marię dominę nostrę pręsentia sanctorumque omnium, veraci spondeo promissione, quod deinceps hanc abbatiam cum omnibus membris suis, idest monasteriis, ecclesiis, terris et castellis ubique constitutis, ad honorem Dei omnipotentis eiusque integerrimę matris et dominę nostrę Marię, semper salva serenissimi domini nostri Heinrici semper augusti imperii fidelitate ipsiqne placentis prolis, retineam, et ad omnium vestrum hic vel quocumque loco nostro iuri commisso commorantium monachorum sive fidelium famulorum, orfanorum etiam et quam maxime viduarum totiusque populi utilitatem congruam fidelissime regam et conservabo.

R. F. doc. 1310.

(2) Nel testo così del *Chronicon* che del *Regesto* è indicata la indizione V, ma l'anno 1099 corrisponde alla VII.

(3) Vedasi la nota a p. 226 di questo volume.

ac nobilioris secundum seculum prosapię natus, et in huius scola monasterii a sua pueritia nutritus, et litterarum nostro congruentium ordini studiis bene imbutus. qui cum ab omni abbatię populo fidelitate et sacramentis confirmatus in huius honore culminis fuisset, cepit regimen libere exercere, bonaque huius monasterii ab omnibus defensare firmissimeque per omnia tuere. de quo in ipsa novitate pręlationis quidam nostrorum se quandam in somnis vidisse visionem narravit. videbat quippe dormiens sanctum Euticium cum quo ‖ etiam avum eiusdem domni abbatis, Adam scilicet filium Rodulfi, cernebat consistere, et audiebat eundem sanctum ipsi viro dicentem: « Manda nepoti tuo Pharphensi abbati, innuens ut destruat ydola lucosque succendat. meam quoque festivitatem, quę ipso die evenit in quo abbatiam suscepit, decentissime celebrare faciat, ut me tutorem suum Deo auxiliante suis in causis habeat ». quod cum is qui visavit audisset, surgens, domno abbati studuit referre. erat enim gnarus bene litterarum. quam utique sententiam cum nos audissemus, sic interpretati sumus, scilicet quod iccirco a Deo in hoc regimine pręlatus est, ut infra extraque abbatiam hanc ab omni incommoditate satagat purgare. per ydola enim quę infra templum consistunt, ut quęque nociva et incommoda fiebant a quibuscumque malignis infra abbatiam potenter destruens corrigeret. per lucos vero, quibus situs silvarum significantur, ut quascumque ab extraneis illatas huic monasterio oppressiones igni concremaret, idest ad nichilum deduceret. quę omnia non multo post adimpleta cognovimus. nam plurimi infra abbatiam fraudulenter et ‖ nequiter agentes, domni abbatis fortitudine perterriti, a malignitatibus quieverunt; nonnulli etiam eius pavore timidi fugientes hinc discesserunt. itaque totius regimen conventus cępit vigilanti studio perficere, et maximam de nobis curam habere, ecclesięque decus sollerter ampliare. nam vestem altaris sanctę Marię et plurima ornamenta a suis prędecessoribus oppignerata studuit recipere, et ad huius honorem ęcclesię recolligere, nova quoque nonnulla acquirere. armatam manum super nos equitum et villanorum totius abbatię, qua multotiens ab eius

35. *Sulla* a *di* qua *è un segno di abbreviazione.*

prędecessoribus perminitati sumus, hic conquiescere et amovere suis fecit temporibus. si quando enim aliqui subditorum delinquere ferebantur, ipsi solummodo puniebantur et corripiebantur. immunes vero et sine culpa cum iniquis minime condemnabantur.
5 interea capitanii et comites ac viri nobiles, fortitudinem illius experientes, aliquantulum a nostra lesione cessarunt, et cum non possent apertius, clandestinis machinationibus mala contra hoc monasterium exercere moliebantur. unde factum est, ut, quia huius bona ecclesię in‖vadere sibique assumere, sicut erant soliti, c. 342 B
10 nequibant domni abbatis B[eraldi] terrore compressi, ceperunt oblationes mortuorum de suis terris et hic virorum sepeliendorum et quęque munuscula solita invidiose suptrahere, et in quantum quibant huius ecclesię antiquissimam libertatem minuere, et domno abbati, in quibuscumque causis valebant, omni nisu lesiones fa-
15 cere, et ne huius bona monasterii augmentare posset contrarii per omnia existere.

Anno autem dominicę incarnationis millesimo atque centesimo c. 343 A tertio, mense novembris, quidam viri nobiles habitantes territorii Sabinensis et in castro quod vocatur Foranum, una cum uxoribus
20 et filiis suis, respectu inspirati divino, pro delictis suis et propter timorem Dei et mercedem animarum suarum refutaverunt et restituerunt in hoc monasterio et domno B[eraldo] abbati quicquid eis pertinebat per scriptum tertii generis, quod olim susceperant a domno Berardo primo abbate, de pręfato castello Forano et
25 Colle de Nera, qui eis pertinebat per acquisitionem infra hos fines: a primo latere rigus Calentinus venientes ad rigum Roianum, et in rigum Gabinianum, et in Amenzanum, et in Laiam Episcopii, et in flumen Tyberis, et revertentes in Calentinum. insuper, quęcumque habebant et possidebant infra suprascripta vocabula
30 eorumque pertinentias sive fines iure hereditario sive acquisitione aut emptione vel successione et quocumque modo aut actione[1]. similiter, Petrus filius Grazonis refutavit et reddidit turrem et castellum Marciliani in hoc monasterio et ad domnum suprascriptum B[eraldum] abbatem. huic facto interfuit et consensit

(1) An. 1103; *R. F.* doc. 1160.

c. 343 B Octavianus comes filius Iohannis Oddonis coram Gentile comite filio Senebaldi, et per sacramentum firmavit eundem domnum abbatem et monasterium Sanctę Marię de prędictis castellis vel omnibus rebus et terris quotquot deinceps acquirere posset quocumque modo per totum comitatum Sabinensem, quod ipse ad suum 5 posse adiuvaret eum ad retinendum et defendendum in hoc monasterio contra omnes homines. hac de causa, post hoc * * * * dolo et invidia ductus, Oddo comes frater eiusdem Octaviani immissiones et suggestiones atque causationes pessimas cępit exercere contra domnum abbatem et monasterium Sanctę Marię cum 10 omnibus quos suadere sibique sociare valuit, et sic egit, ut castrum nomine Caput Pharphę capere et huic monasterio auferre faceret, et per se ipsum deprędationes et desolationes ac plurimas destructiones nostris locis et castellis operari studeret. denique castrum de Campo, et Tribilianum, et Cufi incendi et desolari 15 fecit, multosque captivos ex equitibus et famulis Sanctę Marię secum asportavit. cumque interrogaretur a quovis cur tanta mala bonis Sanctę Marię non pertimesceret inferre, has referebat excusationes, dicens, quondam se comitatum Sabinensem ab imperatore accepisse, ideoque monasterium Sanctę Marię non posset in eo ali- 20 quid acquirere ‖ nisi salvo sui comitatus iure. cui contra pars c 344 A domni abbatis talem reciprocabat rationem, dicens: « Ab initio « nostrum monasterium hanc habuit libertatem a Iohanne sexto « papa, et regibus Longobardis, et imperatoribus antiquis, Carolo « scilicet et reliquis deinceps, et pontificibus Romanis, ut quo- 25 « cumque tempore a quocumque hominum aliquid quocumque « modo legali acquisisset, mox ab omni condicione, ab omni red- « ditu, ab omni pensione, ab omni damnatione, ab omni distri- « ctione pontificum, ducum, comitum vel quorumcumque reipu- « blicę ministrorum et cuiuscumque dignitatis personę inconcussum, 30 « imminuatum et liberrimum existeret ». hanc quoque convenientiam voluit domnus abbas per pignus et obsides obligare, ut utraque pars in pręsentiam domni imperatoris iret, et eius auctoritatis sententiam de his quisque observaret. sed neque hoc ipse

7. *Lacuna di circa quattro parole nel codice.*

Oddo accipere, neque a damnis bonorum Sanctę Marię voluit quiescere. domnus vero abbas omnisque conventus ad arma potentissima orationis assidue conversi, Christum dominum flagitabant suppliciter, ut causam suę Genitricis a pessimis hostibus
5 defenderet misericorditer. verum non multo post eorum pręces Christus dominus se iuste ostendit exaudisse. nam quadam die Iohannes eiusdem Oddonis filius, collecto exercitu, ‖ ad castrum equitavit Collis de Nera, ut caperet et a Sanctę Marię iure auferret. quo domnus abbas cum paucis occurrit militibus, et tunc
10 idem Iohannes, qui capere venerat castrum, Dei nutu in conflictu a nostris continuo capitur et in custodia redigitur. quo tamen factu domnus abbas non exaltatur sed potius humiliatur, et ut iustitiam et ęquitatem potuisset habere, maximam pecuniam adversariis voluit dare, quatinus pacem ab eis potuisset optinere. sed
15 ipsi duri adhuc et pessimi corde hoc minati sunt proterbe, ut domnum abbatem de abbatia expellerent et alium sibi placitum abbatem constituerent. missis namque circumquaque legatis, innumeros exercitus congregarunt. quos omnes Sanctę Marię exercitus obvians, facilius devicit, et Ofridum comitem aliosque
20 quamplures capiens, custodię delegavit. his peractis, domnus abbas humilius finem petiit, sed cordibus obduratis eorum adhuc optinere nequit. deinde prędictus Oddo mentem fratris sui Octaviani, domni abbatis socii et iurati, corrupit, et ut ab eo recederet persuasit, atque ut sibi in captionem domnum abbatem tra-
25 deret sacramentum et obsides ab eo in termino statuto accepit. sed cum hoc pręvaricans idem Octavianus minime adimpleret, ‖ venit eius nepos Octavianus filius Oddonis, et ante domnum abbatem coram equitibus ibidem astantibus appellavit eundem Octavianum periurum esse contra patrem suum. quo audito, per-
30 culsus pavore Octavianus et verecundia constrictus, reum se contra domnum abbatem per omnia confessus est fuisse. tunc omnes astantes rogaverunt domnum abbatem, ut reciperet illum pęnam periurii componentem, et iterum vera fide firmoque sacramento domnum abbatem firmantem quod numquam amplius ab eius di-

c. 344 B

c. 345 A

12. factu] *Così nel testo.*

scederet societate. penam vero insuper periurii composuit librarum quinquaginta argenti, filiumque suum per sacramentum fidelitatis manibus commendavit domni abbatis. sed non multo post, iterum a fratre suo Oddone seductus, in periurium incedit, et a domno abbate discessit, et quęque contra eum potuit damna operare studuit. namque post hęc maiorem exercitum Oddo molitus est colligere, ut cuncta bona Sanctę Marię invaderet et deprędaret, suumque de captione filium per vim eximere valeret; cum quo etiam Octavianus Sanctę Marię sepe periurus venit armata manu. tunc quidam fideles se intermiserunt, et obsides et pignera ab utrisque acceperunt, et in manus Romanorum Petri Leonis et Tebaldi Cencii dederunt, ‖ ut in eorum curia legaliter ipsa intentio iudicaretur et iuste finiretur. venit itaque tempus et adiit domnus abbas Romam cum omni iusta defensione pręparatus. altercantibus vero causidicis utriusque partis in placito apud Sanctum Nycolaum de Carcere, ventum est ad sacramentum calumnię quod per se facere Oddo rennuebat, dicens, sibi cum obsides et pignera darentur per pactum fuisse remissum et concessum, ut per appositam personam ipsum faceret sacramentum. quod quamvis non legaliter omnibus pateret sic fuisse concessum, lege prohibente, tamen ceu coactus suscepit domnus abbas per appositam personam ipsum sacramentum, set tamen non secundum legem factum, quia nec qualitatem rei, nec qualitatem iuris, nec verę tempora possessionis assignavit. Octavianus autem cum se pręsentasset ut sacramentum faceret calumnię, innotuit ei et ad memoriam reduxit Gentilis comes coram omnibus qualiter olim domnum Beraldum abbatem et monasterium Sanctę Marię per sacramentum firmavit acquisita et acquirenda in toto territorio Sabinensi, sicut supra relatum est (1), ideoque non deberet temere et scienter in periurium currere, quia se vidente et audiente hoc fecerat, et ipse legaliter defendens testificabatur. ‖ deinde Petrus Leonis hoc audiens suggerendo cohibuit. quapropter substitit et minime iuravit. tunc quidam iudex ipsius partis sine qualitate vel certa quantitate et indiffinite sen-

c. 345 B

c. 346 A

(1) Vedasi a p. 230 di questo volume, r. 1.

tentiam dedit, dicens quod eidem Oddoni ius suum de prȩfatis castellis deberet restitui. at contra iudex alius Sanctȩ Mariȩ partis iudicavit non debere restitui. tunc Petrus Leonis, arbiter constitutus, laudare diffinite voluit, favens magis parti Oddonis. sed Tebaldus Cencii socius eius, videns sententiarum controversiam, non consensit, sed alium terminum composuit, ut clarius consultiusque causam eandem diffinire valerent. ad quod iterum prȩparatus venit domnus abbas; sed idem Petrus causam distulit et non laudans postposuit. peracto vero termino, proferre voluit diffinitionem, sed, lege iubente, post terminum datam altera pars, ostensum est a iudicibus nulla ratione illam suscipere cogi debere. sic ergo divina agente miseratione desiit laudare vel diffinire, et equior pars Beatȩ Mariȩ a decipientium tunc clandestina erepta est deceptione. et non multo post iterum prȩdicto Oddone conveniente cum legatis domni abbatis, sublati sunt obsides et pignera a || Romanis et dati sunt in manus comitis R[ainaldi] filii Senebaldi, ut restitutione remota, et superflua causidicorum controversia diminuta, in curia ipsius tempore statuto utriusque partis amiciter et sine causatione ostenderentur monimina et instrumenta ac rectitudinis iura, et sic benigne atque pacifice et ȩquiori animo prȩfati R[ainaldi] comitis meditatione recta ipsa finiretur causa. cumque statuto simul termino convenissent, pars Oddonis agere cȩpit contra partem domni abbatis, dicens se causam ipsam inquirere ac defendere per sancti Petri eiusque successorum pontificum possessionem. ibique relegerunt privilegium Constantini imperatoris beato Silvestro concessum, per quod censebant omnem Italiam cunctaque occidentalia loca beati Petri et pontificum eius iuri per omnia subicienda, ita ut nemo privatorum nec alicuius persona dignitatis in prȩfatis locis sibi aliquid vindicare valeat proprietatis. at vero pars Beatȩ Mariȩ enucleatius veriusque ipsum perspiciens edictum, asserebat quod non sic haberetur, quia Constantinus non iura privatorum nec ex toto terreni imperii dominium beato || Silvestro concessit, sed, sicut ibi legitur, ut principatum teneat super omnes in universo orbe terrarum Dei ecclesias, et eius iudicio quȩque ad cultum Dei vel fidem Christianorum stabilitate procuranda fuerint, disponantur.

c. 346 B

c. 347 A

Denique in Marci successoris beati Silvestri actis legitur, quod eius suggestione optulit idem ipse Constantinus Augustus basilicę quam ipse papa fecerat via Ardeatina fundum Rosarum. alię vero basilicę in Urbe optulit idem Constantinus fundum Antonianum via Claudia, fundum Vaccanas via Appia, fundum Orream 5 via Ardeatina (1).

Hic animadvertat prudentissimus censor, si prius Constantinus omnem Italiam beato Silvestro concessit, quid hoc extitit quod, illius successore Marco suggerente, prefatos fundos in supradictis ecclesiis contulit? sed et dominium sibi terreni imperii in 10 Italia omnes imperatores ex tunc ita reservarunt, ut illorum semper consensu pontifices confirmarentur, sibique in aliquo offensi corrigerentur. denique Liberium Constantius Augustus triennio exiliavit, et postea reconciliato eo, Felicem catholicum interea constitutum eiecit de episcopatu (2). Felicem quoque 15 c. 347 B secundum || qui eum hereticum declaravit capite truncari fecit (3). Bonifatius autem primus una die sub intentione ordinatus cum Eulalio iussionis Placidę Augustę sedentis Ravennę et filii eius Valentiniani habitantis Mediolani missa auctoritate de Urbe expellitur, sed postmodum utrorumque iussione Augustorum revo- 20 catur, et in sede confirmatur. Eulalius autem foras in Campaniam mittitur (4). Xistus vero tertius cum a quodam Basso criminaretur, ab episcopis .LVI. purgatur, et Bassi damnati facultates et prędia, prefatorum Augustorum pręcepto, Ecclesię catholicę sociantur (5). Simmachus etiam et Laurentius sub inten- 25 tione ordinati diviso clero atque senatu, constituitur ut ambo pergerent Ravennam ad iudicium regis Theoderici. quo cum irent, censuram ęquitatis primo ordinatus et maxima parte con-

(1) *Liber Pontificalis*, ed. DUCHESNE, I, 202, 203.

Tutta la dissertazione storica che segue è attinta al *Liber Pontificalis*. Intorno alle relazioni tra questa dissertazione e i testi del *Liber* cf. I. GIORGI, *Appunti su alcuni manoscritti del Liber Pontificalis* in *Archivio della R. Società rom. di storia patria*, XX, 247 sgg. e specialmente le pp. 304-312.

(2) *Lib. Pont.* I, 207.

(3) *Lib. Pont.* I, 211

(4) *Lib. Pont.* I, 227.

(5) *Lib. Pont.* I, 232.

stipatus invenit Simmachus, et in sede confirmatur [1]. Silverium quoque papam Theodatus rex tyrannus pecunia corruptus per vim ordinavit, sine deliberatione decreti in quo sacerdotes non subscripserunt secundum morem antiquum nec decretum
5 confirmaverunt nisi post ordinationem. quem postmodum Vilisarius patricius imperatoris deponi et monachica || indui veste fecit [2]. Vigilium autem successorem eius Iustinianus et Theodora Augusti Constantinopolim accersierunt et in custodiam miserunt. tunc temporis misit imperator Iustinianus Narsetem
10 eunuchum et cubicularium suum in Italiam. cui contra Gothos pugnanti Deus victoriam dedit, rege Badua, qui et Totila, interfecto, qui etiam rogatus a clero Romano de exilio Vigilium papam reduxit [3]. beatissimus quoque Gregorius veridicus eximiusque doctor Ecclesię, quem cum clerus, senatus populusque Romanus
15 sibi concorditer pontificem eligerent, imperatori Mauricio, cuius filium susceperat ex sancto lavacro, latenter litteras destinavit, adiurans et multa pręce deposcens ne unquam assensum populis pręberet ut se huius honoris gloria sublimaret. sed pręfectus Urbis nomine Germanus eius nuntium anticipavit, comprehen-
20 soque ac diruptis epistolis consensum quem populus fecerat imperatori direxit. at ille gratias agens Deo pro amicitia Diaconi eo quod locum deferendi ei honoris, ut cupierat, reperisset, data pręceptione, ipsum ordinari pręcepit [4]. Bonifatius autem tertius papa optinuit a Foca Cesare ut sedes apostolica beati Petri apo-
25 stoli caput esset omnium ecclesiarum, quia ecclesia Constantinopolitana primam se omnium ecclesiarum scribebat [5]. Bonifatius vero quartus papa impetravit a Foca principe templum Pantheon quod fecit ecclesiam | esse Beatę Marię semper virginis et omnium Martyrum, reliquiis in ea collocatis. in qua ęcclesia

c. 348 A

c. 348 B

29. *Dalle parole* in qua ęcclesia *fino alle parole* Martini papę *(p. 236, r. 8) la scrittura cambia e poi torna nuovamente la prima mano.*

(1) *Lib. Pont.* I, 260.
(2) *Lib. Pont.* I, 290-93.
(3) *Lib. Pont.* I, 296-99.
(4) IOHANNIS DIACONI *Vita sancti Gregorii Magni*, lib. I, cap. 1 e cf. anche GREGORII TURONENSIS *Historia Francorum*, lib. X, cap. 1.
(5) *Lib. Pont.* I, 316.

etiam princeps dona optulit multa [1]. Bonifatius namque quintus papa constituit ut testamentum valeat secundum iussionem principis [2]. Honorius denique papa cooperuit omnem ecclesiam Beati Petri apostoli ex tabulis ęreis quas levavit de templo quod appellatur Romę ex consensu piissimi Eraclii imperatoris [3]. temporibus vero Theodori papę, mortuo Hisaucio, misit imperator Theodorum patricium et exarchum cognomento Calliopam ad regendam omnem Italiam [4]. in diebus autem Martini papę direxit imperator Olimpium cubicularium et exarchum ad regendam omnem Italiam, et post hęc misit Theodorum exarchum cognomento Calliopam cum Theodoro imperiali cubiculario qui et Pellurio dicebatur. qui tollentes sanctissimum Martinum papam de ecclesia Salvatoris quę et Constantiniana appellatur, perduxerunt Constantinopolim [5]. Vitaliani vero papę temporibus venit Constantinus Augustus in urbem Romam, et omnia quę erant in ęre ad ornatum civitatis deposuit. sed et ecclesiam Beatę Marię ad Martyres, quę de tegulis ęreis erat, discooperuit et in regiam urbem cum aliis diversis quę deposuerat direxit [6]. Agatho quoque papa suscepit divalem iussionem piissimorum principum Con|stantini, Eraclii et Tyberii Augustorum, secundum suam postulationem suggerens, per quam revelata est quantitas quę solita erat dari pro ordinatione pontificis facienda, sic tamen ut, si contigeret post eius transitum electionem fieri, non debeat ordinari electus nisi prius decretum generale introducatur in regiam urbem secundum antiquam consuetudinem, et cum eorum conscientia et iussione debeat ordinatio pervenire [7]. Leonis etiam papę secundi temporibus, pręcurrente divali iussione principis clementissimi, restituta est ecclesia Ravennas sub ordinatione Sedis apostolicę, ut defuncto archiepiscopo, qui electus fuerit, iuxta antiquam consuetudinem in urbem Romam veniat ad ordinandum [8]. Benedictus autem secundus papa suscepit divales iussiones clementissimi Constan-

c 349 A

(1) *Lib. Pont.* I, 317.
(2) *Lib. Pont.* I, 321.
(3) *Lib. Pont.* I, 323.
(4) *Lib. Pont.* I, 331-32.
(5) *Lib. Pont.* I, 336-38.
(6) *Lib. Pont.* I, 343.
(7) *Lib. Pont.* I, 354.
(8) *Lib. Pont.* I, 360.

tini Magni principis ad venerabilem clerum et populum atque felicissimum exercitum Romanę urbis, per quas concessit ut persona electa in Sede apostolica e vestigio et absque tarditate ordinetur pontifex [1]. Conon vero cum eligeretur papa, iudices una cum primatibus exercitus et clero populoque in eius scripserunt decreto, ‖ et missos pariter una cum clericis et populo ad excellentissimum Theodorum exarchum, ut mos est, direxerunt, ut eius assensu confirmaretur. quem postmodum eius archidiaconus videns infirmitate constrictum, scripsit Ravenne Iohanni glorioso exarcho ut ad pontificatum eligi mereretur. qui demandavit iudicibus suis quos Romę ordinaverat et direxerat ad dispensandam civitatem, ut post mortem pontificis eiusdem persona archidiaconi eligeretur [2]. a Sergio quoque papa Iohannes patricius et exarchus cognomento Palatinus Romam veniens centum auri libras exegit electo [3]. temporibus autem Constantini papę Iustinianus imperator misit Theodorum primicerium Ravennam, qua capta, Felicem archiepiscopum arrogantem et omnes rebelles compedibus strinxit et Constantinopolim misit. Iustinus vero imperator missa sacra suprascripto pontifici pręcepit eum ire Constantinopolim. cui etiam optemperanti imperialibus iussis omnia privilegia Ecclesię renovavit eumque ad propria reverti cum honore fecit [4]. Gregorii quoque papę tertii temporibus Constantinus imperator duas massas, idest Nymphas et Normias, iuris existentes publici, sanctę Romanę Ecclesię iuri perpetuo possidendas direxit. Theodorus autem maior filius Megisti prędium quo ex hęreditate fruebatur ‖ paterna, situm quinto miliario ab Urbe via Tyburtina, Beato Petro reliquit defunctus [5]. Adriano quoque papę Carolus rex Francorum concedi et contradi spopondit has civitates et territoria per designatum confinium, idest a Lunis cum insula Corsica, deinde in Suriano, deinde in Monte Bardone idest in Verceto, deinde in Parma,

c. 349 B

c. 350 A

14. *Nel Lib. Pont.* Platyn 19. *Nel Lib. Pont. si parla di Giustiniano.*

(1) *Lib. Pont.* I, 363.
(2) *Lib. Pont.* I, 368-69.
(3) *Lib. Pont.* I, 371-76.
(4) *Lib. Pont.* I, 389-91.
(5) Erra qui l'autore nominando Gregorio III. Le due concessioni vanno riferite ai tempi del suo successore Zaccaria; *Lib. Pont.* I, 433-34.

deinde in Regio, exinde in Mantua et Monte Silicis, et universum exarchatum Ravennatem sicut antiquitus erat, atque provincias Venetiam et Histriam, et cunctum ducatum Spoletanum, et Beneventanum. huius etiam temporibus Leoninus consul et dux monachus factus tres uncias massę Aretianę, quibus parentum fruebatur hęreditate, decimo sexto miliario ab Urbe via Ardeatina, Beato Petro apostolo perenniter concessit permanendas (1).

Hęc iccirco omnia brevi stilo ex sanctorum scriptis autenticorum auctoritatibus decerpere studuimus, ut veridica relatione ostenderemus omnes pontifices Romanę Sedis imperiali edicto post electionem semper confirmatos, et Italiam totam semper habuisse imperatorios procuratores, rectores, patricios, exarchos et duces qui imperatoria iura et rempublicam potentissime possidentes defenderent, dominiumque Italicum optinerent in omnibus [c. 350 B] constan||tissime usque ad tempus Pipini regis Francorum, quem Stephanus papa secundus apud Parisium coronavit et unxit cum duobus filiis suis, circa annum incarnationis dominicę septingentesimum quinquagesimum quartum. nam dominicę incarnationis anno septingentesimo septuagesimo quarto Carolus Pipini filius et rex Francorum et patricius Romanorum Ticinum civitatem obsidens, Desiderium regem comprehendit secumque Franciam deportavit, suęque potestati cunctum regnum Longobardorum subiugavit. a tempore itaque beati papę Silvestri, qui sedit pene incarnationis dominicę annum tercentesimum trigesimum quintum, usque ad tempus Adriani pontificis pręsulantis circa dominicę incarnationis annum septingentesimum septuagesimum secundum, cuius anno tertio prędictus Karolus regis Francorum Pipini filius Romanorum imperator est factus, computantur anni fere quatuorcenti triginta septem. et a tempore Adriani papę usque ad tempus Gregorii septimi papę, qui contra H[einricum] tertium Romanorum imperatorem scandalum nisus est sanctę Dei Ecclesię suscitare, sunt anni plus minus tercenti viginti duo. in quibus omnibus temporibus nemo, ni fallor, pontificum legitur

1. *Nel cod.* Mantuam et Montem Silicis   17-18. *Nel testo* .DCC^{o}L^{o}IIII^{o}.

(1) *Lib. Pont.* I, 498, 505.

absque principis iussione ordinatus fuisse, pręter Pelagium papam. nam de illo legitur quod ordinatus sit sine principis iussione ‖ eo quod Longobardi Romanam civitatem obsiderent, multęque ab eis per Italiam fierent vastationes (1). denique post eum Grego-
5 rius doctor beatissimus a clero et populo electus roborari ante noluit in pręsulatu, quam ab imperatorio assensu fuisset confirmatus. quod ergo per septingentorum quinquaginta novem annorum curricula constitutum et observatum sine ullius sancti apostoli sive doctoris contradictione fuit, non arbitramur aliqua
10 ratione possit contradici et maxime quod extra fidem minime dinoscitur fore. nonnulli enim pontificum, quamquam sub intentione electi sint, nullo modo pręsulatus habere potuerunt sublimitatem nisi imperatoris optinerent consensionem. hic prudentium attendat sollertia, quia si Constantinus quondam Augustus
15 prius vicario beati Petri apostoli, Silvestro scilicet, coronam imperii concessit, postmodum vero alter beati Petri vicarius, Stephanus videlicet papa secundus, pręfictum Pipinum cum duobus filiis germanis Carolo et Carolomanno regem Francorum unxit. Stephanus quoque papa tertius eosdem Romanorum patricios
20 confirmavit. Leo etiam tertius Carolum coronavit eumque defen‖sorem tutoremque Sedis apostolicę sanctęque Ecclesię catholicę stabilivit, et una cum omni senatu Romano imperium illi per omnia confirmavit. sed quomodo eum terrenarum rerum potestate et totius iure imperii fraudavit, vel dominia illi Italica
25 denegavit per quem respublica omnisque christiana libertas ab omnibus pręiudiciis et universis incommodis debet defendi? fuerunt pręterea et multi in Italia viri qui per diversa loca ius proprium et privatum iure hęreditario possederunt, et locis sacris Deoque dicatis ob animarum suarum mercedem de suis substan-
30 tiis plurima concesserunt. non ergo omnis Italia in terrenis facultatibus patrimonium beati Petri apostoli Ecclesię extitit, nec umquam pontificum Romanorum ex toto dominium fuit, nisi in his quę ad cultus Dei pertinent dispositionem, vel ad verę fidei conveniunt ostensionem. ex quibus duobus non solum Italia,

c. 351 A

c. 351 B

(1) *Lib. Pont.* I, 309.

sed etiam omnis mundus apostolici prȩsulis magisterium observat et impositum modum. nec enim congruit totius orbis speculum, quod est prȩsul apostolicus, humano pulvere sordescere, et curis mundo militantium avidius incumbere, quia scriptum est: « Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus 5
c. 352 A « constituitur in his quȩ sunt ad Deum » (1). ergo || ipse pastor est animarum, ipse doctor fidei electorum, ipse caput omnium ecclesiarum, in his tamen rebus et causis, non quȩ sunt ad seculum sed quȩ ad Deum. non enim claves terrȩ seu regni terrestris sed claves regni cȩlorum concessit illi omnium Pastor 10 pastorum, ut quȩ solvenda sunt in cȩlo solvantur et in terra ab eo, et quȩ sunt in cȩlo liganda ligentur et ab ipso in terra (2).

Sed iam redeamus ad nostri libertatem monasterii perfectam, et a plurimis orthodoxis summisque pontificibus et imperatoribus ac regibus catholicis ostendamus illam nobis nostrisque antecessoribus incunctanter fuisse concessam, et in perpetuum fore permanendam. itaque Karolus imperator monasterium hoc Sanctȩ Dei genitricis et semper virginis Mariȩ sub imperiali tuitione sive defensione sicut antea reges egerant Longobardorum recepit, eumque quietum et liberrimum ab omnis occasionis condicione 20 per suorum paginas prȩceptorum in omnibus acquisitis rebus et acquirendis perenniter fore sancivit. pontifices etiam apostolicȩ Sedis vere catholici et pastores totiusque orbis ecclesiarum patres, idest Iohannes sextus, Paulus, Adrianus, Stephanus quartus, Paschalis primus, Benedictus octavus, Leo Magnus Teutonicus, 25 et Nicolaus secundus, providentiam habentes pastoralem et sicut
c. 352 B misericordes patres verique doctores curam || spiritualiter habentes suorum filiorum et maxime domesticorum, huius sancti mona-

(1) Paul. *Hebr.* V, 1.

(2) Questa lunga digressione evidentemente è ispirata dalla grande contesa che s'agitava ai tempi di Gregorio di Catino tra il papato e l'impero, alla quale la badia di Farfa partecipò anche cogli scritti polemici favoreggiando apertamente l'impero. È parallela alla *Orthodoxa defensio imperialis* ma diversa da essa nel modo di concepire, d'argomentare e di espressione. Vedasi intorno ad essa ciò che ho scritto nella Prefazione di quest'opera, I, p. xxxii, nota 1.

sterii antiquissimam perspicientes et consuetam cognoscentes indultam plenius libertatem, perfectius et ipsi illam confirmaverunt et in perpetuum permanendam corroboraverunt. atque si quis illam infringere ausus fuerit, cuiuscumque dignitatis sit et quo-
5 cumque modo, perenni anathemate feriendum constituerunt. dehinc quoque extiterunt reges, duces, marchiones, comites et plurimarum dignitatum personę, qui de suę iure proprietatis Deo inspirante eidem monasterio concesserunt plurima et firmaverunt perpetuo inibi permanenda. igitur cum pars Sanctę Marię au-
10 tentica scripta et antiquissima pontificum privilegia et regum vel imperatorum veraciora de omni libertate huic monasterio perpetuo concessa perlegisset pręcepta, omnibus in eodem placito audientibus, pars Oddonis e contra fingebat, dicens non posse pręlati cuiusquam ecclesię scriptum vel concessio aut constitutio
15 valere nisi tantum concessore vivente. quod pars Sanctę Marię optime defendit cum beati Gregorii doctoris summique pontificis super hoc auctoritatem ostendit dicentis, ut « privilegia mona-
« steriis indulta nulla ratione infringi posse, quia qui pręedecessoris
« institutionem molitur dissolvere, suam quandoque ostendit in hoc
20 « non posse statuere ». itemque ostendit || edictum domni Ottonis Augusti dicentis, ut « regibus et imperatoribus ea quę regni et (c. 353 A)
« imperii sunt, non sit licitum, nisi se viventibus, alicui tribuere,
« exceptis ecclesiis, et omne scriptum sive ius aut lex vel consue-
« tudo quod Dei ecclesiis obsistere videtur in irritum habeatur ».
25 ergo libertas ecclesiarum in nullo pręgravatur. iterum ostendit pars Oddonis beati Gregorii dispositionem, qua per partes Italię locis nominatis ordinaverat defensores sive ministros ut patrimonium vel suum vel beati Petri apostoli Ecclesię honestissime et rectissime ac fidelissime non divitibus sed pauperibus et indigen-
30 tibus dispensarent. quos etiam non laicos sed clericos censuit esse debere, sub divini pręcepti interdictione. ad hęc Sanctę Marię pars sic respondebat: Si unius tantum pontificis temporis dispositione patrimonii per aliqua Italię loca functa, omnem Italiam ad ius patrimonii Romanę Ecclesię vos vendicare censetis, quo-
35 modo non magis per quatuorcentorum triginta annorum curricula a Constantino Augusto usque ad Carolum imperatorem

expleta, in quibus iura imperii per exarchos ac patricios defensa, nobis ostendentibus, fuerunt, credere debetis? et a Carolo imperatore usque nunc similiter per duces, marchiones, comites et
c. 353 B castaldos reipublicę imperialis pertractata sunt || per annos fere quatuorcentos quinquaginta tres? ne forte autem vobis placeat 5 causare pręcepta regalia ad huius monasterii libertatem ędita, libeat vobis audire quod Bonifatius papa quintus constituit, ut testamentum valeat secundum iussionem principis. constat ergo sane quia, ut supra retulimus, non omnis Italia sed quędam in ea loca sive vocabula partim beati Petri Ecclesie patrimonio 10 fuerunt largita. alioquin si omne Sabinense territorium patrimonii prędicti fore censetur, ubi sunt iura reliquarum ecclesiarum? ubi hęreditates comitum et illustrium virorum? ubi etiam reipublicę vel privatorum? et si sua sunt omnia, quare antiqui pontifices vel moderni aut gratis accipiunt proprietates aut emunt 15 potius res et possessiones terrarum sibi largientium virorum? nam quod a temporibus Karoli imperatoris et deinceps numquam de Italia vel Roma cessaverit imperiale vel regale dominium fideliter nunc intimemus, pontifices etiam semper principali assensu ordinatos ostendamus. denique idem Karolus una cum 20 Pipino filio suo Romam venit, et domnum Leonem papam tertium ab impiis lingua pręcisum et cecatum potentissime vindicavit et ab eo coronam imperii suscepit (1). temporibus autem
c. 354 A Sergii papę II Hlotharius || rex Romam venit, et ab eo coronatus aliquandiu ibidem deguit, deinde Papiam reversus est, ubi ab 25 exordio principatus sui culmen regebat (2). Leone vero papa quarto electo, Romani contristabantur eo quod sine imperiali non audebant auctoritate futurum pontificem consecrare, periculumque Sarracenorum Romanę urbi maxime imminentem metuebant, ne iterum, ut olim, alienis ab hostibus obsideretur. quapropter sine 30 permissu principis pręsulem consecraverunt. hic tamen venerabilis pontifex dum pavore Sarracenorum civitatem Leoninam vellet construere, adiutorio consilioque eiusdem Hlotarii Augusti

(1) *Lib. Pont.* II, 4, 7.

(2) Non Lotario ma Lodovico II fu coronato nell'anno 844 dal pontefice Sergio II, e a Lodovico si riferisce questo passo del *Lib. Pont.* II, 90.

studuit perficere. a quo etiam sive ab eius fratribus non modicas argenti libras pro hoc meruit accipere. cuius temporibus quidam Danihel magister militum domni Hludovici imperatoris curiam adiit, et Gratianum quendam magistrum militum pessime accu-
5 savit, dicens quod idem Gratianus secum habuisset occulte consilium, inquiens: « Quia Franci nobis nichil bona faciunt neque « prębent adiutorium, sed magis nostra violenter tollunt, quare « Grecos non advocamus et cum eis fedus componentes Francorum « gentem de nostra dominatione expellimus? » quo || audito im- c. 354 B
10 perator iratus venit Romam. quem domnus Leo papa honorifice suscipiens prędicationis verbo studuit placare. quadam autem die imperator una cum papa et omnibus Romanis atque Francis de pręduicta accusatione placitum habuit. et inventus est mendax Danihel. qui etiam legali iudicio traditus est Gratiano, ut quic-
15 quid facere vellet de eo potestatem haberet. imperator vero humili supplicatione a Gratiano recepit, et de mortis periculo liberavit [1].

Benedictus vero papa tertius coram missis imperialibus consecratus legitur [2]. quem cum Cesar Hlodovicus defunctum audisset, qui ante paululum a Roma discesserat, concitus ad eam
20 rediit et ipso pręsente Nicolaus a Romanis electus papa est consecratus [3]. Iohannes autem papa XIII a Rofredo comite Campanino Petri pręfecti adiutorio et vulgi populi decarcone [4] est comprehensus et in Castello Sancti Angeli reclusus; a quo abstrahentes, Campanię partibus in exilium mandarunt. inter-
25 fecto vero Rofredo, Iohannes papa reversus est in suum honorem. at ubi Otto imperator Romam venit, et hęc gesta audivit, Romanorum consules comprehendit et ultra montes in exilium direxit. de vulgi autem populo in patibulum undecim suspendit. | pręfectum vero in potestatem papę dedit, qui eius barbam c. 355 A
30 abscidere fecit et capillos eius in caballo Constantini ad omnium

(1) *Lib. Pont.* II, 106, 107, 134.
(2) *Lib. Pont.* II, 141.
(3) *Lib. Pont.* II, 151-52.
(4) Il *Liber Pontificalis* reca « et adiu- « torio vulgi populi qui vocantur de- « carcones », e più sotto « de vulgi « populo qui vocantur decarcones duo- « decim suspendit in patibulo ». Intorno ai « decarcones » cf. la voce in DUCANGE, *Glossarium*, e la nota del DUCHESNE a questo passo in *Lib. Pont.* II, 253.

exemplum suspendit; expoliatumque super asinum posuerunt adverso capite ad caudam asini et manibus sub cauda eius, et posuerunt utrem pennatum in capite et in coxis eius, et tintinnabulum ad collum, et per totam Romam flagellatum duxerunt, et tunc in carcerem miserunt; post hęc imperatori dederunt. Ro- 5 fredi quoque comitis et Stephani vestararii ossa de sepulcris abstracta foris Romam sunt proiecta [1].

Benedictus etiam papa sextus a quodam Cencio est comprehensus et in Castellum Sancti Angeli missus, ubi mortuus est; eoque vivente Bonifatium diaconum papam miserunt; qui post 10 mensem unum fugiit in Constantinopolim.

Deinde ordinatur papa Benedictus VII Sutrinus episcopus [2].

Post quem Iohannes Papiensis. hunc post menses octo superior Bonifatius a Constantinopolim, quo confugerat, reversus comprehendit ac deposuit et in Castello Sancti Angeli in custodiam 15 misit, ubi famis et infirmitatis angustia post menses quatuor est mortuus et, ut fertur, occisus. ipse etiam Bonifatius post menses .XI. repente interiit, quem sui exsecratum post mortem ceciderunt et lanceis vulnerarunt, et ante caballum Constantini per pedes tra- c. 355 B hentes ‖ dimiserunt; mane vero clerici colligentes sepelierunt [3]. 20

Post hęc Iohannes XV papa eligitur. iste exosos habuit clericos, propter quod ėt clerici eum odio habuerunt. et merito, quia quę habere poterat parentibus distribuebat [4].

Benedictus quoque papa VIIII qui Theofilactus dicebatur de pontificatu eiectus est, et Iohannes Sabinensis episcopus constitutus, 25 cui nomen imponitur Silvester [5]. quo eiecto post dies .XLVIIII., Benedictus pręfatus recuperavit papatum. qui post mensem .I. vendidit illud Iohanni archicanonico Sancti Iohannis Portę Latinę nomine Gratiano, cui nomen imponitur Gregorius; quem imperator * * deposuit et ultra montes ire compulit, et Clementem 30

30. *Lacuna per lo spazio di circa quattro lettere nel cod.*

(1) *Lib. Pont.* II, 252. Intorno a questo pontefice cf. anche quello che dice l'abbate Ugo a pp. 44 e 62 del primo volume.

(2) *Lib. Pont.* II, 255, 257, 258.

(3) *Lib. Pont.* II, 259.

(4) *Lib. Pont.* II, 260.

(5) *Lib. Pont.* II, 270-73.

secundum papam constituit. post menses autem .VIIII. prȩdictus Benedictus pontificatum mensibus .VIII. recuperavit [1].

Damasus post hȩc sedit dies .XXIII. post quem extitit prȩsul apostolicus Leo Magnus Teutonicus [2]. inde Victor Noricus [3].
5 tunc Stephanus VIIII [4]. demum Benedictus Belliternensis episcopus, qui post menses .VIIII. expellitur [5], et Nicolaus Allobros qui Burgundio dicitur papa eligitur. hic quippe venerabilis pontifex cum omnia superius denotata optime didicisset et cognovisset multotiens sub maxima intentione et cleri populique dis-
10 sensione plurimos pontificum Sedem apostolicam ‖ olim subripuisse, et, quod deterius est, pecuniis eam optinuisse, vel in seculari invasisse, propter pacem et concordiam unitatemque sacerdotalis dignitatis et fastigii imperialis generale congregavit concilium, in quo ut cuncta supra commemorata et inique exhibita destrue-
15 rentur et ne quicquam eorum a quovis in posterum fieret, hoc sanctum studuit decretum firmissime statuere: c. 356 A

« In nomine domini Dei salvatoris nostri Ihesu Christi. anno ab « incarnatione eius millesimo .LVIIII., mense aprili, indictione .XII., « prȩsidente quoque reverentissimo ac beatissimo Nicolao aposto-
20 « lico viro in basilica Lateranensis patriarchii quȩ cognominatur « Constantiniana, consedentibus etiam reverentissimis archiepisco- « pis, episcopis, abbatibus seu venerabilibus prȩsbyteris atque diaco- « nibus, idem venerabilis pontifex auctoritate apostolica decernendȩ « electionis summi pontificis inquit:

25 « Novit beatitudo vestra, dilectissimi fratres et coepiscopi, in- « feriora quoque Christi membra non latuit, defuncto piȩ me- « moriȩ domno Stephano decessore nostro, hȩc apostolica Sedes, « cui Deo auctore deservio, quot adversa pertulerit, quot denique « per symoniacȩ heresis trapezitas malleis crebrisque tunsionibus
30 « subiacuerit, adeo ut columna Dei viventis iamiam pene vide- « retur concussa nutari, et sagena summi Piscatoris procellis in- « tu‖mescentibus cogeretur in naufragii profunda submergi. unde, c. 356 B

(1) *Lib. Pont.* II, 274.
(2) *Lib. Pont.* II, 275.
(3) *Lib. Pont.* II, 277.
(4) *Lib. Pont.* II, 278.
(5) *Lib. Pont.* II, 279.

« si placet fraternitati vestrę, debemus auxiliante Deo futuris ca-
« sibus prudenter occurrere, et ecclesiastico statui, ne rediviva,
« quod absit, mala pręvaleant in posterum, providere. quapro-
« pter instructi prędecessorum nostrorum aliorumque sanctorum pa-
« trum auctoritate, decernimus atque statuimus, ut obeunte huius 5
« Romanę universalis Ecclesię pontifice, in primis cardinales di-
« ligentissima simul consideratione tractantes, salvo debito honore
« et reverentia dilectissimi filii nostri H[einrici] qui in pręsentia-
« rum rex habetur et futurus imperator Deo concedente speratur,
« sicut iam mediante eius nuntio Longobardię cancellario W. 10
« concessimus, et successorem illius qui ab hac apostolica Sede
« personaliter hoc ius impetraverit, ad consensum novę electio-
« nis accedant, ut nimirum ne venalitatis morbus qualibet oc-
« casione subripiat, religiosi viri cum serenissimo filio nostro
« rege H[einrico] pręduces sint in promovendo pontificis electio- 15
« nem, reliqui autem sequaces. eligant autem de ipsius Ecclesię
« gremio si reperitur idoneus, vel, si de ipsa non invenitur, ex
« alia assumatur. quod si pravorum atque iniquorum hominum
« ita perversitas invaluerit, ut pura, sincera atque gratuita electio
c. 357 A « fieri in Urbe non possit, licet ‖ pauci sint, ius tamen potestatis 20
« optineant eligendi apostolicę Sedis pontificem ubi cum invi-
« ctissimo rege congruentius iudicaverint. plane postquam ele-
« ctio fuerit facta, si bellica tempestas vel qualiscumque hominum
« conatus malignitatis studio restiterint, ut is qui electus est in
« apostolica Sede iuxta consuetudinem inthronizari non valeat, 25
« electus tamen sicut papa auctoritatem optineat regendi san-
« ctam Romanam Ecclesiam et disponendi omnes facultates illius,
« quod beatus Gregorius ante suam consecrationem fecisse co-
« gnoscimus. quod si quis contra hoc nostrum decretum sino-
« dali sententia promulgatum, per seditionem, vel pręsumptione aut 30
« quolibet ingenio, aut ordinatus seu etiam si inthronizatus fuerit,
« non papa sed satanas, non apostolicus sed apostaticus ab om-
« nibus habeatur et teneatur, et auctoritate divina et sanctorum
« apostolorum P[etri] et P[auli] perpetuo anathemate cum suis au-

3. providere] *Nel testo* ꝑvidere, *ma il segno che indicherebbe* pro *sembra aggiunto posteriormente.* 11. successorem] *Così nel testo.* 12. impetraverit] *Così nel testo.*

« ctoribus, fautoribus et sequacibus a liminibus sanctę Romane
« Ecclesię separatus subiciatur, sicut Antichristus et invasor atque
« destructor totius Christianitatis, nec aliqua super hoc audientia
« aliquando ei reservetur, sed ab omni ecclesiastico gradu in quo-
5 « cumque prius fuerat sine retractatione deponatur. cui quisquis
« adhęserit vel qualemcumque tamquam pontifici reverentiam
« exhi‖buerit, aut in aliquo illum defendere pręsumpserit, pari sen- c. 357 B
« tentia sit mancipatus. quisquis autem huius nostrę decretalis
« sententię temerator extiterit, et Romanam Ecclesiam confundere
10 « et perturbare voluerit, et contra hoc statutum temptaverit, per-
« petuo anathemate atque excommunicatione damnetur, et cum
« impiis qui non resurgent in iudicio reputetur; omnipotentis sci-
« licet Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti contra se iram sen-
« tiat, et sanctorum apostolorum P[etri] et P[auli] quorum prę-
15 « sumit confundere Ęcclesiam in hac vita et in futuro furorem
« reperiat. fiat habitatio eius deserta, et in tabernaculo eius non
« sit qui inhabitet. fiant filii eius orphani et uxor eius vidua.
« commotus amoveatur ipse atque filii, et mendicent, et eiciantur
« de habitationibus suis. scrutetur fenerator omnem substantiam
20 « et diripiant alieni omnes labores eius. orbis terrarum pugnet
« contra eum, et omnia helementa sint ei contraria, et omnium
« sanctorum quiescentium merita illum confundant. observatores
« autem huius nostri decreti Dei omnipotentis gratia protegat et
« benedicat, et auctoritate beatorum principum apostolorum P[etri]
25 « et P[auli] ab omnibus peccatorum vinculis absolvat. Nyco-
« laus episcopus sanctę catholicę et apostolicę Romanę Ecclesię
« huic decreto, a nobis sicut superius legitur promulgato, sub-
« scripsi. ‖ et Romani episcopi .IIII(v)or., idest Bonifatius Alba- c. 358 A
« nensis, Umbertus Silvę Candide, Petrus Ostiensis, Petrus La-
30 « vicanensis, Iohannes Portuensis. et cardinales .IIIIor., Iohannes
« tituli Sancti Marci, Leo tituli Sancti Laurentii in Damaso, Guido
« Sanctę Marię Transtyberim, Desiderius Sanctę Cecilię. et dia-
« coni .IIIs., Mantius, Crescentius, Amantius. et Hildebrandus
« subdiaconus et monachus cum ceteris subscripsit. Wibertus

28. *Nel codice sopra il* .IIII. *è scritto un* v *dalla stessa mano. I vescovi nominati sono infatti cinque.* 34. ceteris] *Nel cod. sembra che fosse scritto* cctis *corretto poi in* cetis

« archiepiscopus. Dominicus Gradiensis patriarcha. Ugo Chri-
« sopolitanus patriarcha. Hildeprandus Capuanus archiepiscopus.
« Odelricus Beneventanus archiepiscopus. Alfanus Salernitanus
« archiepiscopus. et ceteri episcopi: Iohannes Sabinensis. Iohan-
« nes Tyburtensis. Rolandus Sutriensis. Ailardus episcopus 5
« et abbas Sancti Pauli. Leo episcopus Gagetanus. Iohannes
« Taracinensis. Pandolfus Marsiensis. Atto Teatinensis. Do-
« minicus Balbensis. Iohannes Pinnensis. Palumbus Surensis.
« Petrus Civitatis Castellanę. Ludoicus Nicerinus. Heriman-
« nus Castellanus. Heinricus Spoletanus. Mainardus Urbi- 10
« nensis. Godifredus Perosinus. Aganus Eduensis. Godifredus
« Attelanensis. Odelricus Firmanus. Bernardus Esculanus.
« Ugo Camerinensis. Willelmus Numianus. Transmundus
« Fesulanus. Iohannes Suane. Rofredus Egubinus. Marti-
« nus Fundensis. Albertus Varianensis. Bernardus Agathensis. 15
« Teuzo Urbivetanus. Iohannes Clusinus. Iohannes Senensis.
« Guido Vulteranensis. Petrus Vultranensis. Benedictus Suesa-
« nus. Azo Fuliensis. Petrus Aprutiensis. Gerardus Rosellanus.
« Anselmus Lucensis. Petrus Pesauriensis. Andulfus Feren-
c. 358 B « sis. Rodulfus Gubinus. Theodicus Senogaliensis. Arduinus 20
« Tudertinus. Arduinus Favensis. Arnulfus Cunensis. Ste-
« phanus Troianus. Benedictus Simproniensis. Ugo Gallensis.
« Gerardus Reatensis. Gislebertus Tusculanus. Aginus Assuen-
« sis. Ingo Balneoregis. Tegrinus Popiloniensis. Ubertus
« Genuensis. Deodatus Carbinensis. Iohannes Trebensis. 25
« Iohannes Alatrinensis. Placidus Berolanensis. Herasmus
« Sennensis. Arthis Alifanę. Gumbertus Paurinensis. Opizo
« Bebiensis. Oddo Novariensis. Einricus Yporigensis. Wil-
« lelmus Aps. hi omnes confirmaverunt. de quibus fuerunt
« episcopi .LXXVI., cardinales. IIIIor., diaconi .III., subdiaconus Hil- 30
« debrandus monachus, et ceteri subdiaconi Romanę Ecclesię, et
« multi alii catholici confirmaverunt » (1).

7. Taracinensis] *Lo scrittore aveva prima scritto* Taraconensis *ma si corresse.*

(1) Il testo di questo importante documento e i nomi di coloro che lo sottoscrissero vengono qui riprodotti con la più scrupolosa diligenza tali quali si trovano nel codice. Mi par bene riprodurre letteralmente il

De privilegiis ęcclesiasticis et constitutionibus sacris numquam corrumpendis neque violandis sanctorum auctoritates patrum quas autenticas reperimus, omnipotente Domino adiuvante huic inserere opusculo et annotare curavimus, propter eorum videlicet igna-
5 viam qui fatentur privilegium sive constitutio alicuius non valere pontificis nisi tantum temporibus illius qui ędidit. primo itaque videndum est clarius quid sit privilegium. privilegium quippe privata lex est, idest pręcipua atque summa et excellentior omnium legum, quam nemo unquam violare ‖ aut corrumpere vel c. 359 A
10 infringere poterit sana fide. dicitur etiam et decretum idest diu declaratum et ad purum examinatum. quapropter si Decianę leges sive Diocletianę aut cuiuslibet imperatoris ethnici promulgatę habentur et custodiuntur per innumera annorum curricula, idest post eorum interitum qui eas statuerunt, multo magis
15 beati Petri apostoli vicariorum, qui vice illius ęterno dono potestatem a Christo ligandi et solvendi acceperunt et perpetuo cum eo regnare creduntur, constitutiones in omnibus firmissimę et omnimodis valere debent, et qui eas prępvaricari prępsumpserint, perpetui puniendi sunt vinculo anathematis. denique si, ut ait
20 Apostolus, « irritam quis faciens legem Moysi sine ulla misera« tione duobus vel tribus testibus moritur, quanto magis putatur « deteriora mereri qui Spiritui gratię contumeliam fecerit? » (1) illa enim lex per servum carnali populo data est, hęc vero per Christum filium Dei vivi apostolo Petro et eius successoribus
25 gratię spiritu sanctificatis ligandi atque solvendi potestas largita est, quam qui denegat vel detrahit aut corrumpit, Spiritui Sancto contumeliam facit. ipsis enim dominus Christus loquitur dicens: « Qui vos audit me audit, et qui vos spernit me spernit » (2). notandum quoque, quod bulla vel formata privilegiorum non auri
30 vel prętiosioris metalli ‖ insignita habetur, sed tantummodo plumbi, c. 359 B et hoc non incongrue. plumbum enim non prętiosius, non du-

testo senza tentar di correggerlo in guisa alcuna. Come è noto, la versione che il *Chronicon* ci offre del decreto di Nicolò II sulla elezione pontificia, rappresenta una delle lezioni fondamentali per le lunghe controversie e per gli studi a cui il decreto stesso ha dato occasione.

(1) PAUL. *Hebr.* X, 28, 29.
(2) LUC. X, 16.

rius, non fortius est metallum, sed vilius et mollius mitiusque fore dinoscitur. et revera mens et doctrina summi pontificis et viri apostolici humilis et mitis in omnibus esse debet, semper habens viscera mitia pronaque ad misericordiam et ad omne opus bonum. et sicut plumbum magni ponderis est, ita apostolica 5 auctoritas in causis providendis sive constituendis gravis et fixa stabilisque et constans semper est habenda, semperque irreprehensibili debet vigere prudentia. denique omnium iura ecclesiarum in his quę sunt ad Deum ipsius dispositione moderantur, et ęterna sive spiritualia misteria eiusdem magisterio informantur. 10 ergo si permansura apostolica auctoritate constituta immobilia permanent, quanto magis temporalia eius dispositione largita firmissima perdurare debent. nam post ęternam potestatem per beatum Petrum apostolum Romana Sedes adeptam a Christo, temporale etiam suscepit privilegium ab imperatore Constantino quod 15 iure possidere creditur ęterno. nec ei quicquam impossibile est ex acceptis ab eo quę largienda sunt prout cuique opus fuerit alicui ecclesię largire, quia omnium pastor est ovium et cuncta providere cura pastorali debet. et sicut privilegium sibi ‖ collatum defendit Constantinianum, licet ipse fuerit terrenus dominus, 20 ita convenit defendere singulis ecclesiis, idest suis membris, aliquod a se privilegium indultum. quoniam summus sive cęlestis pastor ęterni dono pastoris stabile et velut ęternum esse debet quod suo dono concedit, exemplum veri figuli gerens qui vasa terrea ex molli luto conficiens, postquam ea coxerit igne firmissima permanent, sic credendum est de concessis donis summi 25 pontificis. postquam enim Spiritus Sancti virtute concessa perpetuo stabilienda iudicaverit, sicut Dei dona omnipotentis irrevocabilia sunt, ita et ipsa inconvulsa ęternaque sunt habenda. nec in quovis apostolicum ius minuit cum reliquis ecclesiis, propriis 30 scilicet membris, commodum eorum tribuit. et extra matris Ecclesię iura non fit pia largitio cum de manu in manum et de sinu in pectus fuerit discreta translatio. ergo privilegia ecclesiastica apostolica auctoritate ecclesiis concessa et sacrę constitutiones a

c. 360 A

26. *Nel testo* sic sic

summo pontifice roboratę, et eo qui statuit vivente et quocumque pontifice succedente, firmissimę et inconvulsę atque incorruptę perpetuo sunt habendę. quarum sponte pręvaricatores ęterna punientur ultione. de his enim Clemens Romanę Ecclesię || pręsul scribit, quod « Omnes legum divinarum libenter violatores et sacra- « rum institutionum voluntarię perturbatores ecclesiastica indignos « regula et sancta communione beatus Petrus apostolus ore suo « iudicabat ». item: « Pręcepta apostolica nemo credat absque « suo periculo negligere vel dissimulare, quia in iudicio Dei ignis « ęterni tormenta sustinebit qui ecclesiastica decreta negligit ». item: « Si quis pręcepta apostolica non integra custodierit, sit ana- « thema usque in adventum domini nostri Ihesu Christi ». Anacletus papa: « Transgressores sponte legis suę eiusque violatores « apostatę nominantur. omnis autem apostata refutandus est ». item: « Privilegia ecclesiarum et sacerdotum sancti apostoli iussu « Salvatoris intemerata et inviolata eius decreverunt manere tem- « poribus. leges vero Ecclesię apostolica firmamus auctoritate, « et peregrina iudicia submovemus ». Evaristus papa: « De « cetero caveantur talia per omnes ecclesias ne Ecclesię sanctitas « per nostram fatigata negligentiam perdat privilegia quę per viros « venerabiles est consecuta ». Alexander: « Nobis loqui neces- « sitas imperavit dicente Propheta: " Exalta ut tuba vocem tuam "(1). « et cui omnium ecclesiarum cura est || si dissimulem audiam, Do- « mino dicente: " Reiecistis mandatum Dei ut traditiones vestras « statuatis " (2). quid enim aliud est reicere mandatum Dei « quam privato consilio iudicio humano novis rebus constituendis « liberius delectari? unde et alibi scriptum est: " Ne transgre- « diaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui " (3). terminos « indubitanter transgreditur qui dominica pręcepta et apostolorum « eorumque successorum statuta confundit, et minime observat ». Xistus papa: « Nos, fratres, nullum perdere volumus, sed ipse se « perdit qui pia inconsiderate avertit et qui apostolorum et huius

c. 360 B

c. 361 A

6. voluntarię] *Così nel testo.*

(1) ISAIAS, LVIII, 1.
(2) MATTH. XV, 6.
(3) *Prov.* XXII, 28.

« sacrę Sedis decreta libenter violat ». Anteros: « Veteri qui-
« dem lege habetur, quicumque sacerdotibus non optemperasset
« aut extra castra positus lapidabatur a populo aut gladio cervice
« subiecta contemptum expiabat cruore. nunc vero inobediens
« spirituali adversione truncatur, aut eiectus de Ecclesia rapido 5
« dęmonum ore decerpitur ». Fabianus papa: « Lex loquitur:
« "Maledictus omnis qui transfert terminos proximi sui et dicit
« omnis populus amen " (1). si enim in rebus secularibus suum
« cuiusque ius et proprius ordo servandus est, quanto magis in
« ecclesiasticis dispositionibus nulla debet induci confusio! quod 10
c. 361 B « hac observatione ‖ servabitur si nichil potestati sed totum ęqui-
« tati tribuitur ». Cornelius papa: « Nos vero suscipientes apo-
« stolorum eorumque successorum iura firmamus. quę si quis
« in vanum duxerit, hostis est animę suę ». Stephanus papa:
« Infames autem esse eas personas dicimus qui christianę legis 15
« normam abiciunt et statuta ecclesiastica contemnunt, et aposto-
« lorum atque successorum eorum religiosorumque sanctorum pa-
« trum institutiones libenter violant ». Dionisius papa: « In-
« fames esse censemus qui suam aut christianam pręvaricantur
« legem aut apostolicam vel regularem libenter postponunt aucto- 20
« ritatem ». Felix papa Paterno coepiscopo: « Tuam, frater,
« monemus prudentiam, ut ordinem sanctę Romanę et apostolicę
« Ecclesię per omnia teneas et violari sanctorum decreta non per-
« mittas ». Leo papa: « Omnia decretalia constituta tam beatę
« recordationis Innocentii quam omnium decessorum nostrorum 25
« quę de ecclesiasticis ordinibus et canonum promulgata sunt di-
« sciplinis, ita vestra dilectione custodire debere mandamus, ut
« si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit dene-
« gari ». synodus Calcidonensis: « Regula sanctorum patrum
« per singula nunc usque concilia statuta proprium robur opti- 30
« nere decrevimus, ut si quis sacerdotum contra hęc interdicta
« fecerit, a suo sit officio submovendus ». Gregorius Domi-
c. 362 A nico episcopo Cartaginensi: ‖ « De ecclesiasticis privilegiis quod

3. aut extra] *Nel testo* at extra

(1) *Deuteron.* XXVII, 17.

« vestra fraternitas scribit, hoc postposita dubitatione teneat, quia « sicut nostra defendimus, ita singulis quibusque ecclesiis sua iura « servamus ». item, Gregorius Iohanni Scillitano episcopo: « Grave nimis et contra sacerdotale constat esse propositum cuius-
5 « quam monasterii privilegia olim indulta confundere et ad irri- « tum quę sunt pro quiete disposita niti deducere ». item, Gregorius Bonifatio primo defensori: « Institutionis nostrę decreta « quę sunt privilegiis et ordinatione disposita, perpetua stabilitate « et sine aliqua constitutionis refragatione servari, sive quę scripto
10 « decrevimus sive quę in nostra pręsentia videntur esse disposita. « nec a quoquam pontificum in totum vel in partem ea qualibet « occasione convelli decernimus vel mutari. nam nimis est aspe- « rum et pręcipue bonis sacerdotum moribus inimicum niti quem- « piam quacumque rationis excusatione quę bene sunt ordinata
15 « rescindere, et exemplo suo docere cęteros sua quandoque posse « constituta dissolvere ». item, Gregorius Vigilio episcopo Arelatensi: « Sicut hoc quod ratio exigebat utiliter optinuit definiri, « ita quod definitum est non debere violari » (1).

De suprascripto autem privilegio domni Nycolai papę notan-
20 dum, ne quis insipiens parvi||pendat in illo catholicam constitu- c 362 b tionem et ne alieno spiritu seductus contemnat huius institutionis veręque fidei unitatem, ne ibi prolata multetur ęterna damnatione, quoniam non nova in eo instituit nec aliqua recentia ordinavit. antiquissima enim sunt et autentica istius decreti moderamina in
25 sancta semper usitata Ecclesia et a nullo unquam apostolicorum confusa. non vero terminos a patribus constitutos transgressus est, sed sicut omnes eius predecessores eos constituerunt vel ipsi gesserunt, sic etiam et ipse stabilivit et ut pax et concordia semper

1. vestra] *Nel testo è scritto* nostra, *ma correggo seguendo il testo della lettera di san Gregorio a Domenico vescovo di Cartagine (Gregorii I papae Registrum epistolarum, lib. II, ep. 52, ed. P. Ewald in Mon. Germ. hist.).*

(1) Intorno alle citazioni canoniche che s'incontrano qui e in altre parti di quest'opera, vedasi la bella memoria di P. Fournier, *La collezione canonica del Regesto di Farfa* in *Archivio della R. Soc. rom. di stor. patr.* XVII, 285, e I. Giorgi, *Appunti su alcuni manoscritti del Liber Pontificalis*, ibid. XX, 247.

in sancta permaneat Ecclesia illud commendavit. quapropter nemo respuat quod statuit habens regni celestis clavem, quoniam lingua pacifici fidelisque apostolici clavis est perpetua cęli, ut quę solvenda sunt solvat, et alliget quę sunt liganda. hanc denique clavem beatus Petrus eiusque vicarii susceperunt ab eo qui claudit et nemo aperit, aperit et nemo claudit. et sicut credimus sanctam Ecclesiam a domino Christo supra firmam petram ędificatam, sic confitemur beati Petri vicariorum firmissima per omnia esse debere statuta. ergo sicut Ecclesia Christi non potest a procellis subverti, ita nullo modo debent transgredi discrete instituta viri apostolici. nam quicumque ea quę propter ‖ unitatem fidei et concordiam pacis sanctęque stabilitatem Ecclesię pontifex apostolicus instituerit contemnere satagit, firmissimam petram Ecclesię conatur subvertere, ideo iudicium Dei non effugiet. nec aliquis etiam pontificum successorum quęcumque eius anterior disposuerit ob sanctę Ecclesię quamcumque utilitatem debet evellere, quoniam si exorbitaverit a patrum itinere priscorum et dissimilis fuerit a rectitudine eorum, non verus pastor sed pręvaricator estimabitur in regno celorum, quia nititur solvenda claudere et claudenda solvere, immortales animas necare et mortales vivificare, propter quod carebit honore cathedrę divinę, et numquam sui poterit esse firmus constitutor qui alieni extitit monimenti promptus violator. denique cunctorum Sanctorum auctoritates infames esse notant piarum legum destructores. hinc vero referendum est quod plurimi insipientium dicentes fatentur: antiquorum statuta moderni destruere possunt, quoniam uti nos et illi homines fuerunt. o quam detestanda pręsumptio, quam abhominanda dictio, quam exsecranda blasphemia! blasphemat hic in Sanctos, immo contra Spiritum Sanctum, quorum munere cęlestia docuerunt, iccirco lapidibus vivis, idest ‖ sanctorum sententiis patrum est puniendus sive obruendus. si enim autenticorum patrum statuta subverti vel destrui possunt, doctrina Petri ac Pauli ceterorumque Sanctorum pro nichilo duceretur, et a quocumque hęreticorum penitus destrueretur. quod si illa perpetuo firmitatem accepit, dicente enim Domino: « Tu es Petrus et super « hanc petram ędificabo Ecclesiam meam, et portę inferi non

« prçvalebunt adversus eam » [1], credimus et omnimodis asserimus, quoniam etiam vicariorum beati Petri apostoli institutiones perpetuo inconvulsç debent esse et permanere, quemadmodum beati Petri in sancta permanet Ecclesia fides. non solum autem
5 pontifices sed etiam omnes sanctç Ecclesiç constructores, qui fidem de domino nostro Ihesu Christo retinent pure quam idem Petrus confessus est, sicut ipse Petrus quod ei Dominus concessit perenniter suscepit, sic et ipsi donum perpetuç capiunt remunerationis. Petrus enim pro omnibus respondit, et in Petro dominus Christus
10 omnibus fidelibus quibus sancta constat Ecclesia çternaliter concessit. et quicumque in Petri confessione solidatur firmissime, in Petri quoque dono remunerabitur çternaliter. fundamentum namque Ecclesiç super Petri petram construitur, a cuius doctrina nullus deviare debet, quoniam quicumque ab ea deviat, non super
15 ipsam petram sed super arenam çdificat. scriptum est enim: « Fundamentum aliud nemo potest ponere, prçter id quod positum « est, quod est Christus Ihesus » [2]. quicumque vero sanctorum catholi||corum in hoc fundamentum lapidem construxerit, c. 364 A idest sententiam ecclesiasticam statuerit, non potest a quoquam
20 subverti, quoniam supra firmissimam petram iecit. in quo fundamento alieni petra çdificii non potest inici, quia domui Dei, idest sanctç Ecclesiç, perfidiç vel pravitatis et dissensionis doctrina non convenit. qui enim patrum autenticorum et maxime apostolicorum bene ordinata et pro quiete concessa destruit, a patrum
25 dignitate excidit et non est eius audienda sententia, quia extra Christi fundamentum et contra eius Ecclesiam iacere illum patrum priscorum demonstrat doctrina autentica. etenim, quemadmodum decrevit beatus papa Gregorius, sicut hoc quod ratio exigebat utiliter optinuit definiri, ita quod definitum est non debet violari.
30 Interea pars Oddonis legit quoddam prçceptum domni Hludovici imperatoris Stephano papç IIII concessum de quibusdam plurimis locis per Italiam diverse sitis Beati Petri apostoli ecclesiç donatis. pars quoque Beatç Mariç e contra eiusdem Hludovici imperatoris huic monasterio prçceptum emissum antiquius ostendit,

(1) MATTH. XVI, 18. (2) PAUL. I *Corinth.* III, 11.

per quod confirmavit omnem libertatem ab aliis imperatoribus antea concessam, idest a Hlothario patre, et avo Hludovico imperatoribus, ubi loca ipsa nominatim designabantur unde intentio
c. 364 B et causa agebatur, videlicet Furanum, ‖ fundum Paccianum qui Collis de Nera cognominatur, et fundum Marcilianum (1). in- 5 super et privilegium confirmationis ipsius Stephani pontificis pars Beatę Marię huic monasterio relegit concessum, ubi similiter loca ipsa prenominata et fundi continebantur (2). tunc non iam de proprietate ipsorum locorum concessa a causidicis Oddonis quęstionabatur, sed finium eorumdem locorum ab eis terminus 10 quęrebatur, et volebant ut pars Sanctę Marię deberet assignare. quod quia non legibus sed inique exigebant, recte impetrare nequibant. nam qui contra aliquem petit quamcumque rem, petitor debet ipsam consignare secundum legem. denique in hoc placito prudentissimus iudex Florentinus nomine Bellincio erat 15 constitutus a comite Rainaldo electus, qui cautissime utrisque partibus auditis, proferre debebat sententiam directę finis. qui omnia superius comprehensa sapienter audiens, novissime quęsivit antiquiores, et ab utraque parte viros tres ipsorum locorum circum manentes, ut illorum vera recordatione posset discernere 20 prędictorum locorum possessionem. nam Oddo dicebat quod ipse recordaretur a tempore Nycolai papę prędictorum locorum omne redditum sive districtum habuisset exactor Romanę curtis.
c. 365 A altero autem die venerunt quidam ‖ homines de Septimiliana ex parte Oddonis, qui dicebant se aliquando exactores fuisse, et de 25 Pacciani loco quintum collegisse. affuerunt quoque et de castris Furano et Colle de Nera viri antiquissimi novem, qui primo singillatim, et insimul postea interrogati, legem se purissimam facere proferebant, quod numquam tributum neque aliquod redditum neque districtum ex eisdem castellis exactor habuisset aliquis Ro- 30

(1) An. 857? 859? *R. F.* doc. 300 e *Chronicon*, I, 212. Cf. anche il privilegio di Lotario imperatore (an. 840) in *R. F.* doc. 282 e *Chronicon*, I, 198. Qui sopra nel testo Gregorio è un po' confuso e par che mescoli i due privilegi, e parli di Lodovico Pio (« eiusdem imperatoris ») contemporaneo di Stefano IV, come se fosse Lodovico II.

(2) An. 817; *R. F.* doc. 224, e *Chronicon*, I, 179.

manę curtis, prętor quod temporibus Gregorii papę septimi aliquando super nos hostiliter venientibus, et ęstatis tempore segetes vel areas nostras incendere minantibus, obsides coacti dabamus, sicque nostra reliqua bona prętio redimebamus. itaque superati 5 sunt ridiculi partis Oddonis, et horum veracium ausu testium per omnia confusi. super hęc autem et viri nobiles domini pręfatorum castellorum ostendebant munimina et instrumenta acquisitionum suarum, quas singulis hominibus magno prętio antiquiores ęmerant parentes ipsorum, in quibus continebatur quod 10 venditores ipsi sic vendiderunt parentibus eorum omne placitum, omne districtum, omne redditum et omne quintum et portuum etiam teloneum de Pacciano, qui et Collis de Nera vocatur, et de Marciliano, simulque et Gabiniano, sicuti ipsi per successiones parentum ‖ suorum quiete et pacifice ac sine alicuius violentia (c. 365 B) 15 potestatis possederunt. hęc audientes et suptilius indagantes comes R[ainaldus] et pręfatus Bellincio iudex eius, secretius invicem consilium habuerunt, et de sententia diffinite proferenda prudentissime pertractare ceperunt. et quia alicui partium forsitan gravari pręvidebant, sagaciter egerunt, ut minime sententia 20 proferretur sed magis ęquo pacto inter eos causa ipsa finiretur. quod quia non valuerunt, rogatu comitis R[ainaldi] quęque pars sua pignera et obsides ab eo receperunt, et in fine, quam spatiis annorum quatuor per sacramentum firmaverant Oddo et domnus abbas, cum huius monasterii et Oddonis captivi laxarentur, per- 25 manere eos omnimodis decrevit. anno Christi incarnationis millesimo .cv., mense iulii die .xv., in palatio castri Tophię. ubi interfuerunt ex parte Oddonis: Leo iudex, Cencio Iohannis Madelmi, Benedictus de Piscatrice, et Gesfredus morator Reatinę urbis. ex parte autem domni abbatis: Petrus iudex a San- 30 cta Maria Maiore, Rainerius Perosinus, Berardus de Archidiacono Ortano, et Petrus de Transtybere.

Prudentium sane virorum, maxime catholicorum, moris est providere in omnibus bona non solum coram Deo sed etiam coram (c. 366 A)

22. spatiis] *Così nel testo.* 32. *La c. 366 A è di mano di Gregorio di Catino. La c. 366 B è di scrittura diversa, poi dalla c. 367 fino alla fine ritorna senza interruzioni la mano di Gregorio.*

omnibus hominibus, ut in cunctis glorificetur Deus atque laudetur operibus. non enim parvipendit si quando ab insciis blasphemetur Deus vel si inter pios aliqua causa sit ut scandalum possit oriri, Scriptura quippe dicente: « Oportet nos testi- « monium bonum habere etiam ab his qui foris sunt » [1]. hęc 5 iccirco fatemur quoniam quosdam simpliciter, quosdam vero invidiose novimus musitare de domni patris nostri Beraldi pręlatione. aiunt enim, illum ceu tyrannum et bonorum distractorem fuisse cenobii huius, ideoque in eo aliquomodo scandalizantur. quorum scrupulum ut vitare quęamus, ipsius nonnulla gesta a 10 primevo tempore huic opusculo inserere curamus, quatinus proficua plurima erga huius cęnobii negotia ab eo perpetrata fideliter proferamus. enimvero ipsius pręlationis diebus periculosa tempora perspeximus, et quędam inaudita contraria adversus hoc monasterium invidię causa a nostris vicinis capitaniis, comitibus 15 et maxime a pontifice Romano iniuste effici minime ignoramus. quę ille omnipotentis Domini iuvamine eiusque suffragio Genitricis immenso certaminis pondere pertransivit viriliter. defuncto denique domno Berardo secundo abbate, hęc ecclesia Farfensis in ‖ maximam devenit defectionem. eramus enim sicut oves non 20 habentes pastorem, quoniam qui nostrum tunc assumpserat regimen, a suis non modice contemnebatur, et ab extraneis pro nichilo ducebatur. comites quoque sive capitanei pene omnes bona abbatię pedetemtim sibi conabantur optinere. quapropter pręcipui seniores domnum Beraldum nobiliorem incliti viri Ascari 25 filium elegerunt abbatem, videlicet ut, suorum plurimorum sublimium fultus iuvamine parentum, nequaquam cederet cuiquam res huius monasterii subripere; quod ita factum Dei providentia perspeximus, quemadmodum in posterum fideli relatione narrare curabimus. postquam vero corroboratus est in abbatię honore, 30 illi qui ante bona huius cęnobii satagebant demoliri, aliquantulum istius sunt terrore compressi, et qui prius crudeles videbantur ęmuli, demum se simularunt fideles fore clientes. sed minime diu latere valuit virus quod in eorum iecore latebat. interea

c. 366 B

(1) PAUL. I *Timoth.* III, 7.

ceperunt quamplurimi Sabinensis territorii ad istius ęcclesię dominium festinare ac sub istius domni abbatis auxilio properare, quatinus ipsius muniti suffragio ab illorum morsibus eruti forent. quod illi perspicientes et nimium prę oculis dolorem habentes,
5 agere aliud nequibant, infra semetipsos suosque domesticos ‖ seviebant et infelices suis visceribus pascebantur. c. 367 A

Sed quid de illorum sevitia dicam? iam enim quia istius probitatem suamque miseriam ferre nequibant, inierunt fedus, « erra« verunt a ventre, locuti sunt vana » (1). interim noster abbas
10 qui et pater, nullius tunc conscius doli, in Marchiam secessit. illi vero tempus sibi aptum putantes habere, quadam nocte surgunt oppidaque nostra quędam summo invadunt conatu, et omnia quę inveniunt depopulantur. mox itaque ut hęc facta aures pręfati pulsarunt patris, celeri cursu rediit, et ab illorum insidiis se cir-
15 cumquaque munire studuit, ac plane mutua dona eis reddere cępit, et tandem placitum illi, Dei peragente nutu, finem fecerunt, et aliquantulum a manifesta lesione cessarunt.

Preterea nos ad istius pręlocuti patris actuum narrationem suptiliter properemus, ut cuius fuerit constantię vel laboris enu-
20 cleatius videatur. igitur postquam divina propitiatione ex puerili custodia exiit, pręfatus domnus Beraldus perrexit ad suum genitorem Ascarum, qui eius amoris causa concessit huic monasterio unam ecclesiam et pręsbyteros quatuor, idest Attonem Saxonis, et Lętonem Curcię, et Benedictum, et alium Benedictum,
25 cum ęcclesiis duabus, scilicet ecclesia Sancti Pamphili, et ecclesia Sancti Angeli, cum dotis omnique tenimento et rebus eorum in loco qui vocatur Miscianus. in Folliano mansos .XII. in Racanita ‖ ecclesiam Sancti Laurentii et Amicum pręsbyterum cum omnibus rebus suis. in Bezano ecclesiam Sanctę Crucis et c. 367 B
30 Bernardum pręsbyterum. in Troniano ecclesiam Sancti Martini recuperavit suo studio, quę penitus amissa erat et a memoria hominum lapsa, cum antiquo tenimento et quibusdam partibus superadditis. Arquatam acquisivit et roccam de Cupulo, et de

26. eorum] *Così nel testo.*

(1) *Psalm.* LVII, 4.

castro Tresunco partem filiorum Trisei. et castellum de Pantana cum villa Astorali. in Submano quasdam partes. et castrum Montis de Novem cum maximo labore ad effectum perduxit. oppidum de Morricone construxit, et Canosam acquisivit, et castella filiorum Zaccionis, scilicet Castaneę, montem Mortam, 5 montemque Aionis. item Patrinionem, et montem Patricium, et castrum Apponianum. monasterium Sanctę Marię in Georgio exustum recuperavit et magnis munitionibus giravit. turrem Casuli construxit. castrum Ophide ampliavit, et inibi civitatem condidit. in comitatu Esculano, Furcam de Castello, Submanum, Sanctum Iacobum in Morriconis. in comitatu Tudertino 10 res Rapizonis comitis filii Guazę, ecclesiam Sancti Yppoliti et Sancti Nycolai in Aviliano in integrum, et medietatem Sancte Secundinę ibidem. et alias quasdam res quę in pręcepto a domno Heinrico imperatore sibi et huic monasterio concesso habentur. 15 [in his enim veraciter est laudandus pręfatus abbas Beraldus bonęque memorię in posterum habendus, sed in eo aliquantulum culpandus, quia in aliquibus segnis fuit et ultra modum consanguineos dilexit, quod ut ei indulgeat Dominum attentius deprecemur]. 20

c. 368 A Huius autem domni Beraldi venerabilis abbatis temporibus quidam Franco qui vocatur de Sabino dedit in hoc monasterio omnes res suas in pertinentia Gabiniani infra castrum ipsum et de foris [1]. quidam Riccardus filius Lanzolini de comitatu Teatino dedit in hoc monasterio castrum unum quod vocatur Len- 25 tiscum iuxta fluvium Aventinum et in monasterio Sancti Stephani de Lucania [2]. quidam Petrus pręsbyter de Ringa dedit terram cum domo edificata et omnibus columnis, et aliam casam iuxta eam cum ortalibus et plateis et ipsam domum ad ecclesiam construendam in medio civitatis Teramnensis in vocabulo 30 ad Columnas [3]. et terram in vocabulo Teramnano in Cardeto modiorum .II. et ad vadum de Macerata modia .III. ad fon-

16. *Le parole fra parentesi quadrate mancano nel testo del Chronicon e si suppliscono togliendole dal Regesto, V, 308.*

(1) An. 1098; *R. F.* doc. 1156.
(2) An. 1100; *R. F.* doc. 1157.
(3) An. 1100; *R. F.* doc. 1158.

tem Iohannis de Alkisio modium .I. ad Ponzanum modium .I. in Airano modia .II. in Cerquito modia .II. ad Cerquiliam modium .I. (1). [q]uidam Berardus filius Rainerii et Rainerius filius eius dederunt in hoc monasterio portionem suam de ca-
5 stello Forano et Colle de Nera cum ecclesiis et placitis et fodris et usibus: a primo latere rivus Calentinus veniens in rivum de Ruiano, et vadens in puteum de Gabiniano, et in rivum de Amenzano, et in Laiam de Episcopio, et in flumen Tyberis, et per flumen in rivum Calentinum (2). item, Azarellus et Iohannes
10 filii Senioricti cum filiis et filiabus suis, et Giborga et Rusticus filii Cencii et Doda uxor eius, et Stephanus filius Hugonis dederunt in hoc monasterio portionem suam de suprascriptis castellis Forano || et Colle de Nera cum ecclesiis, placitis, fodris, usibus, pertinentiis et datis de castellanis, infra fines et cohęren- c. 368 B
15 tias prędictas (3). item, Berardus de Rainerio, Albertus de Cencio, et Rusticus frater eius cum nepotibus suis, Azarellus et Iohannes frater eius dederunt in hoc monasterio ecclesiam Sancti Petri in Brezano cum omnibus pertinentiis et medietatem dominii de omnibus suis hęreditariis (4). item, Beraldus abbas promisit Be-
20 rardo de Rainerio et Alberto de Cencio et Rustico fratri eius et nepotibus eorum et Azarello et Iohanni fratri eius et omnibus qui cartam fecerunt et proprietatem dederunt in hoc monasterio, quod scriptum faceret eis in tertiam generationem eorum legitimam masculinam in quocumque supervixerit de ipsis rebus quas
25 ipsi dederunt in hoc monasterio, excepta ecclesia Sancti Petri in Brezano (5). quidam Iohannes filius Guidonis de castro Furano dedit res suas in hoc monasterio in vocabulo Colliclo et Bari-

(1) An. 1103? 1104? *R. F.* doc. 1159. In questo documento il donatore si chiama « Petrus pręsbyter et vicecomes », e nel documento precedente « Petrus pręsbyter de Ringa ». Non sembrano la stessa persona.

(2) An. 1103; *R. F.* doc. 1160. V. sopra a p. 229 di questo volume, r. 17 sgg.

(3) An. 1103; *R. F.* doc. 1161.

(4) An. circa 1103; *R. F.* doc. 1162.

(5) An. circa 1103; *R. F.* doc. 1163. Nel documento l'abbate Beraldo aggiunge: « Et promitto vos adiuvare « et defendere contra omnes homines. « insuper nec ego vobis tollo, et qui- « cumque vobis tulerit, ego vos adiu- « vabo. neque finem neque firmam « treuguam sine vobis faciam et non « sum in facto neque in consilio ut « perdatis vitam vel membra vel ma- « lam captionem habeatis ».

liano [1]. quidam Bonushomo prȩsbyter concessit in hoc monasterio ecclesiam Sancti Nycolai infra civitatem Teramnensem in regione Sancti Cassiani [2]. quidam Rainerius filius Rainerii commutavit in hoc monasterio terram et vineam in ducatu Spoletano ubi dicitur Cellȩ modiorum .III., pro qua recepit res in Valle Sancti Pauli [3]. quidam Rainerius filius Leonis et Rolandus Paganelli et reliqui viri .CXVI. cum prȩsbyteris dederunt in hoc monasterio duo castella Stablonensia in comitatu Amerino cum ecclesiis et omnibus pertinentiis eorum [4]. quidam Rusticus filius Baruncelli ‖ dedit in hoc monasterio omnes res suas quȩcumque ei obveniebant a patre vel matre et quicquid illi per legem et rationem competebat in territorio Sabinensi ubi dicitur Scandrilia [5]. et ipsam terram ibidem in Scandrilia quam avus eius emit a comite Berardo pro .VIIII. librabus, unde fecit cartam ad Pomettam filiam Beruardi et heredibus eius, et ipsam terram tenebat Fulcardus, idest casales quatuor, scilicet casalem Goiusum, casalem Cellararium, casalem Cavallum, et Sanctam Luciam cum suo tenimento [6]. quidam Anso filius Guinizonis prǫ offensa quam fecit contra domnum Beraldum abbatem optulit in hoc monasterio totam suam substantiam et terram et vineam et portionem de ecclesia Sancti Thomȩ et Sancti Pauli in vocabulo Sala et Achiniano [7]. Franco prȩsbyter, Girardus, Baro, Iohannes et Atto filii Iohannis de Martino dederunt per concambium res suas in Monte Operis sextaria .VIII. et cannas .III. iuxta ripam ipsius castelli [8]. Franco de Iohanne Uberti et Doda uxor eius dederunt in hoc monasterio res suas in vocabulo Sala, et in Akiniano Maiori et Minori, et in Casa Pauli cum portione sua

c. 369 A

8. *Nel Regesto* Stablamonensia *e alquanto più oltre qui nel Chronicon (p. 265, r. 12)* S. Maria Stablamonensi

(1) An. 1099-1119; *R. F.* doc. 1164.
(2) An. 1106? 1107? *R. F.* doc. 1165.
(3) An. 1113; *R. F.* doc. 1166.
(4) An. 1113; *R. F.* doc. 1167.
(5) An. 1117; *R. F.* doc. 1168.
(6) An. circa 1117; *R. F.* doc. 1169. Oltre queste terre, Rustico cede in questo documento al monastero alcuni oggetti preziosi, cioè « unum altare itinerarium valde bonum, et « crucem optimam, et anulum aureum, « et sex libras denariorum papiensium, et duas villatas operatas de si« rico ».
(7) An. 1114; *R. F.* doc. 1170.
(8) An. 1114; *R. F.* doc. 1171.

de ecclesia Sancti Thomę et Sancti Pauli (1). Senebaldus filius Benefacti, et Iohannes qui vocatur Villanus, et Beneincasa, atque Transaricus filius Berardi, et Clara relicta suprascripti Berardi dederunt portionem suam de castello Fenocleto, et de castello quod
5 dicitur Turris cum suis pertinentiis in comitatu Narniensi: a primo latere confinium Sabinense, a secundo latere confinium Reatinum, a tertio latere fossatus qui discernit inter castellum Coppę et predictam Turrem, a quarto latere Laia; infra istos fines omnium rerum partem quartam; et ex alia parte portionem quar-
10 tam de intus et de foris, et portionem suam de ecclesia Sanctę Marię quę dicitur in Monte, et de ecclesia Sancti Clementis, et de aliis ecclesiis quę sunt infra ipsos fines cum omnibus pertinentiis; exceptaverunt casalem de Nordo (2). Rapizo comes filius Rapizonis de comitatu Tudertino dedit in hoc monasterio
15 duas portiones de monasterio Sancti Petri in Valle, et medietatem Sancti Petri in Laureto, et ecclesiam Sancti Angeli Pilo Scripto totam in integrum, et heremitorium in Valle de Cerasa, et ecclesiam Sanctę Marię in Aviliano, et Sancti Yppoliti, et hospitale in Quatuor Capellas, de ambobus ecclesiis Sancti Petri
20 sicut supra legitur, et alia duo loca sanctorum tota in integrum cum omnibus pertinentiis, et ecclesiam Sancti Nycolai in Aviliano in integrum, et medietatem ecclesię Sanctę Secundinę ibidem; in urbe Ameria ecclesiam Sancti Proculi in integrum; in urbe Tudertina ecclesię Sancti Hilarii partem tertiam, hospitale in
25 Muliere Mala, medietatem Sanctę Victorinę in Submanu, Sancti Laurentii in Phili; in Farnetta ecclesiam unam, * * ecclesiam Sanctę Marię in Galazano; in Melezole ecclesiam unam; in Fossule Sanctę Crucis; in Ilice unum heremitorium. hęc omnia prędictus Rapizo concessit et corporali traditione confirmavit in
30 hoc monasterio et in manibus Gregorii et Clementis monachorum Sanctę Marię (3). || Rainucius filius Oderisii cum filiis suis Oderisio, Oddone, Rainaldo et Senebaldo concessit in hoc mo-

c. 369 B

c. 370 A

26. *Lacuna di una o due parole nel testo.* 27. *Nel testo era prima scritto* Melezone *corretto poi dallo stesso Gregorio in* Melezole *Nel Regesto* Melezole

(1) An. circa 1112? 1115? *R. F.* doc. 1172.

(2) An. 1112; *R. F.* doc. 1173.

(3) An. 1112; *R. F.* docc. 1174, 1175.

nasterio omnes res suas in territorio Sabinensi vocabulo Aqua Viva et mons Rotundus: a primo latere serra montis quę discernit inter pertinentiam Scandrilię et montem Rotundum, et ascendit in cacumen ipsius montis iuxta res Domini Salvatoris, a secundo latere ipsum cacumen montis et descendit in rivum de Moiano, a tertio latere ipse rivus et venit in pertinentiam Cerriti Mali, a quarto latere ipsa pertinentia Cerriti Mali, et revertitur in serram primę finis (1). Rusticus filius Crescentii et Oddo filius eius dederunt per concambium in hoc monasterio castrum Currise cum sua pertinentia et quicquid eis pertinebat de castro Fara et eius pertinentiis: a primo latere rivus Carbulanus et terra Landonis comitis, a secundo latere pertinentia Nerulę et terra Rainaldi comitis, et pergit in montem et vadit in Rianam, a tertio latere ipsa Riana, a quarto latere vallis quę discernit inter montem Mutillę et montem Farę, et vadit in casalem Classianum, et descendit per Vallem de Luno in rivum et per ipsum rivum usque in viam publicam, et pergit in rivum de Loriniano et descendit per vallem usque in alveum Currisem, et per ipsum Currisem vadit in prędictum Carbulanum; excepto casale de Sancta Maria de Sanctis et alio casale prope ipsum ad eius comparationem, quos ad Rodulfum et ad eius fratres dederunt. et receperunt cambium per scriptum tertiogenerum castellum quod dicitur Postmontem cum suis pertinentiis, et quod minus interest augeatur inter Farfam et Currisem (2). || Alberio filius Bardonis promisit domno Beraldo abbati de podio quod illi permisit edificare in plano de Valleriano super rigum qui Turbidillus vocatur, pro quo factus est homo ipsius diebus vitę suę, et post obitum eius unus de filiis illius vel de nepotibus ipsius qualis melior fuerit. et per ipsum podium malum non faciet domno abbati nec posteris eius, nec conducet per ullum ingenium vel fraudem. et quicumque homo in hoc monasterio litem fecerit in ipsis partibus, ipse et eius heredes frangent ei litem secundum possibilitatem suam, et neque finem neque pa-

c. 370 B

10. eis] *Nel testo* eius

(1) An. 1113; *R. F.* doc. 1176. (2) An. 1100; *R. F.* doc. 1177.

cem aut ullam treuguam facient cum ipsis sine consensu abbatis. et si nobis oportuerit litem facere inimicis nostris, nobis non contendent habitare in eo propter intentionem faciendam. et prędictum podium non vendent nec donabunt nec per ullum in-
5 genium alienabunt sine consensu abbatis vel eius successorum (1). omnes viri Stablamonenses et seniores et minores, qui fecerunt cartam in hoc monasterio, pactum promissionis fecerunt, ut nulli illorum liceat alienare suum prędium extraneę persone nisi inter seipsos per tres interpellationes infra spatium .xx. dierum. et
10 si inter se tollere noluerint, dent abbati et in hoc monasterio, quod si tollere noluerimus, det cui voluerit. et decimas et mortuorum oblationes dent in Sancta Maria Stablamonensi, excepta portione quarta episcopi Amerini (2). domnus vero abbas promisit illis omnibus pro se et successoribus suis facere adiuto-
15 rium contra omnes homines de personis || et de eorum bonis (3). c. 371 A
Beraldus filius Rolandi comitatus Narniensis cum Maria iugali sua tradidit in hoc monasterio suam personam et omnes res suas et in ecclesia Sancti Iohannis in Turillo et in manus domni abbatis B[eraldi] infra comitatum Narniensem et intro civitatem vel de
20 foris, excepto petia .I. terrę ubi dicitur Macla Mortua quod vocatur Ferone. dedit autem portionem suam de podio Lorito et podio Coppe cum omnibus pertinentiis, et de castello Sigizonis, et de castello Collis Sancti Pauli, et de castello Perticara, et de oratorio Sancti Valentini, et de monasterio Sancti Sy-
25 meonis, et de monasterio Sanctę Marię in Monte, et de oratorio Sancti Clementis, et de monasterio Sanctę Marię in Pisile quod est intro civitatem Narniensem, et de oratorio Sancti Proculi quod est super castellum Sancti Gemini (4). domnus Beraldus abbas fecit convenientiam pro se et successoribus suis cum Tudertinis
30 comitibus, idest heredibus Rapizonis, pro ipsis et eorum heredibus, quorum nomina sunt hęc: Saracinus cum filiis suis laicis legitimis masculis, Guilelmus, Donadeus et Hugolinus filii Rainerii, Bulgarellus et Rodulfus filii Oducii, Tebaldus cum filiis suis, Transaricus cum filiis suis laicis legitimis masculis. his

(1) An. 1109; *R. F.* doc. 1178.
(2) An. 1113; *R. F.* doc. 1179.
(3) An. 1113; *R. F.* doc. 1180.
(4) An. 1110; *R. F.* doc. 1181.

omnibus et filiis eorum fecit domnus B[eraldus] abbas scriptum prestarię de octava portione turris Montis Martani, et de Monte Martano sicut Albertus filius Gualterii habuit et tenuit, et de octavia portione Scoiani, et de octava portione castri Ripę de Bornia cum silva ipsius, et de octava portione castri Casiliani 5 cum silva, exceptis grossis arboribus, et de octava portione castri c. 371 B Mezanelli cum silva, ‖ exceptis grossis arboribus Collis Alti, et de octava portione podii Sancti Martini cum silva, et de octava portione podii Sanctę Marię in Pantana. et dedit prędictis comitibus omnes res et homines qui fuerunt Albertini comitis, sicut 10 ipse dedit in hoc monasterio, excepta curte castri Aquę Spartę cum suis pertinentiis et quod habet in Lanciola, et excepto monte Castro a Laia in intus adversus ipsum Castrum, et excepta ecclesia Sancti Faustini et Sanctę Marię in Pantana. alia omnia prędictus abbas iam dictis comitibus dedit per pręstariam. isti 15 sunt vero termini qui designati sunt pro ipsa convenientia concambii de rebus Albertini comitis, videlicet: a Cruce Sanctę Barbarę vadit per viam antiquam de Mezanelli, et intrat in Naiam usque in stagnum de Crassis, et intrat in rigum qui est inter nos et filios Guidonis de Tebaldo, et intrat in viam publicam et per 20 semitam in pede de silva Lanciola et per rigum Caniclę in vadum Ripę, et in ipsum in Salicem Martini Rivaliosi, et in pede vineę Adenulfi quę est filiorum Tebaldi, et vadit iuxta terram Petri de Moronto quę est filiorum Rainerii de Odo, et vadit in silvam de Lanciola nostram, ubi debent augere nobis in una fronte 25 cannas .x. et in alia fronte cannas .x., et intrat iuxta terram filiorum Rainerii de Odo in pede silvę de Gutti, et intrat in rigum Sancti Petri et in pontem Sanctę Barbarę et in viam, et exit in Crucem Sanctę Barbarę [1]. Berardus filius Rainaldi optulit in hoc monasterio unum castrum quod vocatur Bustone et podium, 30 c. 372 A et suam portionem de monasterio Sanctę Marię ‖ in Consenano, et omnes res quantascumque tenebat a rivo qui dicitur Cornu usque in flumen Reatinum cum ecclesiis, castris et omnibus pertinentiis atque subiacentiis [2]. Carbo abbas de monasterio San-

(1) An. 1115; *R. F.* doc. 1182. (2) An. 1117; *R. F.* doc. 1183.

cti Nycolai quod est in comitatu Narniensi in castaldato Sancti Gemini, et Dodo clericus et Iuvenaliş germani fratres et filii Beraldi de Iuvenale, et Guido de Tebaldo Odonis, et Rodulfus de Bonino, omnes isti insimul dederunt in hoc monasterio San-
5 ctę Marię et domno Beraldo abbati ecclesiam Sancti Nycolai de comitatu Narniensi et castaldato Sancti Gemini cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus sibi pertinentibus in toto comitatu Narniensi et in Todino et in Amerino (1). ecclesiam Sancti Egidii in comitatu Todino vocabulo Spina, quam quidam
10 viri, idest Opizo filius Cunę et Norico et Rodulfus et Ildebrandus nepotes eius, dederunt in suprascripto monasterio Sancti Nycolai quod est in loco qui vocatur Collis de Ficu Nigra in castello Sancti Gemini qui vocatur Arenarius (2). Gualfredus filius Tebaldi dedit in suprascripto monasterio Sancti Nycolai portio-
15 nem suam de ecclesia Sancti Martini (3). Rodulfus filius Berardi et Albericus et Anolinus filii Albini, et Petrus et Bernardus et Cencius filii Baronis, et Rabertus filius Beraldi, et Rapizo et Oddolinus et Tebaldus filii Tebaldi, et Monaldus et Ofridus et Baroncius et Suppolinus filii Rapizonis, omnes insimul dederunt
20 in suprascripto monasterio Sancti Nycolai unam ecclesiam infra castrum Cicilianum comitatus Tudertini, et unam casam ad faciendam ecclesiam suptus ipsum castellum de Ciciliano cum tota || terra et silva iuxta ipsam casam in loco qui nominatur Grappula; ipsa vero ecclesia suprascripta infra castellum Cicilia- c. 372 B
25 num nuncupatur Sancta Maria (4). Baroncellus filius Berardi et Oddo filius eius dederunt in hoc monasterio res suas in comitatu Reatino et vocabulo Frascarum, et Septem Ianule, et Taliatam, et in montania Campli, et Peritulo omnem portionem

(1) An. 1119; *R. F.* doc. 1184.

(2) An. 1119; *R. F.* doc. 1186, e an. 1094? 1095? *R. F.* doc. 1190.

(3) An. 1119; *R. F.* doc. 1185, e an. 1095; *R. F.* doc. 1191. L'abbate Beraldo concesse a sua volta a Carbone abbate l'uso e la reggenza a vita del monastero di San Nicola, e promise agli altri donatori menzionati nel doc. 1184 di non ricevere « ad bassallos » i figli di Benedetto di Guicco e Guittone di Dodo, e i figli di Faidolfo, nè di mandarli se non di comune accordo al monastero di San Nicola « neque pro offertione « neque pro monachis faciendis »; an. 1119; *R. F.* docc 1187 e 1188.

(4) An. 1100? 1101? *R. F.* doc. 1192. Intorno alla chiesa di San Nicola e sue pertinenze ved. anche *R. F.* doc. 1189.

suam in integrum [1]. Ascarus illustris vir dedit in hoc monasterio et Beraldo abbati res suas in comitatu Spoletano ubi dicitur Furca Casalinę et Misanus servitium quod ei facere debebat Stefanus de Teuzo, et in Misano servitium Stefani de Alberto et Stephani et Petri et Massarelli filiorum Ucellonis, omne servitium quod ipsi et heredes eorum per usum facere debent, ita ut non habeant ipsi licentiam alicui servire nisi cum voluntate suprascripti abbatis vel successorum eius abbatum [2]. Albertinus comes filius Gualterii comitis Tudertini dedit in hoc monasterio omnes res suas in cuncto ducatu Spoletano et in comitatu Tudertino, excepta portione sua de monte Castro cum sua pertinentia. de totis aliis castris et ecclesiis concessit portionem suam [3]. et consentiente Burga coniuge sua dedit in ecclesia Sancti Nycolai de Lanciola, quę est cella huius monasterii, res ipsas quas per pręstariam receperat ab hoc monasterio, idest ipsam silvam et terram in integrum quam per concambium a parentibus suis legaliter in transactum accepit, et portionem de molendino in Naia de Grassis, et Berardum de Lęto || cum omni suo tenimento et portione molendini de Meso, et fratrem eius Hugonem cum omni tenimento, et alium hominem nomine Letulum in fundo Ripa Labornia cum suo tenimento, exceptis casalinis de castellis. et concessit fruges omnes de terris et vineis per totum fundum Confinium [4]. domnus Beraldus abbas confirmavit cuidam Valentino abbati ecclesię Sancti Petri in Vallibus portionem eiusdem monasterii quam Rapizo comes in hoc monasterio concessit, ut teneat eam secundum nostram consuetudinem, et promisit ut nec ipse neque eius successores prędictam obędientiam ei sine sua voluntate vel assensu tollat. et ipse abbas Valentinus firmavit hoc monasterium et pręedictum abbatem eiusque successores, quod fidelis foret deinceps huic ecclesię et abbatibus nostris, et quę in ipsis partibus habemus vel ulterius acquiremus, contra omnes homines nos ad retinendum adiuvare studeret sine fraude et malo ingenio. sic promisit observare per sacra evangelia. et suscepit ipsam obędientiam quam paulo

c. 373 A

(1) An. 1103; *R. F.* doc. 1193.
(2) An. 1104; *R. F.* doc. 1194.
(3) An. 1104; *R. F.* doc. 1195.
(4) An. 1105; *R. F.* doc. 1218.

ante in manu domni abbatis refutaverat [1]. Rodulfus presbyter filius Azonis de Carsano concessit in hoc monasterio res suas de Carsano: a primo latere usque casarinum Rocii de Iohanne, et usque castrum de Istriano, et usque fossatum de Botino, et in 5 Silvestrini per ipsum casarinum pergit usque in fossata que pergunt ad Flaianum vel ad collem Sancti Viti, cum portione de ecclesia Sancti Iohannis de Carsano in integrum [2]. Heinricus Rodulfi filius et Gemma uxor eius et Senebaldus et Transaricus et Munaldus filii eius, omnes insimul dederunt in hoc mona- 10 sterio || medietatem monasterii Domini Salvatoris, quod est in du- c. 373 B catu Spoletano in confinio territorii Teramnani et Reatini vocabulo Marmora, cum omnibus ecclesiis eidem pertinentibus, infra civitatem Teramnensem ecclesia Sancti Alexii, in monte supra ipsum monasterium Sancti Angeli, in Fagi Sancte Marię, in Cri- 15 ptis Sancti Nycolai, in furca Melonis Sancti Maximi, in Bassano Sanctę Marię, medietatem Sancti Hermetis in Furca, Sanctę Marię in Casi, Sancti Apollinaris in Plaure, Sancti Secundi in Trepunzo, Sancti Angeli de Ocresia, Sancti Fortunati in territorio Teramnensi. et fecerunt suprascripti viri sacramenta quibus pro- 20 miserunt huic monasterio et domno B[eraldo] abbati eiusque successoribus pro se suisque heredibus in perpetuum, quod numquam auferent nec auferre consentient per se vel per ab eis submissas personas ecclesiam Sancti Salvatoris in Marmora ab hoc monasterio ubi eam dederunt neque eius res quas tunc habebat 25 vel in futurum acquisierit, et studiose in prędicta ecclesia vel ipsius rebus molestiam non facient nec facere permittent, sed adiuvabunt nos nostrosque ordinatos ad retinendum eandem ecclesiam Sancti Salvatoris cum rebus sibi pertinentibus, et omnia alia bona Sanctę Marię et suum honorem contra omnes homines [3]. 30 Heinricus autem filius Transarici concessit in suprascripto monasterio Sancti Salvatoris totam suam portionem de castello in Marmora cum casis, casalinis et ecclesiis omnibusque rebus eiusdem

28 *e, a p. 270, 4. Nel Regesto* pertinentibus infra regnum Langobardorum sive infra patriciatum Romanorum

(1) An. 1099-1119? *R. F.* doc. 1196.
(2) An. 1106; *R. F.* doc. 1197.
(3) An. 1116; *R. F.* docc. 1198, 1199.

castelli curię pertinentibus in aqua et in sicco. similiter dedit in hoc monasterio prędictus Heinricus totam suam portionem de ipso monasterio Sancti Salvatoris quod est in eodem castello cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus sibi pertinentibus (1). || Octavianus vero et Rodulfus filii Transarici dederunt in suprascripto monasterio Sancti Salvatoris tertiam partem de Marmoribus cum curte et omnibus rebus ei pertinentibus, et duos casales in Bassano quos tenent Symeon et Arduinus; omnia hęc dederunt pro anima Transarici genitoris eorum usque in perpetuum pro librabus triginta argenti monetati (2). Atto filius Arderadi et presbyter Guido filius eius dederunt in hoc monasterio res suas territorii Teramnani in pertinentia Collis Stacti: a primo latere et secundo flumen Naricus, a tertio pertinentia Antisani, a quarto Tixinus (3). Teodinus filius Berardi dedit res suas in hoc monasterio infra comitatum Reatinum vocabulo Narnate: a primo latere mons Cornu, a duabus partibus terra Adonisca, a quarto latere terra Tibertisca, omnem portionem suam in integrum (4). Beraldus filius Crescentii et Domnica uxor eius dederunt in hoc monasterio et domno B[eraldo] abbati eiusque successoribus in perpetuum in territorio Tyburtino castrum quod vocatur Porcilis cum omnibus pertinentiis, et monasterium Sanctę Marię quod est in ipso loco cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus sibi pertinentibus (5). Tygrimus qui vocatur Tiniosus filius Guidonis comitis dedit in hoc monasterio et B[eraldo] abbati eiusque successoribus in perpetuum octavam partem monasterii Sanctę Barbarę, et suam portionem de ecclesia Sancti Petri ibidem, et Sanctę Lucię in Bucclano, et Sancti Andreę in Ripe, et Sancti Clementis de Confinio, et Sancti Stephani ibidem cum omnibus pertinentiis et subiacentiis earum (6). Carbo filius Alberti concambiavit et tradidit ad proprietatem in hoc monasterio et domno Beraldo abbati in territorio Esculano et in Firmano castellum Rovetinum et portionem suam de castro Terra Talliata cum omnibus rebus illorum: a primo latere flumen Asum, a

(1) An. 1117; *R. F.* doc. 1200.
(2) An. 1097; *R. F.* doc. 1201.
(3) An. 1109? *R. F.* doc. 1203.
(4) An. 1106? 1107? *R. F* doc. 1204.
(5) An. 1110; *R. F.* doc. 1205.
(6) An. 1111; *R. F.* doc. 1206.

secundo latere via || quę vadit ad aquam de Furce, ad plebem Sancti Severini, in verticem Montis Polisię, ad Carpinum in Breclę, a tertio latere aqua Furcę et pergit in aquam de Aso, a quarto prędictum Carpinum vadit ad montem Sancti Martini, ad Sanctum Pancratium, in cerritum Alberti Bardonis, in rigum Patrinionis et per rigum de Cimbriano in prędictum flumen Asum. infra istos fines dedit per concambium suprascriptus Carbo, consensu filiorum suorum, castella et podia et ecclesias cum omnibus rebus eis pertinentibus. pro quibus omnibus recepit in cambium castrum Lumeranum cum omnibus pertinentiis et subiacentiis eius [1]. Mainardus filius Brictuli, consentiente illi Coni dativo tutore eius, concambiavit in hoc monasterio et domno Beraldo abbati castellum Collis Macri cum omnibus ecclesiis et pertinentiis eius, et podia cum quarta parte de castello Sancti Iohannis, et medietatem de Canosa, quarum rerum fines sunt: caput Vacca, a pede terra huius monasterii, ab uno latere currente Pallore et fluvio Aso, a secundo latere tenent filii Corvionis. et promisit idem Mainardus quod res ipsas quas recepit in concambium in comitatu Firmano nullo modo vendet nec donabit vel cambiabit, nec in loco pignoris vel ypothecę titulo dabit, vel pro anima sua iudicabit alicui homini cuiuscumque potestatis, nisi in hoc monasterio [2]. item, prędictus Mainardus dedit in hoc monasterio et domno B[eraldo] abbati, consentiente Conį tutore eius, res suas in territorio Esculano vocabulo Collis Macri cum ecclesia Sanctę Marię infra ipsum castellum, et portionem suam de ecclesia Sanctę Marię de Beloniano, et de Sancto Petro cum omnibus || pertinentiis vel subiacentiis ipsi castello iuste vel iniuste, et quartam partem de castello Sancti Iohannis, et de ecclesiis eiusdem castelli et omnium ecclesiarum sibi pertinentium, quarum rerum fines sunt superius descripti [3].

c. 374 B

c. 375 A

An. 1099-1119 (4).

L'abbate Beraldo si querela innanzi a Guarnieri duca e

Quoniam Dei Ecclesię persecutores maximis ac variis pęnis leges persecuntur, et a Deo datis potestatibus semper ulciscuntur, iccirco ego Beraldus abbas insimul cum Carbone advocato meo tibi, Guarneri Dei gratia excel-

(1) An. 1111; *R. F.* doc 1209.
(2) An. 1096; *R. F.* docc. 1210, 1211.
(3) An. 1096; *R. F.* doc. 1212.
(4) *R. F.* doc. 1213. Questo documento e l'altro che segue non hanno indicazione precisa di data e perciò si

castelli curię pertinentibus in aqua et in sicco. similiter dedit in hoc monasterio prędictus Heinricus totam suam portionem de ipso monasterio Sancti Salvatoris quod est in eodem castello cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus sibi pertinentibus (1). ‖ Octavianus vero et Rodulfus filii Transarici dederunt in suprascripto monasterio Sancti Salvatoris tertiam partem de Marmoribus cum curte et omnibus rebus ei pertinentibus, et duos casales in Bassano quos tenent Symeon et Arduinus; omnia hęc dederunt pro anima Transarici genitoris eorum usque in perpetuum pro librabus triginta argenti monetati (2). Atto filius Arderadi et presbyter Guido filius eius dederunt in hoc monasterio res suas territorii Teramnani in pertinentia Collis Stacti: a primo latere et secundo flumen Naricus, a tertio pertinentia Antisani, a quarto Tixinus (3). Teodinus filius Berardi dedit res suas in hoc monasterio infra comitatum Reatinum vocabulo Narnate: a primo latere mons Cornu, a duabus partibus terra Adonisca, a quarto latere terra Tibertisca, omnem portionem suam in integrum (4). Beraldus filius Crescentii et Domnica uxor eius dederunt in hoc monasterio et domno B[eraldo] abbati eiusque successoribus in perpetuum in territorio Tyburtino castrum quod vocatur Porcilis cum omnibus pertinentiis, et monasterium Sanctę Marię quod est in ipso loco cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus sibi pertinentibus (5). Tygrimus qui vocatur Tiniosus filius Guidonis comitis dedit in hoc monasterio et B[eraldo] abbati eiusque successoribus in perpetuum octavam partem monasterii Sanctę Barbarę, et suam portionem de ecclesia Sancti Petri ibidem, et Sanctę Lucię in Bucclano, et Sancti Andreę in Ripe, et Sancti Clementis de Confinio, et Sancti Stephani ibidem cum omnibus pertinentiis et subiacentiis earum (6). Carbo filius Alberti concambiavit et tradidit ad proprietatem in hoc monasterio et domno Beraldo abbati in territorio Esculano et in Firmano castellum Rovetinum et portionem suam de castro Terra Talliata cum omnibus rebus illorum: a primo latere flumen Asum, a

(1) An. 1117; *R. F.* doc. 1200.
(2) An. 1097; *R. F.* doc. 1201.
(3) An. 1109? *R. F.* doc. 1203.
(4) An. 1106? 1107? *R. F* doc. 1204.
(5) An. 1110; *R. F.* doc. 1205.
(6) An. 1111; *R. F.* doc. 1206.

secundo latere via || quę vadit ad aquam de Furce, ad plebem Sancti Severini, in verticem Montis Polisię, ad Carpinum in Breclę, a tertio latere aqua Furcę et pergit in aquam de Aso, a quarto prędictum Carpinum vadit ad montem Sancti Martini, 5 ad Sanctum Pancratium, in cerritum Alberti Bardonis, in rigum Patrinionis et per rigum de Cimbriano in prędictum flumen Asum. infra istos fines dedit per concambium suprascriptus Carbo, consensu filiorum suorum, castella et podia et ecclesias cum omnibus rebus eis pertinentibus. pro quibus omnibus recepit in cambium 10 castrum Lumeranum cum omnibus pertinentiis et subiacentiis eius (1). Mainardus filius Brictuli, consentiente illi Coni dativo tutore eius, concambiavit in hoc monasterio et domno Beraldo abbati castellum Collis Macri cum omnibus ecclesiis et pertinentiis eius, et podia cum quarta parte de castello Sancti Iohan- 15 nis, et medietatem de Canosa, quarum rerum fines sunt: caput Vacca, a pede terra huius monasterii, ab uno latere currente Pallore et fluvio Aso, a secundo latere tenent filii Corvionis. et promisit idem Mainardus quod res ipsas quas recepit in concambium in comitatu Firmano nullo modo vendet nec donabit vel 20 cambiabit, nec in loco pignoris vel ypothecę titulo dabit, vel pro anima sua iudicabit alicui homini cuiuscumque potestatis, nisi in hoc monasterio (2). item, prędictus Mainardus dedit in hoc monasterio et domno B[eraldo] abbati, consentiente Conį tutore eius, res suas in territorio Esculano vocabulo Collis Macri cum ecclesia 25 Sanctę Marię infra ipsum castellum, et portionem suam de ecclesia Sanctę Marię de Beloniano, et de Sancto Petro cum omnibus || pertinentiis vel subiacentiis ipsi castello iuste vel iniuste, et quartam partem de castello Sancti Iohannis, et de ecclesiis eiusdem castelli et omnium ecclesiarum sibi pertinentium, qua- 30 rum rerum fines sunt superius descripti (3).

c. 374 B

c. 375 A

An. 1099-1119 (4).

L'abbate Beraldo si querela innanzi a Guarnieri duca e

Quoniam Dei Ecclesię persecutores maximis ac variis pęnis leges persecuntur, et a Deo datis potestatibus semper ulciscuntur, iccirco ego Beraldus abbas insimul cum Carbone advocato meo tibi, Guarneri Dei gratia excel-

(1) An. 1111; *R. F.* doc 1209.

(2) An. 1096; *R. F.* docc. 1210, 1211.

(3) An. 1096; *R. F.* doc. 1212.

(4) *R. F.* doc. 1213. Questo documento e l'altro che segue non hanno indicazione precisa di data e perciò si

[illegible] e delle rapine commesse dai fratelli Morico e Carbone contro il monastero.

[illegible] et marchionibus atque omnibus Christianis in Christo pie viventibus notum fieri volumus, sancte Dei Genitricis ecclesiam multis et variis miseriis esse afflictam. quapropter conquerimus et proclamationem facimus de Morico et Carbone qui in tantum Dei Ecclesiam persecuti sunt, quod nullus Paganus et nullus Iudeus super hoc transire valuit. in primis scilicet, nos stantes et castrum nostrum communicantes, ipse [predictus] Carbo supradictę ecclesię [illegible] nobis securitatem dedit, et postea assaltum [nobis] posuit, et duos nostros milites interfecit. deinde in antea terram nostram devastaverunt, predam acceperunt, messes nostras ignibus concremaverunt, homines captos occiderunt, monasteria nostra expoliaverunt, tribus vicibus infra emunitatem Ecclesię dampnum dederunt, et postea in Ecclesiam Dei irruerunt et crimen sacrilegii commiserunt, [ipsa] altaria expoliaverunt, libros et paramenta abstulerunt, monachum infra dormitorium apprehensum exuerunt, alios verberaverunt, alios in captivitatem funibus in collo ligatis duxerunt, et de scapularis eorum vestimenta et caligas sibi et suis militibus fecerunt. in capite | asini scapularium miserunt et « Domne abba, benedicite » dixerunt. insuper, Dei famulum expoliatum [nudum] cum quadam muliere in foveam miserunt, alium vero mutillaverunt et morti tradiderunt. quandam Dei ancillam aprehensam, cippos in pedibus eius miserunt et funibus suspensam per giros eam revolverunt, variisque penis affecerunt. in tantum Dei Ecclesiam affligebant, ut culvertas suas mitterent quę offertiones de manu presbyteri per vim distraherent, in quarum manibus qui offerebant osculum prębebant. super hęc omnia turpissimam et nefandam et inauditam iniuriam quam dicere licet verecundemur, reticere tamen non possumus, scilicet quod apprehensum Dei famulum et venerabilem monachum, de iumento in terram miserunt, et fustibus cęsum ac male verberatum expoliaverunt, eumque ad caudam perduxerunt, vulvam et anum osculari fecerunt, qui eos rogare cępit ut eum dimitterent quia pro animabus parentum illorum eo die sacrificaverat. de nostris vero hominibus quos potuerunt ceperunt, et plus quam .c. libras extorserunt. prędas et assaltus et iniurias innumerabiles nobis fecerunt, abbatem vero alium sine armis in via assalierunt, et armati super eum irruerunt, et in fugam miserunt, et vix fuit quod in captionem eum non habuerunt. post tanta et tam nefaria nobiscum conve-

c. 375 B

6. nostrum] *Nel Regesto* nostrę ecclesię *Le parole fra parentesi quadrate mancano nel Chronicon e si suppliscono togliendole dal Regesto.* 8. deinde] *Nel Regesto* ab hac hora 10. captos] *Nel Regesto* quos potuerunt capere 13. *Nel Regesto* apprehendentes 19. *Nel Regesto* apprehendentes

segnano qui come nel *Regesto* gli anni del governo abbaziale di Beraldo III. Il duca Guarnieri I pure menzionato nel documento resse il ducato di Spoleto tra il 1094 e il 1134 circa. Il MURATORI, *Rer. It. Script.* II, 2, 662 e 663, attribuisce questo documento e il seguente circa all'anno 1106. È ipotesi possibile, ma non si vede su quale base sicura essa potrebbe fondarsi.

nerunt, pactiones et obligationes [nobiscum] fecerunt, et plurimis sacramentis nos firmaverunt, nostrique homines devenerunt, et fidelitatem iuraverunt, obsidesque dederunt. interea dum in eis magis quam in nullo alio nostro fideli confideremus, fraudulenter ad vicecomites nostros venerunt, inimicos nostros
5 prędam nostram capturos ‖ esse dixerunt, et ut nostri, cum aliquid audirent, cum pręda ad eos fugerent, securitatem dederunt. tunc ipsi malitia pleni fraudeque detenti, per diversa loca prędones venire fecerunt, omnesque nostri cum omni pręda ad eos confugerunt. postquam vero in sua virtute prędam habuerunt, et homines tenuerunt et ultra .c. libras inde acquisierunt. insuper
10 Sanctę Marię castrum Carbo cum sua fortitudine intravit, et filiam cuiusdam nostri boni hominis per vim rapuit suoque militi in uxorem tribuit, nec ante eius pater recipere potuit, quam bonum equum et aliud, quantum ipse Carbo voluit, pro ea dedit. alii etiam nostro bono homini nomine Zaccio unoquoque anno prędam auferebant, quam ęstimamus valuisse plus quam .c. libras.
15 hęc et alia plura nobis fecerunt, quę omnia nulla lingua enarrare vel manus scribere valet. de tantis et tam nefariis et scelestissimis hominibus Ecclesiam Dei variis et diversis malis persequentibus, ut fideles Christiani deprecamur Ecclesię Dei sic persecutę condoleatis, et qui iustitiam a divino numine concessam geritis, suppliciter oramus, ut quod leges pręcipiunt, pleniter nobis exhibeatis.

c. 376 A

20 In nomine domini Dei salvatoris nostri Ihesu Christi. Guarnerius Dei gratia dux et marchio. notum fieri volumus omnibus in Christo pie viventibus tam futuris quam pręsentibus, qualiter Mainardus quondam filius Gualkerii bona Sanctę Marię in Marchia sita, Farfensi ecclesię omni iure pertinentia, invadere, molestare, diripere, quoad vixit, sacrilega pręsumptione non destitit.
25 simili etiam tyrannide ‖ eiusdem venenati patris venenatus filius Adelbertus contra idem cęnobium omnimodis impugnare, destruere conatus est. post hunc quippe Adelbertum, sceleratissimi eius filii Morico et Carbo quęcumque patri ipsorum vel avo de bonis prędictę ecclesię indestructa remanserant temerario ausu et irrefragabili furore pręcipitare, demoliri ac penitus confundere
30 non cessaverunt. a qua sacrilega factione divina potentia vel imperatorum sive apostolicorum concessa prędicto cęnobio pręcepta seu privilegia mentes reproborum nullatenus revocaverant. sed dum tantis, ut iam diximus, pravitatibus prędictam ecclesiam intolerabiliter distraherent, et eiusdem innocentes famulos gravissimis calumniis lascesserent, abbates una cum cęnobitis crebras
35 et miserandas principibus ac rectoribus super his fecerunt querimonias. sed, ut supra docuimus, nec divino timori nec principum iussioni obtemperantes, a nefario opere cessavere. postremo, nostri regiminis tempore, abbas Beraldus, virtutibus et nobilitate vir clarissimus, zelo iustitię et ultionis divinę

An. 1099-1119 (1).

Guarnieri duca e marchese delibera che il possesso dei beni di Morico e Carbone vada al monastero.

c. 376 B

3. *Nel Regesto* obsides 25. *Nel Regesto* Adalpertus 27. *Nel Regesto* Adalpertum

(1) *R. F.* doc. 1214.

marchese delle violenze sacrileghe e delle rapine commesse dai fratelli Morico e Carbone contro il monastero.

lentissime dux et marchio, querimus atque omnibus Christianis in Christo pie viventibus notum fieri volumus, sanctę Dei Genitricis ecclesiam multis et variis miseriis esse afflictam. quapropter conquerimus et proclamationem facimus de Morico et Carbone qui in tantum Dei Ecclesiam persecuti sunt, quod nullus Paganus et nullus Iudeus super hoc transire valuit. in primis scilicet, 5 nos stantes et castrum nostrum corrroborantes, ipse [prędictus] Carbo supradictę ecclesię persecutor nobis securitatem dedit, et postea assaltum [nobis] posuit, et duos nostros milites interfecit. deinde in antea terram nostram divastaverunt, prędam abstulerunt, messes nostras ignibus concremaverunt, homines captos occiderunt, monasteria nostra expoliaverunt, tribus vicibus 10 infra emunitatem Ecclesię damnum dederunt, et postea in Ecclesiam Dei irruerunt et crimen sacrilegii commiserunt, [quia] altaria expoliaverunt, libros et paramenta abstulerunt, monachum infra dormitorium apprehensum exuerunt, alios verberaverunt, alios in captivitatem funibus in collo ligatis duxerunt, et de scapulariis eorum vestimenta et caligas sibi et suis militibus 15 fecerunt. in capite || asini scapularium miserunt et « Domne abba, benedicite » dixerunt. insuper, Dei famulum expoliatum [nudum] cum quadam muliere in foveam miserunt, alium vero musellaverunt et morti tradiderunt. quandam Dei ancillam apprehensam, cippos in pedibus eius miserunt et funibus suspensam per giros eam revolverunt, variisque pęnis affecerunt. 20 in tantum Dei Ecclesiam affligebant, ut culvertas suas mitterent quę offertiones de manu pręsbyteri per vim distraherent, in quarum manibus qui offerebant osculum pręebant. super hęc omnia turpissimam et nefandam et inauditam iniuriam quam dicere licet verecundemur, reticere tamen non possumus, scilicet quod apprehensum Dei famulum et venerabilem monachum, 25 de iumento in terram miserunt, et fustibus cęsum ac male verberatum expoliaverunt, eumque ad caudam perduxerunt, vulvam et anum osculari fecerunt, qui eos rogare cępit ut eum dimitterent quia pro animabus parentum illorum eo die sacrificaverat. de nostris vero hominibus quos potuerunt ceperunt, et plus quam .c. libras extorserunt. prędas et assaltus et iniurias innumerabiles nobis fecerunt, abbatem vero alium sine armis in via assalierunt, et armati super eum irruerunt, et in fugam miserunt, et vix fuit quod in captionem eum non habuerunt. post tanta et tam nefaria nobiscum conve-

c. 375 B

6. nostrum] *Nel Regesto* nostrę ecclesię *Le parole fra parentesi quadrate mancano nel Chronicon e si suppliscono togliendole dal Regesto.* 8. deinde] *Nel Regesto* ab hac hora 10. captos] *Nel Regesto* quos potuerunt capere 13. *Nel Regesto* apprehendentes 19. *Nel Regesto* apprehendentes

segnano qui come nel *Regesto* gli anni del governo abbaziale di Beraldo III. Il duca Guarnieri I pure menzionato nel documento resse il ducato di Spoleto tra il 1094 e il 1134 circa. Il Muratori, *Rer. It. Script.* II, 2, 662 e 663, attribuisce questo documento e il seguente circa all' anno 1106. È ipotesi possibile, ma non si vede su quale base sicura essa potrebbe fondarsi.

nerunt, pactiones et obligationes [nobiscum] fecerunt, et plurimis sacramentis nos firmaverunt, nostrique homines devenerunt, et fidelitatem iuraverunt, obsidesque dederunt. interea dum in eis magis quam in nullo alio nostro fideli confideremus, fraudulenter ad vicecomites nostros venerunt, inimicos nostros
5 prędam nostram capturos ‖ esse dixerunt, et ut nostri, cum aliquid audirent, cum prępa ad eos fugerent, securitatem dederunt. tunc ipsi malitia pleni fraudeque detenti, per diversa loca prędones venire fecerunt, omnesque nostri cum omni pręda ad eos confugerunt. postquam vero in sua virtute prędam habuerunt, et homines tenuerunt et ultra .c. libras inde acquisierunt. insuper
10 Sanctę Marię castrum Carbo cum sua fortitudine intravit, et filiam cuiusdam nostri boni hominis per vim rapuit suoque militi in uxorem tribuit, nec ante eius pater recipere potuit, quam bonum equum et aliud, quantum ipse Carbo voluit, pro ea dedit. alii etiam nostro bono homini nomine Zaccio unoquoque anno prędam auferebant, quam ęstimamus valuisse plus quam .c. libras.
15 hęc et alia plura nobis fecerunt, quę omnia nulla lingua enarrare vel manus scribere valet. de tantis et tam nefariis et scelestissimis hominibus Ecclesiam Dei variis et diversis malis persequentibus, ut fideles Christiani deprecamur Ecclesię Dei sic persecutę condoleatis, et qui iustitiam a divino numine concessam geritis, suppliciter oramus, ut quod leges pręcipiunt, pleniter nobis exhibeatis.

c. 376 A

20 In nomine domini Dei salvatoris nostri Ihesu Christi. Guarnerius Dei gratia dux et marchio. notum fieri volumus omnibus in Christo pie viventibus tam futuris quam pręsentibus, qualiter Mainardus quondam filius Gualkerii bona Sanctę Marię in Marchia sita, Farfensi ecclesię omni iure pertinentia, invadere, molestare, diripere, quoad vixit, sacrilega pręsumptione non destitit.
25 simili etiam tyrannide ‖ eiusdem venenati patris venenatus filius Adelbertus contra idem cęnobium omnimodis impugnare, destruere conatus est. post hunc quippe Adelbertum, sceleratissimi eius filii Morico et Carbo quęcumque patri ipsorum vel avo de bonis prędictę ecclesię indestructa remanserant temerario ausu et irrefragabili furore pręcipitare, demoliri ac penitus confundere
30 non cessaverunt. a qua sacrilega factione divina potentia vel imperatorum sive apostolicorum concessa prędicto cęnobio pręcepta seu privilegia mentes reproborum nullatenus revocaverant. sed dum tantis, ut iam diximus, pravitatibus prędictam ecclesiam intolerabiliter distraherent, et eiusdem innocentes famulos gravissimis calumniis lascesserent, abbates una cum cęnobitis crebras
35 et miserandas principibus ac rectoribus super his fecerunt querimonias. sed, ut supra docuimus, nec divino timori nec principum iussioni obtemperantes, a nefario opere cessavere. postremo, nostri regiminis tempore, abbas Beraldus, virtutibus et nobilitate vir clarissimus, zelo iustitię et ultionis divinę

An. 1099-1119 (1).

Guarnieri duca e marchese delibera che il possesso dei beni di Morico e Carbone vada al monastero.

c. 376 B

3. *Nel Regesto* obsides 25. *Nel Regesto* Adalpertus 27. *Nel Regesto* Adalpertum

(1) *R. F.* doc. 1214.

accensus, contra pestiferas prędictorum fratrum Morici scilicet et Carbonis machinationes potenter se erexit. sepe de ipsis sacrilegis Ecclesię Dei ac Genitricis eius invasoribus nobis reclamavit. sepe nichilominus ipsum venerabilem abbatem et eosdem scelestos, datis finiendę litis terminis, in nostri pręsentia ad iudicium legaliter vocavimus. advenientibus autem terminis, 5
c. 377 A abbas iustitiam et satisfactionem recepturus in nostri pręsentia affuit; sed ‖ dignam perpetrati sceleris sententiam et proscriptionem metuentes, reproborum fratrum neuter venit, sed in consueta pravitate contumaciter perseveravere. deinde pręfatus abbas, Deo cęlitus et eius sancta Genitrice victoriam sibi administrante, vindex pręteritorum malorum potenter extitit, contra eosdem 10 hostes pręvaluit, ipsosque de bonis ipsorum omnibus prorsus exhęreditavit. quapropter, quomodo ultione divina ac iudiciali censura declaratum est, prędictorum rebellium possessionem et proprietatem pręfatę ecclesię iure in omnibus deliberavimus sive censuimus possidendam, ita ut a modo liceat prędicto abbati eiusque ecclesię quiete et libere ac sine aliquo pręiudicio 15 rectoribus procurare nefandorum prefatorum possessionem et proprietatem. auctoritate itaque domni imperatoris pręsentis serenissimi Heinrici, et eidem sacro cęnobio antiquitus imperiali vel apostolica statuta in pręceptis seu privilegiis censura, pręcipientes iubemus ut nullus deinceps marchio, comes, vicecomes, vel aliqua magna parvaque persona prędictam ecclesiam molestare 20 vel inquietare in prędictis bonis pręsumat. quod si aliquis forte contra hęc statuta ire pręsumpserit, .c. libras auri componat, medietatem prędictę ecclesię, et medietatem [vero] camerę nostrę. quod ut ratum et inconvulsum tam apud posteros quam apud pręsentes iugiter permaneat, manu propria hoc signum huic paginę impressimus et nostri sigilli impressione consignari pręcipimus (1). 25

Rainerius Iohannis de Rainerio patronus scolę sandalariorum,
c. 377 B pro se et pro Petro de Rosa priore ‖ dictę scolę et pro omnibus scolensibus minoribus et maioribus, firmavit Petro pręposito et Beraldo abbati huius monasterii et eorum successoribus in perpetuum portum Currisem et usum antiquum, et si damnum aliquod evenerit hominibus abbatię et ipsi compellati fuerint per duas vices inter spatium quatuor mensium, emendare faciant nobis, et si ipse qui damnum fecit emendare noluerit, dabunt nobis licentiam capiendi tantum de ipso quantum damnum est (2). 35

12. ac] *Nel Regesto* et 18. se *nel Chronicon ma* seu *nel Regesto.* 23. *Il primo* et *manca nel Regesto.*

(1) Nel *Regesto* è riprodotto il sigillo rappresentante il duca e marchese Guarnieri a cavallo e con la spada in mano. Per la data di questo documento vedasi la nota 4 alla p. 271.

(2) An. 1115; *R. F.* doc. 1215.

Erat autem in castello Corgnito ecclesia constructa in honore sancti Petri apostoli in prędio virorum Rainerii, Geizonis monachi huius monasterii et Franconis et Petri filiorum eius, et Petri Mazocli, et Pagani Neronis, et Neronis filii eius, quos Guido
5 venerabilis episcopus Tuscanensis paterno et pastorali admonuit affectu, ut pro redemptione animarum suarum eandem ecclesiam, quę est in Plaia suptus ripam ecclesię Sanctę Marię, Deo offerrent et seculari dominio privarent, et perpetualiter liberam redderent; insuper servis servorum Dei monachis ibidem ordinatis, in per-
10 sona domni Beraldi abbatis ecclesię Sanctę Marię Farfensis in suisque posteris disponendam concessissent. ipsi autem prędicti viri eiusdem episcopi prędicationibus acquiescentes, fecerunt cartam perpetuę et irrevocabilis refutationis de ipsa ecclesia Sancti Petri pręfato episcopo in persona prędicti Beraldi abbatis et in suis
15 successoribus, sub pęna .c. librarum lucensis monetę optimę. episcopus autem pręvidens huius ecclesię futurę libertati monasterii, assensu omnium et pręsentia donatorum ac refutatorum, concessit prędictam ecclesiam pręfato abbati B[eraldo] et huic monasterio in sempiternum (1).

20 Quodam vero tempore ortum est grave bellum contra domnum abbatem Beraldum a quibusdam secularibus potestatibus in quo dominus Ihesus Christus filius Virginis defensor factus est huius domus Genitricis suę omniumque bonorum eius, et eumdem rectorem in omnibus fecit victorem. in quo etiam bello captus
25 est Ofriducius comes. post hęc dimissus est a domno abbate, et fecit cartam refutationis huic monasterio et domno abbati B[eraldo], et dimisit omnem inimicitiam pro ipsa captione, et deprędationem rerum suarum, scilicet aurum, argentum, vestimenta et omnia quę ei ablata sunt in suis hominibus in ipso bello,
30 omnia refutavit et pacem finemque nobiscum fecit (2).

c. 378 A

(1) An. 1111? 1112? *R. F.* doc. 1216.

(2) An. 1104? 1112? *R. F.* doc. 1217. Mi pare opportuno riferire qui in nota questo documento che è caratteristico di questo periodo guerresco nella storia Farfense.

In nomine Domini. anno incarnationis domini nostri Ihesu Christi millesimo .cxii., indictione .xii., mense augusto, die .xxvii. (a), imperante domno Heinrico a Deo coronato

(a) Le note cronologiche del documento sono discordi tra loro. L'« Ofriducius comes » nominato nel documento sembra che possa identificarsi con l'« Ofridus comes » di cui si dice a p. 231, r. 19 di questo volume, che fu preso prigioniero dagli uomini del monastero intorno al 1104

Iohannes pręsbyter filius Adę dedit in hoc monasterio res suas de Luco vel Bucciniano: ab primo latere rigus de monte Lupulo, ab alio rigus de Cannitulo, ab alio terra de Bucciniano qui nominatur Cerquitus Rotundus; et in alio loco qui vocatur Gualdus, et in Calviniano, et in Valle Garmundella, et Marella, et in Sala (1). Petrus pręsbyter filius Iohannis dedit in hoc monasterio res suas in comitatu Narniensi de fundo Cervaro petias .II. de terra, et petiam .I. in colle Cocturo, et ad Fontanam de Spoletinis, et vineam de fundo Vallis Mercurii, et de Valle Herbosę, et a Lavatoriis, et de fundo Fugiano, et de fundo Collis Luparii, et de Valle de Maio, et petias .II. terrę in pede Capchano, et de Valle Antonina, et de fundo Petra Rea, et de fundo Rubicino, et de fundo Turris, et de fundo Cischano, et de fundo Scopello, et de fundo Atiano, et de Fargeto, et de colle Gregorii, et de colle Iunco, et de ‖ Terminoto, et de monte Rotundo, et portionem suam de ecclesia Sancti Valentini martyris in fundo Bobio, et de monasterio Sancti Symeonis, et de Sancto Christoforo cum tenimentis ipsarum ecclesiarum; insuper argenti libras quatuor (2). Faido filius Leonis et Iohannes filius eius dedit in

c. 378 B

3. qui] *Così nel testo.*

imperatore, sub cuius imperio extat sapiens et spiritualis Dei gratia. Beraldus abbas monasterii Sanctę Marię et eius spiritualis congregatio quę dicitur Pharphensis, quo gubernante in spiritualibus dinoscitur non ad modicum exaltatum, et sicut mos est ut perversi erga bonos semper invident, ita istius tempore a quibusdam secularibus potestatibus grave ortum est bellum. sed favente omnipotentis Dei gratia, Ihesus Christus filius Virginis defensor factus est domus Genitricis suę eiusque bonorum omnium, pręfatumque rectorem in omnibus fecit victorem. omnipotens ergo Dominus qui vult sibi faventes et obedientes unanimes et unius fidei esse, qui dixit discipulis suis: « Pacem meam do vobis », non est dissensionis Deus sed pacis, ipse inter omnia existens pax, cum pręnominatę ecclesię Sanctę Marię rectores eique servientes dignatur pacificare. igitur ego Ofriducius comes a die pręsenti sine dolo ac fraude refuto nec non et chartulam refutationis facio, nullo me cogente aut vim faciente sed propria spontaneaque et bona voluntate, in perpetuum tibi, Beata virgo Maria quę poneris in Pharpha, et domno Beraldo religioso abbati eius monasterii et cunctis successoribus ibidem permansuris in perpetuum et eius sociis et servitoribus, idest captionem meam et deprędationem rerum, scilicet aurum, argentum, vestimenta et omnia in omnibus quanta abstulisti michi cum tua potentia et meis hominibus, refuto a parte Dei omnipotentis et filii eius Ihesu Christi, nec litidium nec molestiam faciam per me vel interpositam a me personam vel submissam vel ab hęredibus meis, et defendere promitto cum meis hęredibus tibi tuisque successoribus ab omni homine in omni tempore. et firma et incorrupta permaneat semper hęc promissio. si autem contra hanc refutationem venire temptavero et omnia supradicta non observavero, cum meis hęredibus componamus vobis pęnam libras auri optimi .c. et hęc chartula firma permaneat. Iohannes scriniarius atque iudex sanctę Romanę Ecclesię scripsi. ✝ Ofreducius comes firmavi. ✝ Cencius Tebaldi. Guittone Alberti. Oddo Rustici. Astaldus de Astaldo. Gentilis Berardi. Tebaldus de Civitate. Loterius. Emmo de Ioseph. Cencius. Iohannes iudex scripsi.

(1) An. 1059? 1060? *R. F.* doc. 1241.
(2) An. 1102? 1103? *R. F.* doc. 1265.

hoc monasterio res suas de comitatu Reatino territorio Fallagrinensi, in Geniperito petium .I., et unam silvam in colle Morco modia quatuor et quartaria tria, et in Casarinis vel ad Roccam modia .II. (1). Ubertus filius Fusconis et Gervisa coniux eius
5 dederunt res suas de ducato Spoletano et comitatu Reatino atque Esculano: a pede castellare collis de Spata, vadit per rivum usque in † ad Palerectam, exinde per maclas ad Petram Moliginem, et ascendit in furcam de Pesa et usque in Petram Communalem, et vadit in finem Aventedani, et descendit in furcam Sancti Mar-
10 celli, et vadit per viam publicam usque in Copulam et inde in Pratum Cardosum, et vadit per finem terrę de Camponiscis, et in vadum Sigezonis, et per rivum qui est iuxta res filii Gislerii usque in Fontanam ad Peritulum, et descendit per serram Longoni et in Negiam Aleianam, et per ipsam aquam usque in
15 pedem collis de Spata qui est primum latus; inter hos fines tertiam partem de castello Raditu cum suis pertinentiis, et de castello Aqua Sancta tertiam partem, et de podio Fallo medietatem (2). Petrus pręsbyter de Cono dedit in hoc monasterium casam intro castellum Sancti Gemini iuxta plateam, et aliam
20 casam ibidem, et terram in fundo Canneta modiorum .VII., et ad Ficulneam Albam modium .I., et ad Petram Latam modium .I., ‖ et portionem suam de Sancto Angelo in Collibus (3). — c. 379 A

Senza data (4). Il conte Rogerio di Taxione concede al monastero la chiesa di Santo Stefano e le sue pertinenze.

☧ R[ogerius] T[axionis] Dei gratia comes, B. Farfensi abbati omnique congregationi suę, quicquid indissolubile dilectionis et timoris vinculum. epi-
25 stolam quidem vestram serena fronte et tranquillo recepi animo. ecce quicquid postulavistis, auxiliante Altitonante, quantum nostrę possibilitati pertinet, revera semota omni occasione habebitis. concedo et firmiter promitto pro redemptione animę patris et matris meę nec non et animę corporis mei heredumque meorum, et pro fidelitate Conditoris mei et Genitricis eius, et
30 dilectione almi abbatis et seniorum fratrum illius monasterii, ut quomodo habere solet in sua potestate tempore patris mei, ita habeat licitu meo monasterium Sancti Stephani, homines et castella et cellas et quicquid sibi pertinet. captura quippe hominum eius minime erit, semotas duas res, scilicet causa traditionis meę vel terrarum mearum, aut causa fugitionis eorum cum facul-
35 tatibus Ecclesię. similiter de prępositis. et si quis meorum de suis illuc

(1) An. 1102; *R. F.* doc 1266.
(2) An. 1102; *R. F.* doc. 1267.
(3) An. 1108; *R. F.* doc. 1268.
(4) *R. F.* doc. 1311.

impendere cupit proprietatibus, licitu meo faciat. quid plura? Omnipotens incolumes vos custodiat. Taxionis Rogerius miles acerrimus + [manu sua crucem depinxit. + Lioto filius Fusconis. + Dardanus. + Rogerius dapifer. + Algerius. + Gentilis grandinatus, testes. + Guido notarius iussione suprascripti comitis scripsi.] 5

Atto comes dedit in hoc monasterio et Beraldo abbati medietatem unius ecclesię Sancti Martini de Morro cum omnibus pertinentiis eiusdem medietatis (1). domnus autem Beraldus abbas concessit Berardo filio Rustici de Crescentio et eius coniugi Agnę eorumque filiis legitimis et nepotibus casales ‖ .xii. sicut olim prędictus Rusticus detinuit suis manibus et suis dedit equitibus infra castrum Currisem et castrum Bricti et castrum Nerulę: a primo latere tenimentum castri Currisii, a secundo aqua Currisii, a tertio aqua Carbulani, a quarto Fons Marmoreus et tenimentum castri Nerulę, pensione denariorum .xii. pro quibus rebus ipse Berardus iuravit fidelitatem in hoc monasterio et prędicto abbati, et spopondit firmissime quod nec ipse nec filius eius qui castrum Nerulę retineret, acciperent alium seniorem nisi abbatem huius monasterii in perpetuum, et cum aliquo inimico huius ecclesię numquam facerent finem neque pacem sine domno abbate, et sicut alia castella, idest Fara vel Tribucum vel Buccinianum, permanerent in dominio et hominio prędicti abbatis et successorum eius atque huius monasterii. et si forte per bonam fidem et sine fraude vel malo ingenio ita non observaverint, ipse Berardus et filius eius qui castrum Nerulę retineret, componant huic monasterio et domno abbati vel eius successoribus ut sine aliqua contentione ipsum castrum Nerulę veniat in possessionem huius cęnobii et domni abbatis vel eius successorum. quod factum et diffinitum est omni congregatione consentiente (2). quidam Benedictus prior ecclesię Sancti Martini super Vallem Transaquanam suscepit a domno abbate Beraldo ecclesiam Sancti Rufini de vocabulo Ratino cum omnibus eius pertinentiis ad meliorandum, ab anno millesimo .cxiii. usque ad triginta annorum expletionem,

c. 379 B

10 15 20 25 30

2. Le parole tra parentesi quadrate mancano nel testo del Chronicon e si suppliscono togliendole dal Regesto.

(1) An. 1101; *R. F.* doc. 1312. (2) An. 1104; *R. F.* doc. 1313.

et ibi semper sit ordinatus noster quem nos prępponimus, et ad ius nostrum liberrime consistat ipsa ecclesia Sancti Rufini, et annualiter perfectorum piscium duas ‖ salmas in festivitate sancti Benedicti vel in Ascensione afferant hic nobis. post hęc vero prę-
5 positus ipsius ecclesię Sancti Martini cum omnibus fratribus suis refutavit ipsam posituram et omnem condicionem quam accepe- rant ab hoc monasterio de ipsa ecclesia Sancti Martini in manibus domni R. atque B. monachorum nostrorum (1). Petrus pręsbyter filius Enrici dedit in hoc monasterio et in ecclesia Sanctę Marię
10 de Colle Baiano petiam unam in loco vocabulo * * * (2).

c. 380 A

An. 1118 (3).
L' imperatore Enrico V conferma il monastero nel possesso dei suoi beni e dei suoi privilegi.

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Heinricus divina favente clementia quartus Romanorum imperator augustus. omnibus episcopis, abbatibus, marchionibus, ducibus, comitibus et cunctis reipublicę procuratoribus totiusque Italici regni ministris. imperatoria maiestas ad bonę fidei viris
15 veręque cultoribus religionis oportuna largiendum beneficia per omnia benivola fore debet atque largissima; denique si loca sanctorum nostro proficiunt studio, in nostris nos negotiis nunc utilius eorum auxiliis credimus foveri et in futuro tunc confidimus dignius remunerari. noverit autem omnium vestrum sagacissima sollertia, quoniam quidam Beraldus vir venerabilis magnęque
20 constantię abbas monasterii Beatę semperque virginis Marię cęnobii Farfensis una cum [eius] venerabili congregatione nostram adiit excellentiam intimans nostrę clementię multas incommoditates, invasiones et subreptiones a viris nefandis nostrique coronę imperii adversariis de bonis pręfati monasterii hactenus illatas, simulque depręcatus est, ut inspectam autenticam ipsius mo-
25 nasterii libertatem a regibus vel imperatoribus olim inibi ‖ concessam aureis sigillis bullitam, scilicet Liutprando, Ratgiso, Haistulfo et Desiderio Langobardis, nec non et Karolo ac Ludovico sive Lothario atque Ludovico altero, etiam et a nostris parentibus Chuonrado et avo nostro Heinrico et beatę memorię patre nostro Heinrico, qualiter prędictum monasterium propter divinum amo-
30 rem et reverentiam sanctę Dei genitricis semperque virginis Marię dominę nostrę sub sua semper tuitione tenuissent, nos quoque imperiali corroboratione eamdem antiquam libertatem per omnia confirmaremus et quandoque res ablatas Christo propitio restituere studeremus, quatinus, cunctis vexationibus remotis,

c. 380 B

10. *Manca il nome del vocabolo, e anche il Regesto ha una lacuna a questo punto.* 21. *Le parole fra parentesi quadrate mancano nel testo del Chronicon e si suppliscono togliendole dal Regesto.* 26. *Nel Regesto* bullatam 28-29. *Le parole* et beatę – Heinrico *mancano nel Regesto.*

(1) An. 1313; *R. F.* doc. 1314. (3) *R. F.* doc. 1318.
(2) An. 1106? 1107? *R.F.* doc. 1315.

ipsi servi Dei in divinis laudibus persistere valeant quiete et pro nobis Dei misericordiam attentius studeant postulare. igitur eorum iustis postulationibus benignissime assentientes, confirmamus iam dicto monasterio quicquid in superioribus continetur prçceptis, et quicquid futuris temporibus per instrumenta cartarum vel donationem quorumcumque hominum vindicare contigerit, prout iuste et 5 legaliter possumus. videlicet quicquid habere videtur in territorio Sabinensi, idest ecclesiam Sancti Angeli in Terentiano, ecclesiam Sancti Angeli in Tancia cum gualdo et omnibus suis pertinentiis, sicut Hildebrandus dux per suum confirmavit prçceptum. item, ecclesiam Sancti Angeli in Petroniano, Sancti Angeli in Mutilla, Sancti Angeli in Silignano, Sancti Angeli in Montiano, 10 Sancti Angeli in Viviano, Sancti Angeli in Luciano, Sancti Antimi in Acutiano, Sancti Antimi in Serviliano, Sancti Antimi in Sentiano, Sanctç Anatholiç in Busiano,|| Sancti Abundii in Botiano, Sancti Bartholomei in Foriano, Sancti Benedicti in Ortelle, Sancti Benedicti in Campo, Sancti Blasii in Fistula, Sanctç Barbarç in Ponticillo, Sancti Cipriani in Albiano, Sanctç Cçciliç in Paterno, 15 Sanctç Cçciliç in Culiano, Sanctç Cçciliç iuxta rivum Pandonis, Sanctç Cçciliç in Terentiano, Sanctç Cçciliç in Cerrito Malo, Sancti Calistrati in Cipriano, Sancti Cesigii in Cossiiano, Sanctç Columbç in Capitiniano, curtem in Picte, Sancti Donati in Ciciliano, Sancti Donati in Agello, Sanctç Eugeniç et Sancti Iuvenalis in Malliano, Sanctç Eugeniç in Bubeta, Sancti Felicis in 20 Antiano, Sancti Felicis in Silvanione, Sancti Gethulii in Fornicata, Sancti Gethulii in Lavariano, Sancti Gregorii in Acutiano, Sancti Gordiani in Apreiano, Sancti Gordiani in Longitia, Sancti Gordiani in Postmontem, Sancti Gangulfi in Cosce, Sancti Iacinthi in Gualdo, Sancti Heleutherii in Canali, Sancti Heleutherii in Catino, Sanctç Helenç in Migniano, Sanctç Iustç in 25 Cassiano, Sancti Iohannis in Criptula, Sancti Iohannis in Cornazano, Sancti Iohannis in Paterno, Sancti Iohannis in Ginestra, Sancti Laurentii in Calistiano, Sancti Laurentii in Turri, Sancti Laurentii in Ortelle, Sancti Laurentii in Bassiano, Sancti Laurentii in Tophila, Sanctç Lucinç in Luciolo, Sanctç Mariç in Terentiano, Sanctç Mariç et Sancti Silvestri in Cisiniano, 30 Sanctç Mariç in Turiano, Sanctç Mariç in Basiano, Sanctç Mariç in Vico Novo, Sanctç Mariç et Sancti Silvestri in Ciciliano, Sanctç Mariç in Saliano, Sanctç Mariç in Catilini, Sanctç Mariç in Cannito, Sancte Mariç in Plano, Sanctç Mariç in Pensile, Sancti Martini in Salliano, Sancti Martini in Valeriano, Sancti Martini in Rescaniano, Sancti Martini || in Ponticello, Sanctç Margaritç in Moiano, Sancti Marcelli in Carboniano, Sancti Nycolai in 35 Macla, Sancti Pçtri in Cassicella, Sancti Petri in Germaniciano, Sancti Petri in Oriclangi, Sancti Petri in Catino, Sancti Petri in Lucaniano, Sancti Pancratii in Corviano, Sancti Pancratii ad Gualdum prope gualdum Tanciç, Sancti Stephani in Rofiano, Sancti Stephani in Domitiano, Sancti Stephani 40

c. 381 A

c. 381 B

7. *Le parole* ecclesiam - Terentiano *mancano nel Regesto.*

in Septiniano, Sancti Silvestri in Postmontem, Sancti Silvestri in Mediana, Sancti Silvestri in Cisiniano, Sancti Silvestri et Sancti Nycolai in Cerrito Malo, Sanctę Sabinę in Catoniano, Sancti Sabini in Folliano, Sancti Sebastiani in Prętoriolo, Sancti Thomę in Quintiliano et in Pontiano, Sancti Thomę in Rocca, Sancti Thomę in Vivario, Sancti Viti super Farfam, Sancti Viti in Urbana, Sancti Viti in Palmis, Sancti Victorini in Marciano, Sancti Victorini in Bassiano, Sancti Victorini in Paterno, Sancti Valentini in Pontiano, Sancti Valentini in Prętorio, Sancti Valentini in Antiquo, Sancti Valentini in Atriano, Sancti Valentini in Massa, Sancti Valentini in Paterno, Sancti Valentini in Tulliano, Sancti Valentini in Sabinis, Sancti Victoris in Ficlinulę. in territorio Reatino, curtem Sancti Nazarii in Vallantis, Sancti Gregorii in Pitiliano, Sancti Helię in Beruniano, Sancti Iacobi, Sancti Iohannis in Asera, Sancti Iohannis in Tezano, Sancti Leopardi, Sancti Iohannis de Monte, Sancti Iohannis in Ginestra, Sancti Laurentii in flumine Mellino, Sancti Laurentii in Aufigino, Sanctę Marię in Salto, Sancti Petri in Pensile, Sancti Petri in Cervario, Sanctę Agathę ad Arces, Sanctę Agathę in Paludibus, Sanctę Anatholię, Sancti Cassiani, Sanctę Cecilię in Beruniano, Sancti Iustini, Sancti Flaviani, Sancti Georgii, Sancti Gregorii, || Sancti Valentini in Prato Reatino, Sancti Angeli in Capistrello. in territorio Interocrino, Sanctę Marię in Casalicis, Sancti Martini in Cesonis, Sanctę Marię in Forfone, Sancti Silvestri in Sumati, Sancti Petri in Falagrine, Sancti Ruphi in Noveri. in Balva, Sancti Laurentii, Sancti Iohannis, Sancti Peregrini. in Pinne, Sancti Clementis, Sanctę Lucię. in Camerino, Sancti Abundii. in Tore, Sanctę Marię in Cornito. in Perito, Sancti Silvestri. in Ophiano, Sanctę Crucis. [in Macla, Sancti Nycolai.] in Trebule, Sancti Adriani. in Repasto, Sancti Andreę. in Colomonte, Sancti Benedicti, Sanctę Marię in Lauriano, Sanctę Cecilię in Macreto, Sancti Heleutherii, Sancti Nerei, Sancti Xisti. in Sextuno, Sanctę Iustę, Sanctę Marię in Capraricis, Sanctę Marię in Turrita, Sancti Benedicti ad Tres Casas, Sancti Adriani, Sanctę Marię in Tybere, Sancti Cesarii in Poli, Sancti Laurentii in Macri, Sancti Angeli in Avenula, Sancti Chrisanti in Camarda. in Tuscana, Sanctę Marię in Minione, Sancti Mamiliani, Sancti Petri in casale Arnone, Sancti Peregrini, Sancti Salvatoris, Sancti Laurentii in Gerflumen, Sanctę Severę iuxta mare. in Viterbio, Sanctę Marię, Sancti Angeli, Sancti Alexandri, Sanctę Marię in vico Flabiano, Sancti Petri in casale Antoniano. in Cornito, Sancti Petri, Sancti Angeli in burgo Sancti Valentini, quam olim beatę memorię genitor noster H[einricus] imperator eidem monasterio restituit. in Orte, Sancti Theodori. in Narnia, Sancti Angeli, Sancti Antimi, Sancti Symeonis, Sancti Clementis, Sancti Laurentii, Sancti Angeli in Struncone, Sancti Iohan-

c. 382 A

12. *Le parole* Sancti Helię *mancano nel Regesto.* *Nel Regesto* Beromano 31. Chrisanti] *Nel Regesto* Chrisci 37. eidem monasterio] *Nel Regesto* et omne monasterium

nis in Torello, Sanctę Marię in Collebaiano, Sancti Petri in Colle, Sancti Petri in Casa Murata, Sancti Quirici et Sancti Angeli in fundo Vinioli. in Amelia, Sancti Stephani. Interamne, Sancti Salvatoris, Sancti Syri, Sanctę Agathes, Sanctę Marię in Meiana, Sancti Nycolai in Colle Stacti, ‖ Sancti Petri, Sancti Angeli in Scoplo. in Flaiano, Sancti Andręe in Bisano, Sancti Blasii, Sancti Sebastiani, Sanctę Marię in Manciano, Sanctę Lucię in monte Martiano. in Roma, cellam Sanctę Marię in cripta Agonis et ecclesiam Sancti Benedicti in loco qui dicitur Scorticlarus cum criptis et earum pertinentiis, Sanctę Marię in Formello cum omni pertinentia et tribus casalibus sive fundis quos Leo papa VIIII bonę recordationis Sanctę Marię misericorditer contulit. in Marsi, Sancti Adriani, Sancti Potiti [et] Sancti Vincentii in Cellis, Sanctę Marię et Sancti Leucii in Apinianicis, [Sancti Leucii et Sanctę Marię in Transaquas]. in Tufo, Sancti Angeli. in Tocco, Sancti Victorini. in comitatu Teatino, monasterium Sancti Stephani quod ponitur in Lucania cum pertinentiis omnibus et adiacentiis suis, et Faram filiorum Guarnerii, et podium Ortonellę, Sancti Clementis sicut Atto comes per concambium pro portione de Attissa dedit. in Samnii partibus, super Vulturnum flumen, monasterium Sancti Vincentii cum castello et omnibus [suis] pertinentiis, quod sanctissimus Thomas Farfensi monasterio a duce Gisulfo per pręceptum acquisivit. in Spoleto, Sancti Marci, Sancti Pauli in Pirello, Sancti Salvatoris in Saliano, Sancti Viti, Sancti Martini in Orzano. in Ponte, Sanctę Crucis in Aqua Sicca, Sanctę Christinę, Sancti Euticii, Sancti Viti. in Asisio, Sancti Bartholomei, Sancti Iacobi, Sancti Iohannis. in Satriano, Sancti Benedicti. in Perosia, Sancti Apollinaris, Sancti Blasii, Sancti Montani, Sanctę Marię in Oliveto, Sancti Martini, Sanctę Christinę, Sanctę Marię in Diruta. in Narnate, Sancti Angeli. in Sabello, Sancti Angeli. in Fisto, Sancti Andreę, Sanctę Marię. in Ocriclo, Sanctę Marię, Sancti Laurentii, Sancti Stephani, Sancti Silvestri. in Ofida, Sanctę Marię, Sancti Salvatoris ad flumen Lubricum, Sancti Martini, Sancti Petri, Sanctę Marię. in Pisia civitate territorii Tuscię, Sancti Petri, et alibi Sancti Thomę ‖ cum pertinentiis suis; item, terram iuxta Pisiam, unam petiam in loco ubi dicitur A la Revoluta, aliam petiam iuxta flumen Arnum quę vocatur Campus de Vinea dominica, aliam petiam ubi dicitur Plaia de Putiniano, in Gomfo terram modiorum .xxiiii. ad sextarium pisanum, quam pater noster dedit Sanctę Marię. in comitatu Senensi, curtem Leoninam. in territorio Camerino, Sancti Angeli in Lanciano, curtem de Salabona, curtem Sancti Gregorii in Travenano, Sancti Abundii, Sancti Mariani, Sanctę Marię in Manciano. in territorio Firmano, monasterium Sancti Silvestri et Sanctę Marinę cum [omni] eorum integritate, curtem Sancti Salvatoris sub muro

1. in Torello] *Nel Regesto si legge soltanto* .... llo 9-10. et tribus - sive] *Nel Regesto* sua et 27-28. *Le parole* in Ocriclo - Sanctę Marię *mancano nel Regesto.* 32. A la Revoluta] *V. a pp. 171 e 176 di questo volume.*

civitatis Firmanę, curtem Sancti Gervasii, curtem Sancti Sigismundi et terram de Paratinis, [curtem] Sancti Angeli de Villa Magna, [curtem] Sancti Desiderii, curtem de Cupresseto, Sancti Angeli in Viviano, Sancti Venantii, curtem de Columnellis, curtem Sanctę Felicitatis in Raviliano, et Solario
5 quasdam terras, [curtem] Sanctę Marię in Mociano, curtem de Caminatis ubi dicitur Murrus, curtem de Bressiano in loco qui vocatur * *, cellam filii Guazonis, [curtem] Sanctę Marię matris Domini, [curtem] Sancti Marotis, curtem de Valle, [curtem] Sanctę Marinę de Ortatiano, curtem Sancti Salvatoris in Memoriis, curtem de Blotenano, curtem Sancti Antimi,
10 curtem Montisfalconis, curtem Sanctę Marię Interamnes, curtem Sancti Sabini, curtem in Prętorio, monasterium Sanctę Marię in Insula cum curte Sancti Martini in Aquatinis, aliam curtem Sancti Martini in Monte super Asulam, curtem Rotellę, terram de Maceriatinis, [curtem] in Moliano, [ubi est] ecclesia Sanctę Victorię, [curtem Sancti] Benedicti, Sanctę Marię in Mu-
15 ris, ‖ curtem Sancti Angeli inter duas Tennas, aliam curtem Sancti Angeli in Mariano. in comitatu Esculano, curtem Sanctę Marię in Solestano, curtem Sancti Angeli in Valle Veneria. in comitatu Aprutiensi, curtem de Motiano, curtem de Sardinaria, Sancti Petri in Pedoniano. in comitatu Pinnensi, curtem Montis Pediti cum castello ibi ędificato, et aliam curtem
20 prope se, curtem Sanctę Marię in Catilini, curtem Sanctę Lucię in Ciciliano, item, res Attonis filii Arderadi cum ecclesia Domini Salvatoris, et castello Casanova sicut habentur in cartula quam ipse Beatę Marię fecit, [item,] res Grimizonis filii Ildebrandi ab eo inibi collatę cum ministerio de Spartiano et Campo Arsicio et de Valli. in comitatu Auximano, curtem de Monte
25 Pelisco cum omnibus sibi pertinentibus. in monte Granario, Sancti Petri. item, in Esculo, Sancti Iohannis in Piscariis. item, in Firmo, Sancti Salvatoris in Cantalupo, et castellum de Agnanello vel alia loca quę ibi contulit Alkerius comes. in Furcia, Sancti Salvatoris. item, in Clenti, Sancti Petri in Pompeiano. item, in comitatu Teatino, monasterium Sancti Stephani in
30 Lucania cum curtibus .XLVII. et castellum Tornaricię, et Pharam, et Lentiscum. item, fundos omnes diversorum locorum territorio Sabinensi, quemadmodum in privilegiis Adriani primi, Stephani quarti atque Pascalis primi cęterorumque pontificum releguntur, et in pręceptis imperatorum Hlotharii ac Hludovici secundi et Ottonis primi roborati sunt, in ipso venerabili monasterio
35 confirmamus perpetuo permanendos in integrum, videlicet ‖ fundum Acutianum ubi ipsum monasterium est constructum, Arcturianum, Agellum, Apicianum, Alinianum, Arrianum, Anianum, Antiquum, Albucianum, Aquinianum, Balburianum, Beptianum, Calistrianum, Cervinariam, Casalamantis, Cicilianum, Criptulę, Centum, Casulam, Cassianum, [Carium,] Canianum, Catilianum,

c. 383 B

c. 384 A

3. *Le parole* curtem – Venantii *mancano nel Regesto.* 4. *Nel Regesto* Sancti Felicis 6. *Lacuna di una parola nel testo del Chronicon e del Regesto.* 13. in] *Nel Regesto* de 34. secundi *manca nel Regesto.* 39. Casulam *manca nel Regesto.*

Carbonianum, Cesarianum, Casam Pauli, et Montem Operis in integrum, Canalis, Fornicariam cum traiecto suo seu gualdo in integrum, Fisinianum, Follianum, Forianum, Fissianum, Gignianum, Germanicianum, Iovem, Iussianum, Luccianum, Laccanianum, Lumerianum, Lauri gualdi medietatem, Larinianum, Marianum, Mutellam, Medianam, Musileum, Mallianum, Monta- 5 nianum, Morianulę, Mignianum, Montianum, Marcilianum, Montem Aureum, Olivulam, Ortisianum, Orcilianum, Ordeolum, Paternione, Patrinianum, Pompeianum, Pinianum, Perticatulę, Pacilianum, Pontianellum, Paternum, Privatim, Pulgianum, Prętorium, Pippilianum, Paccianum, Purpurarię olivetum, Scandilianum, Scaplianum, Sentianum, Textam, Turris, Turianum, Tancię gualdum, 10 Tribilianum, Urbanam, Ventilianum, Verruculę. [item,] castella territorio Sabinensi, idest castrum Farę, Arci, Campum Sancti Benedicti, Collem Nerę, Foranum, Marcilianum, Terranianum, Limisianum, podium Catini, Montem Operis, Buccinianum, Tribucum, Cavallariam, Roccam Monaciscam, Salisianum, Agellum, ‖ Postmontem, Currisem, Alatrum, Ripastum, Montalianum, 15 Ophianum, Castellum Vetus, de Vivaro et rocca Tancię et Grecię quasdam partes. item, [in] territorio Sabinensi, castrum Cufi, podium de Moiano cum toto gualdo. in territorio Tuscano, Sancta Maria in Minione cum gualdo et monte Gusberti, Ripa Albella, et marino portu, et medietate Civitatis Vetulę cum portu et omnibus pertinentiis. in comitatu Senogalliensi, curtem 20 de Luzano. in Castello Petroso, [curtem] Sanctę Antię. de Cavallo Albo partes .II. curtem de Plotenano cum castello. curtem de Cannitulo cum castello in Ripula. curtem de Cerestano cum castello. Sanctam Mariam in Casule cum castello de Area Antiqua, et castellum de Tariano, et portionem de Morta. castellum de Agnanello cum pertinentiis et molendinis. 25 Sanctam Mariam in Strata. Sanctam Mariam in Pantana. Sanctam Mariam in Clenti cum castello et ecclesiis et molendinis et aquam deducere ubi necesse fuerit. curtem Sancti Martini. et medietatem collis Bonelli. et medietatem de Mro. et quartam partem de alio. et castellum de Bubeta. et portionem de Rote et Insule de Verano. in Troliano terras et 30 vineas cum litore maris et portu. medietatem castelli de Luritu. et medietatem de castello Montis Alberti. curtem filiorum Rothlandi cum castello et ecclesiis. monasterium Sancti Benedicti de Ripa, Sancti Salvatoris in Aso cum castello Furcię, Calliano et Cimbriano. castrum Ofidę, Isclam, Beneventulum, Sanctum Valentinum, montem Auguscianum, ‖ Insulam 35 Helisei, medietatem de Porche, quintam partem de Ripe, Cosennanum, Asinnanum, montem Cosi, Spinetulum, Avilanum, Dullianum, medietatem podii Sancti Emindii, castellum de Carro, Sancti Laurentii in Polesia cum castello Rotellę, octavam Postmontis, collem Marii, Podium, Montem Prandonis, montem Cretaceum, Sculculam, medietatem de foce de Tronto, curtem de Mozano, 40

c. 384 B

c. 385 A

29. Mro] *Così nel testo.* 34. Cimbriano] *Nel Regesto* Cambiano

Sessu Pesile. in comitatu Aprutiensi, curtem de Motiano, curtem Sardinariam, Sancti Petri in Pedoniano. in comitatu Pinnensi, castella .IIII. quę comes Transmundus Beatę Marię contulit, idest Caphaium, Prętitulum, Marianum, et Atri Vetulum. in Amiterno, castrum Prętorium. in civitate
5 Reatina, monasterium Sancti Georgii, Sancti Angeli, Sancti Iacobi, et aquam de Manicone, Sancti Salvatoris de Acupicte, Sancti Petri in Pesile. in territorio Carsulano, Sancti Vincentii, et Sancti Thomę, ecclesiam Sanctę Agnę [in integrum.] insuper res et ecclesias quas prędictus Beraldus temporibus suis in ipso monasterio acquisivit, idest Interamnensi urbe, [ec-
10 clesiam] Sanctę Marię ad Columnas, et Sancti Nycolai. in comitatu Tudertino, Sancti Nycolai in silva Lanciola cum portione aliarum ecclesiarum cuiusdam comitis Albertini, et de octo castellis octavam portionem, idest de Aqua Sparta, de Turre et monte Martano, de Scoiano, de Ripa Bornia, de [castro] Casiliano, de [castro] Mezanello, de podio Sancti Martini, de podio
15 Sanctę Marię in Pantana, et de monasterio Sanctę Marię in Pantana, ‖ et Sanctę Barbarę, et Sancti Faustini, et omnibus ecclesiis in pertinentiis eorundem castellorum. de monasterio Sancti Petri in Valle duas partes, et aliarum ecclesiarum, sicut quidam Rapizo comes concessit, idest ecclesiam Sancti Yppoliti, et hospitalem iuxta mercatum in .IIII. Capellis cum omnibus
20 pertinentiis, Sancti Nycolai in Aviliano in integrum, Sanctę Marię a foris ipso castello, et medietatem Sanctę Secundinę ibidem, et heremitorium [monasterii] Sancti Petri in integrum. in urbe Ameria, Sancti Proculi in integrum. in urbe Tudertina, Sancti Hilarii partem tertiam, et alias res pertinentes suprascripto monasterio Sancti Petri, idest Sancti Petri in Lau-
25 rito, hospitale in Muliere Mala, medietatem Sanctę Victorinę in Submanu, Sancti Laurentii in Niphili, in Farneta ecclesia una, Sancta Maria in Galazano. in Melezole, ecclesia una, in Fossulę, Sanctę Crucis, in Hilice, heremitorium unum, et castella .II. in Stablamone. in urbe Narniensi, in regione Vallis, sive Mariilinata, res cuiusdam Rastelli et vineam ad Ripam Blancam, et alias
30 res cuiusdam Alberti de Baroncello, idest turrem ad Pontem Planum, et ad Illianum. medietatem Sancti Salvatoris in Marmore, sicut Heinricus filius Transarici concessit Sanctę Marię. in Misiano duas ecclesias, idest Sancti Pamphili et Sancti Angeli. in Folliano, mansos .XII. in Racaneta, Sancti Laurentii. in Bezano, Sanctę Crucis. in Troniano, Sancti Martini.
35 Arquatam. roccam de Cupulo. de castro Tresunco partem filiorum Tesei. castellum de Pantana ‖ cum villa Astorali. de Submanu quasdam partes. castrum Montis Novem. Canosam. castella filiorum Zaccionis, scilicet Castaneę montem, et Mortam, montemque Aionis. item, Paternionem, montem Patricium, montem Altum, Apontianum, monasterium Sanctę Marię in
40 Georgio, turrem Casulem. hęc autem suprascripta omnia quę ad prędictum

c. 385 B

c. 386 A

40. *Nel Regesto* supradicta

monasterium pertinere videntur, seu quę in futuro acquisiturum ab aliis hominibus iuste et legaliter acciderit, nec non etiam et ea quę iniuste ab aliquibus possidentur aut in urbe Roma vel in cęteris totius regni nostri Italici partibus, per hoc nostrum pręceptum eidem sancto loco confirmamus, et per bannum et iussionem nostram nostrorumque antecessorum regum vel imperatorum auctoritatem, una cum terris, vineis, monasteriis sibi subiectis, ecclesiis, castellis, curtibus, domibus, villis, capellis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, mercatis, cultis vel incultis, colonis, aldiis, aldiabus, manentibus omnibusque super terram ipsius monasterii residentibus, servis, ancillis, omnique familia utriusque sexus, cunctisque animalibus, atque pro Dei amore nostręque animę salute eidem monasterio ministrantibus perdonamus, ut nullus eorum aut suorum hominum deinceps freda seu tributa undecumque exigenda aut mansiones vel paratas faciendas vel fidei iussores tollendos aut homines eiusdem monasterii tam ingenuos quam servos, libellarios, ‖ clericos, cartulatos, offertos omnesque sub dicione ipsius monasterii commanentes distringendos vel ad publicas excubias compellendos aut ullas reddibitiones vel quaslibet occasiones requirendas nostri vel futuri temporis diebus ingredi audeat, aut in aliquo loco det portunaticum aut ripaticum aut glandaticum vel herbaticum vel pontonaticum tam de monachis quam de monachabus, tam de clericis quam quod de omnibus super terras eorum residentibus. si autem aliqua querimonia adversus eos insurrexerit de rebus monasterii mobilibus et immobilibus quę ibi legaliter non eis visum fuerit posse esse diffinitum, nostramque acclamaverint pręsentiam, comes noster et missi nostri discurrentes seu ministri reipublicę faciant ambas partes in nostram audientiam guadiare. precipimus quoque, ut, sicut in pręcepto Hludovici habetur imperatoris, de rebus suprascriptis vel quas in usum monachorum vel hospitum seu helimosinarum constituimus, vel in antea Deo auxiliante eidem fuerint collatę congregationi a bonis hominibus, nullam habeat licentiam aliquis abbas qui pro tempore fuerit cuiquam hominum exinde aliquid dare aut in beneficium concedere, nisi servitoribus ipsius ecclesię atque illis quę meliora et aptiora de suis rebus eidem monasterio cupiunt tribuere et de quibus nulla suspicio alienandi aliquando ab ipsa ecclesia possit eveniri. pręstarias vero et commutationes iniuste factas vel iniuste acquisitas volumus ‖ irritas esse et absque pena ligationis solutas. et quandoquidem abbas eiusdem monasterii de hac luce migraverit, ipsis inter se monachis unanimiter consentientibus, secundum Regulam sancti Benedicti, sicut eorum edocet ordo et rectum est, quem digniorem sibi invenerint licentiam habeant eligendi abbatem. electus vero prius ab ipsa congregatione, deinde imperiali patrocinio pręsentatus, gratis roboretur, et a summo pontifice [catholice] consecretur. aliter si pręsumpserit, imperiali censura condemnetur, et quicquid de bonis monasterii

c. 386 B — c. 387 A

40. *Nel testo del Chronicon* condenetur

scriptitaverit omnimodis evacuetur. sed et hoc divina optestatione sancimus et hac nostra prçceptali pagina omnino firmamus, sicut quondam Otto imperator perpetuo roboravit, ut in çternum nunquam detur idem monasterium neque per nos neque per nostros successores quocumque modo in benefi-
5 cium, sed semper permaneat reipublicç destinatum, abbati mancipatum et nulli alteri prçstitum vel subiectum, nisi imperatorio patrocinio. unde Deum omnipotentem invocantes precamur, ut si quis papa aut aliquis imperator nosterque successor unquam memoratum monasterium alicui personç subiugaverit, nobiscum in Christi adventu, dum venerit iudicare sçculum per
10 ignem, rationem inde reddat et se deliquisse pro hac causatione et in prçsenti sçculo omnipotentis Dei iudicio condemnatus recognoscat. et quod superius obliti sumus, in territorio Sabinensi castella duo, idest Catinum et Lucum, ob reverentiam beatç Mariç et dilectionem prçfati abbatis Beraldi karissimi nobis, eidem monasterio imperiali concedimus dono. si quis vero
15 huius nostri prçcepti confirmationis quandoque violator extiterit, vel quippiam ‖ eorum quç fieri prohibuimus contra prçnominatum monasterium facere temptaverit, sciat se, secundum constitutionem domini et genitoris nostri Heinrici imperatoris augusti aliorumque imperatorum qui huius monasterii prçcepta roboraverunt ac nostram prçceptionem, mille libras auri purissimi
20 esse compositurum, medietatem camerç nostrç et medietatem prçdicto monasterio ipsumque regentibus. signum domni Heinrici quarti Romanorum imperatoris augusti. Gebehardus Tridentinus episcopus et cancellarius recognovit. data .II. kalendas iunii, anno dominicç incarnationis millesimo .CXVIII., indictione .XI., regnante Heinrico quinto rege Romanorum anno .XIIII., im-
25 perante .VIII. actum est Romç. in Christo feliciter, amen (1).

c. 387 B

6. *Nel Regesto* Dominum 16. *Nel Regesto* prohibuerit

(1) Con questo documento ha termine il *Chronicon*.
Nelle due carte del codice rimaste in bianco furono scritti più tardi tre documenti che si pubblicano nell' Appendice n. II.

APPENDICE

I (1).

[Ms. Vaticano 8487.]

An. 1119.
L'abbate Beraldo III muore. Ricordo dei tesori lasciati da lui nel monastero al tempo della sua morte.

Anno igitur dominicę incarnationis millesimo .cxviiii., indictione .xii. et .xviii. kalendas ianuarii, feria quoquę .ii. ebdo-
5 madę .iii. Adventus dominici, domnus Beraldus nocte obiit famosę memorię et huius cęnobii Farfensis abbas laudabilis. hęc autem sunt ornamenta quę hac in ecclesia ipso die quo migravit certissime reliquit. in primis altare itinerarium quod regina Agnes nobis optulit valde optimum. tabulam quoque ante altare prin-
10 cipale maiorem argenteam et deauratam pensantem libras, et alteram minorem super eodem altare simili opere pensantem libras * *, quas ipse fieri fecit, et cruces argenteas .ii. maiores et .i. minorem. Missalem maiorem cum tabulis argenteis. Missalem domni Oddonis, et Textum evangelii quem prę-
15 fata regina huic monasterio dedit cum tabulis eburneis, et alium cum crucifixo argenteo, et alium prędicti Oddonis cum tabulis deargentatis, et Cottidianum evangelistarium cum tabulis

10. libras] *Così nel testo.* 12. *Lacuna di una parola nel testo.*

(1) Come già si è detto, col privilegio di Enrico V ha termine e sembra quasi interrompersi il *Chronicon Farfense.* Nelle carte del codice rimaste in bianco, furono scritti i documenti che si leggono più oltre in questa Appendice (n. ii). A dar completa per quanto è possibile la storia del monastero mi par necessario di riprodurre qui la narrazione dei fatti che occorsero dopo la morte dell'abbate Beraldo III come si legge nelle ultime pagine del *Regesto di Farfa* (V, 310-325) immediatamente dopo il ricordo dei meriti di Beraldo che nel *Chronicon* si trova prima del privilegio di Enrico a p. 257 di questo volume. Aggiungo da ultimo alcune note storiche tratte da un codice Farfense, ora Vaticano 6808, che furono già in gran parte pubblicate dal Bethmann in *Mon. Germ. hist. Script.* XI, 589.

deargentatis, et Epistolarium domni Oddonis argento ornatum, et alium quem fecit domnus Romanus bonę memorię, et Orationalem cum tabulis eburneis. item, libros .IIII. opertos pallio, videlicet Missales .II. et Textum evangeliorum atque Epistolarem. item, calices .VII., turibula argentea tria, capsulas argenteas .IIII. cum coceariis suis, amulas argenti tres, unam earum opertam auro, patenas argenti duas, gallum argenteum, scutellam argenteam, situlam argenteam aquę benedictę, argentum quod remansit a cruce, nuscam auream fęmineam, stellam argenteam et cristallinam luciferam valde bonam. item, vestes .IIII. altaris principalis; primam ei dedit domnus Heinricus imperator, secundam dedit prędicta regina, tertiam antiquam Pentecostis, quartam fecit domina Raimburga filia Longini, et mappulam super altare valde bonam quam fecit Totadomna ancilla Dei. item, vestes .IIII. altaris domini Salvatoris; primam prędicti domini H[einrici] regis, secundam prędictę reginę, tertiam pallium rotatum prędicti abbatis Beraldi, quartam pallium cum leonibus. item, planetas .XIII., pluviales .XIII., dalmaticas .II., tunicas .XX., telam pallii .I., brachia pallii .III., crumenam .I. imperialem quam ei donavit prędictus He[inricus] imperator quę fuit optima. item, frigium non modicum vestis prędicti imperatoris et aliud ex diversis vestibus. item mitram .I., virgas pastorales .II., vexilla .II., offertoria .VIII., camisiales .C., stolas .VI. cum manipulis suis textas auro, unam earum cum squillis aureis, et semicintium cum squillis aureis, et manipulum similiter, et alias stolas cum manipulo, exceptis aliis .XXIIII., dorsalia pallii .II. iuxta altare, tapetia .XV., bullam auream .I. in pręcepto quod fecit huic ecclesię prędictus H[einricus] imperator bonę memorię. omnes suprascriptas res et alia plurima ornamenta prędibatus domnus Beraldus abbas in hac reliquit ecclesia, quę nobis non reducuntur ad memoriam.

An. 1119.
Contrasti per la elezione del nuovo abbate. È eletto Guido ma non confermato dall'imperatore.

Sepulto itaque pręfato domno Beraldo abbate, ab omni conventu electi sunt .XII. fratres, videlicet pręsbiteri .IIII., diaconi .III., subdiaconi .III., acoliti .II., qui de novi abbatis persona fideliter tractarent. hi sibi invicem per librum sanctę Regulę et per fidelem spoponderunt pacem, quod de abbatis eligendi persona

fideliter omnino tractarent, et neque odii neque amoris gratia personam introducerent aliquam vel laudarent, nisi quę sibi melior et utilior ad hoc videretur, et si quando conventus eos exquireret, certiores de hoc eos facerent quod sine fraude maloque
5 ingenio hanc causam satagerent. quibus etiam conventus auctoritate omnium promisit, ut quamcumque personam ipsi confirmarent, conventus reciperet et corroboraret. indictum quoque est inter nos etiam pręcipuum consilium, ut triduo peracto, ieiunio, vigiliis ac orationibus intenti, Deo placitum nobisque utillimum
10 impetraré a Domino studeremus pastorem per dominę nostrę Marię semper virginis intercessionem. erant interea quidam nostrorum non satis providi fratres, abbatię populi fautores, qui dicebant se nollę abbatem de Ascarina gente, nec de Camponisca, vel Octavianisca consanguinitate. ad quod aliquis respondit:
15 « Si nullus his de domibus abbas eligitur, putas unde a nobis « assumitur? numquid desuper cęlo aut suptus terra reperietur?» electi vero et huius causę procuratores fratres anxiabantur valde, quia utile non inveniebatur si de pręfatis nationibus personę exciperentur. quod quidam considerans, respondit: « Si de nobi-
20 « lioribus contemnitis eligere, quendam de mediocribus sicut « Deus destinavit possumus nobis proponere, videlicet sacristam « Guidonem ». hic enim obedientiam sanctissime tenebat, eamque in quibusdam rebus quemadmodum nobis videbatur meliorare satagebat. quaproter in divina confidentes sententia quę dicit:
25 « Qui in minimo fidelis est et in maximo fidelis erit » (1), non publice sed secretius quoquo modo huic dicto quasi acquievimus, non tamen id perficere plenius deliberavimus. quod per quendam seductorem rusticanorum sentiens populus abbatię, pręcessit nos inordinate, nostramque destruens triduani ieiunii constitu-
30 tionem, quorumdam equitum nostrorum consensu, Guidonem abbatem acclamavit publice et indecenter, illum in ulnis assumens et ad ecclesiam deferre volens. hoc fratrum audiens conventus nimis condoluit, et zelo succensus valido, eundem Guidonem de illorum manibus eripuit, ipsosque rusticanos magno cum dede-

(1) Luc. XVI, 10.

core de claustro pepulit, et ut hęc populi probrosa sententia nullo modo valeret, anathematis excommunicatione interdixit; etiam ipse Guido idem anathema confirmavit. his itaque gestis, omnes pernimium mestificati valde dolebamus, quia nostrorum contra nos equitum sagacitas, et villanorum ac rusticorum indomabilis 5 ferocitas et crudelis vesania ac insipiens agilitas nostrę decus ecclesię et huius conventus honestatem festinabant omnino dissipare, et in cunctis corrumpere et destruere atque conculcare. quapropter quidam nostrorum, magnanimi constantia atque propensiori consilio, uti demum cognovimus, suggesserunt nobis, ut 10 domnus Rainaldus nostrę scolę doctrina a pueritia imbutus, quem de abbatia Sancti Andreę reverti fecerant, super nos festinanter eligeretur. et licet aliquantis gravaret hoc, fąctum tamen est altero die, pene circa hora .x., .xvii. kalendas iunii, scilicet feria .iii. quo peracto, omnis populus abbatię habita conspiratione sacra- 15 mento coniuravit, ut nunquam illum reciperent in abbatem, nec aliquem de Ascarina gente. hoc aliqui nostrorum cernentes, magisque inepti Guidonis quam huius gliscentes, consenserunt, et ut in hoc roboraretur populus, ortari clanculo studuerunt. videbantur enim eis domni Rainaldi mores et habitus duriores quos 20 olim exibuerat in huius monasterii prioratus honore, cum sub abbatis defuncti foret subiectione. interfuit vero Fredericus Warnerii marchionis filius, qui a populo rogatus et, ut fertur, munerum promissionibus stipatus, minas et suasiones nobis inferebat, ut voluntati populi consentiremus et prędictum Guidonem eligere- 25 mus. verumtamen nobis persistentibus firmiter in electione domni Rainaldi diebus quatuor, populi abbatię contempserunt omnino nostri monasterii....... dehinc deceptorias suggestiones moliebantur offerre, spondentes se totius monasterii apothecas et cellarias inęstimabilibus substantiis in futurum repleturos, ita ut non 30 per ianuas domorum sed per culmina tectorum abundantissime omnia replerentur, si pręfatum domnum Rainaldum electum denegaremus. at nos prius quidem inflexibiles fuimus, sed populis minitantibus durissime, domnus Rainaldus fugam coactus

28. *Due o tre parole non sono leggibili.*

est petere, sicque non ratione canonica victum nec legali iudicio condemnatum, sed rusticanorum tumultus perterrentes abiecerunt. quo discedente, nos populi suasionibus et minis devicti, decepti atque compulsi, tandem elegimus prędictum Guidonem, videlicet
5 feria sexta, .XIIII. kalendas ianuarii, cui populus abbatię non consuetam fidelitatem fecit, sed salva sua libertate. hoc nos omnino sprevimus et maximo labore corrigere fecimus. in qua re cum nos signare putavimus, digitum in oculos misimus. itaque futuros malos pessimosque eventus ignorantes, hanc electionem
10 direximus ad imperatorem, ut illam confirmaret. e contra deceptibilis Guido suas simulatorias seu furtivas litteras eidem imperatori mandavit clanculo, ut minime consentiret huic suę electioni, quia persona despicabilis, nobilitate ignobilis, scientia ignarus esset, et ad hoc digne officium perficiendum per omnia
15 inutilis foret et ineptus. quibus imperator visis, ut credimus, eius deceptionem Deo suggerente in eis cognovit, nam scriptum est: « Cor regis in manu Dei » (1), [consilio magnatum ad... suorum, huius] pręlationem iniunxit abbatię Berardo nepoti defuncti, qui curias eius adierat pro cuiuslibet honoris gratia. quo
20 facto et nostra defecit electio et huic cęnobio, ut in posterum dicetur, incepta est gravissima desolatio. et hoc contra sanctam Regulam nostramque consuetudinem noscitur extitisse. fatendum est autem de prędicti Guidonis pręlatione, quem populus sibi proponi gliscens petebat, ideo agebat, ut quia cum esset humilis
25 persona et parvulus scientia, non eis dominaretur uti dominus, sed ceu vicinus illorum vitiorum faveret pravitatibus, quod pro certo non multo post experimento didicimus. hinc beatissimus Benedictus refert in sancta Regula dicens: « Si omnis congre- « gatio vitiis suis consentientem personam pari consilio elegerit,
30 « domini loci prohibeant pravorum prędvalere consensum » (2). quod certe imperator fecisse creditur. fortasse in litteris ipsius eius cognovit deceptionem, qui se refutare simulabat quod avide

17-18. *Queste parole tra parentesi si leggevano ancora nel 1875 quando gli editori del Regesto le trascrissero. Ma nella rilegatura eseguita posteriormente sono state risecate.*

(1) *Prov.* XXI, 1. (2) S. BENEDICTI *Regula*, cap. 64.

cupiebat, et imperatorem decipere putabat qui honorem ab eo subripere ęstimabat. notum ergo omnibus videtur quia electio eius non fuit clericorum nec monachorum, sed potius villanorum et rusticorum. et non laicorum ad clericorum, sed magis clericorum voluntas conversa est ad laicorum, et, ut dici potest, 5 corporis cauda caput est facta, et de capite sublimi fit extremitas vilis. postquam vero prędictus Guido spretus est ab imperatore, contra eius imperium nisus est hanc abbatiam retinere, et terras huius monasterii contra legem regumque et imperatorum pręcepta, prout sibi libuit, scriptitare. nos tamen illum adhuc sincerius 10 diligebamus, nec eum pro aliquo amittere volebamus. videbatur enim ecclesiasticus in nostris officiis, et sepius pręveniebat plurimos in matutinorum vigiliis. missas quoque sollemnitatum agere non omittebat. constituit vero et confirmavit una nobiscum nostro regimini omnique conventui quoddam utillimum 15 decretum, quod eius antecessores abbates vel sacramento vel vera statuerant sponsione.

An. 1119 (1).
L' abbate Guido III giura di serbare fedelmente i beni, le consuetudini e i diritti del monastero e dei monaci Farfensi.

In nomine summę et individuę Trinitatis. ad laudem Dei omnipotentis et honorem gloriosissimę genitricis domini nostri Ihesu Christi Marię et huius eiusdem sancti cęnobii augmentum 20 et perfectam integritatem, ac secundum sanctę Regulę pręcepta beatissimi patris nostri Benedicti, ego frater Guido humilis vester electus ad huius monasterii regimen omnibus vobis vestrisque sociis et confratribus sive successoribus filiisque fidelissimis istius gloriosę Farfensis ecclesię nostręque dominę beatissimę Marię 25 coram Deo et Sanctis eius spondeo atque promitto observare ac retinere constitutionem domni Hugonis abbatis huic monasterio et omni conventui concessam, scilicet autenticam religionem Cluniacensis monasterii, in officiis ecclesiasticis et bonis moribus, et confratrum cultu vestium, sive copia victus cottidie et in sanctis 30 solemnitatibus, in quantum huius loci possibilitas et temporum vicissitudo Deo administrante exigerit. · monasterium vero istud cum suis membris, videlicet pręcipuis cellis, in anticum et bonum

(1) *R. F.* doc. 1320.

usum cum Deo inibi servientibus regulariter retinere, et prout valuero iuste vel tranquille in meliorem statum reducere. concedimus vero et confirmamus vobis campum Granicę ad Sancti Viti cum oliveto ibidem in integrum. et in Fara Vallem Lunę cum
5 Valle de Sanctis usque in Pratum et in res Hominisdei iuxta casalem de Sanctis, a pede res Rodulfi, ab alio latere via. in Currisio casalem Tacconis et casalem Puzaroli. in castro Arci casalem Iohannis de Nazano et casalem Paracaseum. in Campo Sancti B[enedicti] tornariam in integrum, videlicet casales .II. et
10 eo amplius, et medium casalem de Bonitto, et medium casalem Caput Cavalli, et unam clausuram ante portam Campi, et casalem de Sardo, et unam petiam terrę de casale Iohannis Tiniosi. in Tribuco Villam Rusticam, et casalem de Corniale cum toto prato, et collem de Martino, et terram de Columnellis. in Petra Dę-
15 monis casalem Sancti Stephani, et casalem de Maccla, et casalem Anastasię, et vineam Sancti Martini. in Scandrilia manualia quę domnus Beraldus abbas constituit. et in omnibus castellis nostris istius patrię ubicumque congrue et tranquille manualia facere poterimus, et boum paria eis sufficientia, villanos quoque et
20 angarales nostros constituimus in nostris manualiis operas et huic conventui xenia, temporibus statutis et oportunis, exercere. item, gualdum de Salisano et huius monasterii circuitus. item, omnes vicecomites, monachos et laicos per castella ordinatos, et suprascriptas res ad regimen huius conventus monasterii constituimus
25 perpetuo, et concedimus ut in manibus et ordinatione sint prępositi vel pręlatorum istius sacri cęnobii. item, molendinos omnes totius alvei Farfę et Currisii quos modo manuales habemus, et in antea Deo auxiliante reacquirere valuerimus, et alios cuiquam ędificare non permittimus. item, mortuorum oblationes
30 omnes, pręter dextrarios et arma, et regulare regimen meorum vestimentorum quod habeam bis in anno. item, redditus piscium piscatorum Ripasti, et piscatorum monasterii Marmoris. item, in Campo Sancti B[enedicti] locum ad ortum sufficientem faciendum pro infirmis, et ad eorum curam concedimus xenia de

30. *Nel testo* regularem

ipso castro omnia, ubi etiam domum congruam et apta loca habeant ad aves vel gallinas et utilia animalia saginanda. quę omnia angarales nostri eiusdem loci procurare studeant. item, decimationes omnes quę nobis competunt, et portuum redditus et mercatorum teloneum. item, castrum Ripasti et monasterium 5 in Marmore ad fratrum per ebdomadas et pro qualitate refectionem. item, prandia omnia antiquitus constituta, et in sanctorum solemnitatibus facienda. item, prępositus Sancti Angeli in Tancia annualiter in Cęna Domini solidos .xv. papiensium denariorum in manus prioris ob mandatum pauperum secundum antiquum 10 morem absque occasione tribuat, et in sancti Gethulii festivitate ceram et cereos ex consuetudine communi camerę huius conventus annue conferat. ex quibus cereis medietas detur inter cameram domnicam et caminatam. ceram autem communis camera cum domnica dividat. de camera vero communi 15 bis in anno habeam vestimenta regularia, idest scapulare, cucullam, pelliculas agninas, vestitum, interulas laneas, femoralia atque caligas et calciamenta. item, pręsbiteri, archipręsbiteri sive clerici totius abbatię huius provincię a priore cum fratrum utilium consilio corrigantur et iudicentur. de obligationibus mortuorum 20 et festivitatum, et de decimis sive officiis ecclesiasticis. et si oportuerit, habeat in his suffragium prępositi. de criminalibus vero et incestuosis culpis, si forte commiserint, iudicentur a pręposito prioris consilio. item, sutores pellium et omnium pannorum, et communes artifices lignorum, et cocos ac pistores, nec non 25 asinarios et communes familiares, quę omnia huius monasterii conventui perpetuo concedimus, et constituimus ut in manibus et ordinatione sint fideles prioris istius cęnobii. item, in domo hospitum huius monasterii confirmamus ipsum casalem iuxta eundem hospitalem, et unum aquimolum in Granica cum ipso 30 pastino, et vineam Benedicti Ingeradę, et ecclesiam Sancti Nycolai in Marzulano cum casalibus .vi. unde ipsi hospites decimas habeant. et de ipsis terris quando poterimus recolligemus et huic decreto adiungere studebimus. item, in sacristia ordinamus ut annualiter sacristanus noster de musto huius gualdi propter 35 sacrificium recondat unam vegetem quę ad hoc sufficiat. item,

fideliter promitto quod castrum Farę, et Tribucum, sive Buccinianum, et Montem Opuli, et Salisanum, et Roccam Monasticam, et castrum Arci, atque Scandriliam, vel Petram Dęmonis nunquam alicui tribuam neque per scriptum neque in beneficium
5 neque per concambium, neque quolibet modo ab huius monasterii proprietate suptraham. castella quoque reliqua huius ecclesię non eminenti personę nec tali modo dabo, ut ab hoc monasterio occasio alienandi aliquando videatur inde nasci. itaque has suprascriptas res vobis pręsentibus ac futuris huius sacri cęnobii reli-
10 giosis fratribus ad vestrum honestum et consuetum bonumque et regulare regimen concedo et confirmo. omnesque pręcipuas cellas atque monasteria huic monasterio pertinentia cum rebus earum et proprietatibus quę modo retinent vel deinceps recuperare aut reacquirere potuerint, in autenticum et bonum usum cum Deo
15 inibi servientibus regulariter meliorare et retinere promitto, prout valuero. ita sane, ut nunquam ego aut aliquis huius monasterii pręlatus vel successor noster abbas de omnibus suprascriptis rebus aliquid venumdare vel in pignus dare vel per scriptum vel per beneficium aut quacumque datione, nec in aliquo minuere sive in-
20 fringere aut destruere pręsumamus hanc constitutionem et illam quam domnus Hugo abbas huic conventui sub anathemate constituit. si vero forte in aliquo illam meliorare aut aliquid utilius augere voluerimus, communi consilio et regulariter faciamus. et si aliquid michi oportuerit pro causa maioris utilitatis vel com-
25 munis, sic michi concedatur consilio priorum et fratrum .xii. pręcipuorum, ut conventus de hoc non indigeat ultra modum. quicumque autem aliter pręsumpserit, vel si ego pręfatus Guido electus vester, aut aliquis abbas successor noster, sive pręlatus huius monasterii, hoc decretum corrumpere vel peiorare vel con-
30 trarium consilium dare aut dissipare vel delere, sive immissiones et perturbationes quascumque facere pręsumpserimus, et emendare ad laudem fratrum .xii. pręcipuorum contempserimus, omnium vestrum amorem et orationis vestrę iuvamentum perdamus, et sanctam communionem aut pęnitentiam remissionis nullo modo
35 recipere valeamus, insuper sepultura asini post mortem nostram sepeliamur, et in sterquilinium proiiciamur, et non sit stabile quod

factum fuerit exinde. qui vero hoc decretum observaverit fideliter, ęterna in futuro sęculo fruatur beatitudine. amen.

An. 1120 (1).
L'abbate Guido rende alcuni beni alla chiesa di San Martino in monte Mutilla.

In nomine Domini. ego Guido * * * Farfensis cęnobii humilis abbas, consilio et permissione totius nostri conventus, reddo et restituo in ecclesia Beati Martini iuxta verticem huius 5 montis Mutillę sita, pro regimine sive expensa panis et vini confratris nostri Gregorii ibidem permanentis, scilicet ipsas res quę quondam fuerunt eiusdem ecclesię proprietatis in pertinentia Farę vocabulo Grilli. in primis vinea Alberici Grilli, a cuius capite via publica, a pede res Berardi Leonis, ab uno latere Gregorii de 10 Iohanne Angeli, ab alio Iohannis de Angelo. item, res cuiusdam Adę et Dominici Grilli modiorum duorum: ab uno latere Petri comitis, ab alio filiorum Azonis de Martino, àb alio Ardemanni, ab alio Natalis usque in rivum et res Mannari. item, vallem sive clausuram de Ferro: a capite via et res Iohannis de Angelo, 15 et Benedictus de Iahulo usque ad caput pastini Rodulfi de Meta et Rodulfi de Tofia, a pede ripę et res Bonini de Tinto, et Tedemarus, et usque ad Aram, et res Petri de Iohanne Dodę, et usque in viam prędictam. concedimus etiam et confirmamus duos homines angarales nostros, idest Benedictum de Iahulo, et 20 Guidonem de Azo, qui ipsam terram laborant, cum omni redditu sive servitio nobis pertinente. item, confirmamus ibi duos alios angarales, quos iam ibi concessit antecessor noster bonę memorię domnus Beraldus abbas, idest Giraldum et Nectonem, similiter cum omni redditu vel servitio. ita sane ut neque nos neque 25 aliquis successor noster vel pręlatus de ipsa ecclesia Beati Martini auferre aut de ipsis rebus minuere aliquo modo pręsumamus, nec ipsos homines alicui equiti sive alteri personę ad serviendum tribuamus, nisi tantum pręfatę ecclesię et ibidem manentibus modo et in perpetuum. quod, iubente suprascripto domno Guidone 30 abbate, ego Mainardus diaconus et monachus scripsi, anno Domini millesimo .cxx., mense aprili, die .xxx., indictione .xiii. † ego Guido humilis abbas manu mea subscripsi in hac concessione.

3. *Lacuna di due parole nel testo.* 13. *Nel testo* aliorum filiorum

(1) *R. F.* doc. 1321.

† ego Iohannes prępositus manu mea subscripsi. † Atto prior. † Beraldus prępositus. † Berardus pręsbiter et monachus. † Tebaldus diaconus consensi et manu mea. † Berardus de Rainuccio. † Oderisius frater eius. † Benedictus de Nevulo, testes.

An. 1120 (1). **I signori dei castelli «Collis Nerę» e Forano cedono alcuni beni e fanno atto di fedeltà al monastero.**

In nomine domini nostri Ihesu Christi. nos omnes domini de castro Collis Nerę et Forani, qui olim fecimus cartam proprietatis de ipsis castellis in monasterio Sanctę Marię, restituimus et reddimus in suprascripto monasterio Sanctę Marię de Farfa et tibi, domne Guido vir venerabilis abba, ecclesiam Sancti Petri in Bezano cum omnibus rebus suis quas habebat quando nos exinde fecimus cartulam proprietatis in ipso monasterio, et quas deinceps iuste acquisivit et a modo acquiret usque in perpetuum, ubicumque ei pertinent. similiter omnes res quę fuerunt domni Alberti filii Cencii. et alias res quę fuerunt Benedicti pręsbiteri de Crescio Sichardi. de quibus rebus convenimus, ut sint in monasterio Sanctę Marię ad suam proprietatem, et non dentur ulli homini neque per fegum neque per scriptum. quod si per planum dictum potuerimus ostendere de ipsis rebus nostram rationem, domnus abbas concedat nobis quantum iuste pertinet nobis. si vero placuerit domno abbati ut nobis ipsas res concedat, faciat ad placitum prętium sicut duo vel tres fideles homines ęqualiter apprętiaverint. et nos promittimus dare in monasterio Sanctę Marię ipsam datam quę datur per comitatum alium si domnus abbas potuerit defendere eam sibi a ministris palatii. si vero non potuerit defendere, nos demus eam, ut non veniamus in damnum terrę nostrę. et facimus fidelitatem in monasterium Sanctę Marię et tibi, domne Guido abba, ut simus sicut alii equites abbatię. et si istam convenientiam corrumpere temptaverimus et per dies .LX. inquisiti non emendaverimus, componamus in ipso monasterio pęnam argenti libras .XX. et hęc convenientia semper rata permaneat. quam Gregorius pręsbiter et monachus scripsit anno Domini millesimo .CXX., indictione .XIII., kalendis iunii. Iohannes Lupus ibi fui. Berardus de Pincio

(1) *R. F.* doc. 1322.

factum fuerit exinde. qui vero hoc decretum observaverit fideliter, ęterna in futuro sęculo fruatur beatitudine. amen.

An. 1120 (1). **L'abbate Guido rende alcuni beni alla chiesa di San Martino in monte Mutilla.**

In nomine Domini. ego Guido * * * Farfensis cęnobii humilis abbas, consilio et permissione totius nostri conventus, reddo et restituo in ecclesia Beati Martini iuxta verticem huius 5 montis Mutillę sita, pro regimine sive expensa panis et vini confratris nostri Gregorii ibidem permanentis, scilicet ipsas res quę quondam fuerunt eiusdem ecclesię proprietatis in pertinentia Farę vocabulo Grilli. in primis vinea Alberici Grilli, a cuius capite via publica, a pede res Berardi Leonis, ab uno latere Gregorii de 10 Iohanne Angeli, ab alio Iohannis de Angelo. item, res cuiusdam Adę et Dominici Grilli modiorum duorum: ab uno latere Petri comitis, ab alio filiorum Azonis de Martino, ab alio Ardemanni, ab alio Natalis usque in rivum et res Mannari. item, vallem sive clausuram de Ferro: a capite via et res Iohannis de Angelo, 15 et Benedictus de Iahulo usque ad caput pastini Rodulfi de Meta et Rodulfi de Tofia, a pede ripę et res Bonini de Tinto, et Tedemarus, et usque ad Aram, et res Petri de Iohanne Dodę, et usque in viam prędictam. concedimus etiam et confirmamus duos homines angarales nostros, idest Benedictum de Iahulo, et 20 Guidonem de Azo, qui ipsam terram laborant, cum omni redditu sive servitio nobis pertinente. item, confirmamus ibi duos alios angarales, quos iam ibi concessit antecessor noster bonę memorię domnus Beraldus abbas, idest Giraldum et Nectonem, similiter cum omni redditu vel servitio. ita sane ut neque nos neque 25 aliquis successor noster vel pręlatus de ipsa ecclesia Beati Martini auferre aut de ipsis rebus minuere aliquo modo pręsumamus, nec ipsos homines alicui equiti sive alteri personę ad serviendum tribuamus, nisi tantum pręfatę ecclesię et ibidem manentibus modo et in perpetuum. quod, iubente suprascripto domno Guidone 30 abbate, ego Mainardus diaconus et monachus scripsi, anno Domini millesimo .cxx., mense aprili, die .xxx., indictione .xiii. † ego Guido humilis abbas manu mea subscripsi in hac concessione.

3. *Lacuna di due parole nel testo.* 13. *Nel testo* aliorum filiorum

(1) *R. F.* doc. 1321.

† ego Iohannes prępositus manu mea subscripsi. † Atto prior. † Beraldus prępositus. † Berardus prębiter et monachus. † Tebaldus diaconus consensi et manu mea. † Berardus de Rainuccio. † Oderisius frater eius. † Benedictus de Nevulo, 5 testes.

An. 1120 (1). I signori dei castelli «Collis Nerę» e Forano cedono alcuni beni e fanno atto di fedeltà al monastero.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. nos omnes domini de castro Collis Nerę et Forani, qui olim fecimus cartam proprietatis de ipsis castellis in monasterio Sanctę Marię, restituimus et reddimus in suprascripto monasterio Sanctę Marię de Farfa et 10 tibi, domne Guido vir venerabilis abba, ecclesiam Sancti Petri in Bezano cum omnibus rebus suis quas habebat quando nos exinde fecimus cartulam proprietatis in ipso monasterio, et quas deinceps iuste acquisivit et a modo acquiret usque in perpetuum, ubicumque ei pertinent. similiter omnes res quę fuerunt domni Alberti 15 filii Cencii. et alias res quę fuerunt Benedicti prębiteri de Crescio Sichardi. de quibus rebus convenimus, ut sint in monasterio Sanctę Marię ad suam proprietatem, et non dentur ulli homini neque per fegum neque per scriptum. quod si per planum dictum potuerimus ostendere de ipsis rebus nostram ratio- 20 nem, domnus abbas concedat nobis quantum iuste pertinet nobis. si vero placuerit domno abbati ut nobis ipsas res concedat, faciat ad placitum prętium sicut duo vel tres fideles homines ęqualiter apprętiaverint. et nos promittimus dare in monasterio Sanctę Marię ipsam datam quę datur per comitatum alium si domnus 25 abbas potuerit defendere eam sibi a ministris palatii. si vero non potuerit defendere, nos demus eam, ut non veniamus in damnum terrę nostrę. et facimus fidelitatem in monasterium Sanctę Marię et tibi, domne Guido abba, ut simus sicut alii equites abbatię. et si istam convenientiam corrumpere temptaveri- 30 mus et per dies .LX. inquisiti non emendaverimus, componamus in ipso monasterio pęnam argenti libras .XX. et hęc convenientia semper rata permaneat. quam Gregorius prębiter et monachus scripsit anno Domini millesimo .CXX., indictione .XIII., kalendis iunii. Iohannes Lupus ibi fui. Berardus de Pincio

(1) *R. F.* doc. 1322.

ibi fui. Cencius de Berardo Oddonis, Petrus Litardi, Berlengarius de Castellione ibi fuimus et testes sumus.

An. 1120 (1).
L'abbate Guido restituisce ai signori dei castelli « Collis Nerę » e Forano un breve già concesso da loro all'abbate Beraldo III.

In nomine Domini. ego Guido humilis abbas Farfensis monasterii, una cum nostra congregatione, promittimus vobis dominis de castro Collis Nerę et Forani, qui fecistis cartam proprietatis de ipsis castellis in nostro monasterio, ut neque nos neque aliquis successor noster tollamus vobis ipsa castella neque mittamus in eis aliquem ministerialem super vos neque castaldum sine vestro consilio, et adiuvabimus vos et defendemus sicut alios nostros equites et castella nostra. et reddimus vobis brevem ipsum quem fecistis inviti ad domnum abbatem Beraldum, ut nunquam per ipsum vel per alium brevem contra vos factum lesionem aliquam vel calumniam habeatis de ipsis rebus neque vos neque hęredes vestri usque in finem scripti vestri. quod si ego aut aliquis noster successor istam convenientiam corrumperimus et inquisiti per dies .LX. non emendaverimus, componamus vobis vel vestris hęredibus penam argenti libras .XX. et hęc convenientia semper rata maneat. quam Gregorius prębiter et monachus scripsit anno Domini millesimo .CXX., indictione .XIII., kalendis iunii. Iohannes Lupus, Berardus de Pincio, Cencius de Berardo Oddonis, Petrus Litardi, et Berlengarius de Castellione ibi fuerunt et testes sunt.

An. 1119-1125 (2).
Privilegi concessi alle terre di Pietra Demone, Scandriglia, Fara, Rocca, Salisano, Bucciniano, Montopoli, Tribuco ed Arci, rimaste fedeli nelle dissensioni del monastero per la elezione dell'abbate.

In nomine Dei omnipotentis. nos omnes fratres congregationis Beatę Dei genitricis semper virginis Marię dominę nostrę, cunctis amicis et fidelibus huius sanctę Farfensis ecclesię, et pręçipue cuncto populo totius abbatię, scilicet clericis et laicis, maioribus atque minoribus, perpetuam in Christo salutem. notum

(1) *R. F.* doc. 1323. Le concessioni all'abbate Beraldo III di cui è menzione in questo documento sono ricordate alle pp. 229 e 261 di questo volume e sono registrate nei documenti 1160 e 1161 del *Regesto*.

(2) Anni del governo abbaziale di Guido III menzionato nel documento. Forse la data del documento si potrebbe restringere tra l'anno 1121 e il 1125, e probabilmente deve porsi intorno al 1121. Le terre in esso menzionate sono quelle rimaste fedeli a Guido III nei torbidi avvenimenti narrati più oltre alle pp. 304 sgg., e verso il tempo dell'andata di Calisto II a Farfa che ebbe luogo il 24 giugno 1121. *R. F.* doc. 1324.

esse credimus vestrę dilectioni, quoniam populus noster de castello huius ecclesię quod dicitur Petra Dęmonis, in dissensione nostra et huius monasterii defectione, quę nostris peccatis exigentibus nobis acciderunt pro abbatum electionibus, ipsi omnes fideliter et viriliter permanserunt in Sanctę Marię nostrique conventus fidelitate. quapropter nos unanimiter et devotissime eos semper volumus in nostra societate et oratione sive amore perpetuo renovare et meliorare, et totam pertinentiam eiusdem castri in nostro manuali opere in ęternum constituere, ita ut nullo modo aliquid de ipsa pertinentia unquam minuatur, neque in beneficium neque per scriptum nec quolibet modo alicui homini tribuatur, sed sicut Todinus comes bonę memorię filius Berardi investivit et tradidit partem suam domno Berardo abbati et huic monasterio ad regimen totius conventus, et frater eius Herbeus aliam partem concambiavit cum eodem abbate, et ipse abbas constituit cum omni congregatione ut permaneret in sempiternum ad totius conventus utilitatem, et per pęnam excommunicationis confirmavit ut nullus mortalis hoc constitutum pręsumat infringere, et postea alius abbas Berardus Florentinus reconfirmavit omnia, et abbas Beraldus Ascari filius, et iste pręsens abbas domnus Guido similiter reconfirmans omnia nos investivit, sic nos omnes per eius licentiam, ut diximus, confirmamus et sub perpetua excommunicatione stabiliter ordinamus, ut nullus pręlatus aut ordinatus huius monasterii nec quisquam homo audeat ipsam pertinentiam prędicti castelli Petrę Dęmonis quolibet modo minuere, aut indicium vel consilium dare, aut immissionem aut invasionem aliquam facere. et quicumque homo pręsumpserit hoc, in iram Dei omnipotentis sciat se incurrere, et perpetuam damnationem sibi acquirere, et a beata Maria domina nostra et omnibus sanctis ęternam maledictionem accipere, nisi forte per planum et utillimum consilium in aliquo meliorari fideliter videatur. qui vero observator et defensor huius fuerit constitutionis, Deum omnipotentem et eius sanctissimam Genitricem omnesque sanctos pro eo supplicamus, ut de omni sua pęnitentia anni septem sibi in Dei nomine misericorditer indulgeantur. amen. si quis vero temere vel quolibet ingenio Petram Dęmonis, Scandriliam, Faram, Roccam, Salisanum, Buc-

cinianum, Montem Operis, Tribucum cum rocca, et castrum Arci alienare voluerit a conventu Farfensi, per scriptum seu concambium, et qui facit vel qui consentit vel meditatur, et qui accipit, sciat se consensu omnis Farfensis conventus maledictum, excommunicatum, anathematizatum et irrecuperabiliter damnatum hic et in futuro sęculo, auctoritate dominę nostrę Marię et omnium sanctorum, usque ad emendationem congruam et satisfactionem, et sit ei quod acceperit inane et vacuum, et portio eius cum Iuda traditore, Pilato, Anna et Caifa, et cum ęternis suppliciis damnetur in sęcula sęculorum. nulla pęnitentia, nulla oratio vel helimosina, quamdiu de castellis prędictis retinuerit, ei ad salutem proficiat, sed ad ęternam damnationem et incendium perpetuum facientes, recipientes et consentientes anathemate maranatha in perpetuum religentur ad nomen Domini. fiat. fiat.

An. 1119-1125.
Narrazione delle dissensioni del monastero Farfense per le elezioni degli abbati, e del suo scadimento sotto il malgoverno di Guido III.

Interea venerunt legati imperatoris litteras ipsius ostendentes, quibus iubebat nobis ut Berardum Ascarellum in abbatem reciperemus. quod nos tunc omnino sprevimus, eundem Guidonem sperantes in futurum habere nobis utiliorem. et non multo post idem Guido cępit de nobis titubare et contra nos suspicionem habere. verum nos oppido dolentes affligebamur, quoniam spe quam estimavimus de illo frustrabamur. et quidem nos illum sinceriter diligebamus, et ut dominus liberrimus per omnia esset hortabamur; ipse vero nos in profundum demergere et ad nichilum redigere, viliusque venundare vel commutare moliens conabatur. ab omni autem populo omnino despicabilis habebatur, nosque illum uti pręclarissimum dominum verebamur. ipse vero laicorum adulationibus uti mallens quam nostrum habere sincerissimum amorem, nosque per omnia floccipendens, cępit contra nos inconditos ostendere mores, et in tantum tirannidem execrabiliter exercere, ut quosdam iuvenes in ipsum verbo solummodo delinquentes levi, propriis manibus verberaret, et sublata ab eis monachili veste positos in $t^{i}u$... [d]e huius ecclesię hęreditate expellens abiceret. interea auditum est a nobis quod Berardus

32. $t^{i}u$...] *Così nel testo;* trivium ?

Ascarellus ad hanc abbatiam invadendam de Marchia venire disponeret. quapropter in die memoriali, idest lętanię maioris, simul convenientes consilium habuimus, ut illum super nos nequaquam reciperemus, quia ad imperatorem nobis nescientibus
5 ierat, et ab eo contra nostram electionem investituram huius prę-lationis acceperat. unde terribilem anathematis excommunicationem publice de eo fecimus, et concorditer in hoc nos permanere per fustem sanctę crucis spopondimus. sed neque sic eundem Guidonem nobis placare, nec securum reddere quivimus. magis
10 videns nos Berardi Ascarelli tam firmissimo nisu declinasse prę-lationem, securus iam de eo, vilissimos nos in omnibus, et extremis servis deteriores habere deinceps cogitabat.

Cernens autem prędictus Berardus Ascarellus se a nobis esse contemptum, Guarnerium marchionem cum omnibus comitibus
15 et capitaniis ademit magnis pecuniis, tribuens eis in pignus huius monasterii immobiles possessiones. solus comes R. noluit ab eo aliquam recipere dationem, quia videbatur sibi contra imperialem, quam fecerat, agi fidelitatem. venit ergo prędictus Berardus armata manu et plurimis stipatus militibus ad hoc mona-
20 sterium. nos vero videntes in nullo posse sperare in Guidonis pręlatione, cui tantam, ut prędiximus, subiectionem exhibuimus ut amplius addere nequiremus, et ipse contra nos semper agere satagebat deterius, pęniteri coacti sumus quod voluntati nostrorum populorum condescendimus; et accepto, quod nobis et comitibus
25 atque capitaniis utilius videbatur consilium, ut iussui obsecundantes imperiali eundem Berardum super nos reciperemus, hoc enim rectius decernentes, nobis amplius laudaverunt. videbant enim totam distrahi omnimodis abbatiam, et prędictum Guidonem deficere sensu atque congrua pręlatione. abundabat enim omni
30 mendacio et falsissimus noscebatur in omni locutione. itaque pręfatum Berardum inter nos venientem et seipsum accusantem fratres susceperunt, et de excommunicatione illum extrahentes, ut moris est in abbatem elegerunt. factumque est anno Domini millesimo .CXXI., videlicet .II. nonas maias, feria quoque .VI. cui
35 etiam castella et possessiones huius monasterii et quotquot de nostro populo valuimus, subiecimus. videlicet castrum Caval-

lerię, Agellum, Roccam, Salisanum, podium Catini, et castella sive terras comitales, idest Caput Farfę, Cerretum Malum, Scandriliam, Ofianum, Montalianum, Repastum. erat autem tunc in montanis locis noster primo electus domnus Rainaldus, quo secesserat de hac abbatia a populo nostro inique expulsus, qui a quibusdam 5 consanguineis suis pecunia pręmiatis suasus, et callide ac fraudulenter deceptus, venit ut cum eodem Berardo loqueretur. ubi quidam interfuerunt qui eidem domno Rainaldo ex parte prędicti Berardi sub iureiurando firmaverunt, ut haberet omni tempore vitę suę quasdam res quę ad eius regimen honeste forent suffi- 10 cientes, idest monasterium Sancti Iohannis de Monte et quędam alia sibi utilia. post hoc subito, ignorante ac nolente domno Rainaldo, fecerunt per quendam, sub persona eiusdem Rainaldi, aliud sacramentum contra prędictum Berardum quomodo ipsi callide finxerunt. sicque domnus Rainaldus venit ad hoc mona- 15 sterium, ubi eum quidam fratres in conventu rogaverunt, ut cum eodem Berardo concordiam haberet, et ad eorum condescenderet voluntatem. quibus ipse coram omnibus respondit: « Vos abba- « tiam michi dedistis et postea inique ablata est a me et sine ca- « nonico vel legali iudicio, sive etiam gratis; nunc autem nil habeo 20 « nilque dare possum nec debeo. verumtamen pro vestro al- « loquio, dilectissimi, hoc inquio, ut isto vivente et abbatiam te- « nente, interim quiescam, et neque litem neque guerram ei faciam, « si ipse omni tempore observaverit quod michi sacramento firmavit. « quod si iste quoquo modo abbas esse desierit, denuntio et 25 « notum facio, quia propter hoc vestrę nunc caritati cedo, meam « iustitiam vel rationem rectam nunquam exinde amittere volo « nec in aliquo malignari patiar ».

Cernens autem prędictus Guido his se tunc resistere publice nullatenus posse, pręsidium sibi quęsivit Fare castri nostri, et ad 30 eius fidelitatem remanserunt castella hęc: Buccinianum, Tribucum, Arces, Mons Opuli, Petra Dęmonis. contra nos vero maximę amaritudinis felle Guido commotus, cum aliter nos dispergere minime se vere posset vel speraret, a quibusdam nostrorum et

34. vere] *Nel testo* quere, *e il Bethmann lesse* quivere, *ma sopra la lettera* q *è un leggiero segno d' espunzione, e mi par sicuro leggere* vere

prȩcipuis equitibus consiliatur, ut papȩ Callixti adhuc adversarii imperatoris suffragium acquireret, et hanc abbatiam de imperiali patrocinio suptraheret, et si nos illi in hoc non faveremus, in Cavȩ exilium omnes transmitteret, parvipendens sacramentum 5 fidelitatis a se factum in primordio suȩ execrabilis electionis. quo nos cognito, cum maxima et maior pars congregationis nollet a patrocinio imperiali discedere, nec alterius electionem vellet facere, aut in papati curia transire, quia omnes prȩdecessores nostri hoc omnino fugientes cavere sagaciter, sed et Nicolaus 10 papa II apostolica auctoritate sub anathematis pavendi interdictione decrevit, ut nemo hanc ecclesiam suaque bona omnia curiȩ Romanȩ vel papati subiugare audeat; nos ergo hoc omnimodis fugientes, cuncti pene a monasterio discessimus, et sub Berardi prȩdicti cura regiminis, per diversa abbatiȩ loca vel nostras ec- 15 clesias, maxime apud Sanctum Laurentium in Picte, aut quocumque licebat, degere cȩpimus, ac nobiscum quȩdam ornamenta ecclesiastica et libros nostroque regimini utillima detulimus. in qua dispersione, quocumque manebamus, quot calamitates vel quot penurias aut vilitates sustinuimus, omnino narrare non possumus. 20 nam qui nos regere videbantur, omnimodo despiciebant et in plurimis dehonestabant. defecimus quippe in vestium pene cultu et insolito cibi victu. in qua graviori penuria illustrissimi comitis R. Senebaldi et eius fratris G. (1) nobis amplior affuit benignitas, impertiendo nostrȩ necessitati alimonia plurima. nonnulli etiam 25 de notis vel ignotis et vicinis vel circum manentibus in multis nos deridebant, et cibos delicatos ac pigmentorum potus in prȩcipuis sumptos solemniis ad memoriam subsannando nobis deducebant, factique sumus in opprobrium vel derisum atque contemptum cunctis vicinis et propriis et alienis; iccirco omnium 30 facies verebamur, et si quibus nos excusare volebamus, nullo modo nos credebant. nudis quoque incedebamus pedibus et dehonestati eramus vestimentis nobis deficientibus. in hoc permaxime ab honestis culpabamur viris, cur de monasterio voluntas disce-

8, 12. papati] *Così nel testo.*

(1) « Gentilis » ? Vedasi a p. 230 di questo volume.

dendi prefuit in nobis. in quibus penuriis etiam ipse Berardus, pro cuius causa a monasterio discessimus, nullum nobis regimen faciebat nec aliquam benignitatem exhibebat, sed omnes parvipendens postponebat et delirabat. de terris vero quas nobis sibi dantibus ipse retinebat, consuetum nobis obsequium aut aliquod 5 adminiculum nequaquam administrare faciebat.

Hęc omnia a prędictis invasoribus infamibusque et nefandissimis non dicam dominis sed tyrannis crudelissimis patiebamur, sicut supra breviter retulimus, multa prętermittentes, quę si aliquando cuiquam intimare volebamus, incredibilia videbantur. pręterea 10 nonnulli de equitibus nostris cupiebant assumere in abbatem domnum Adenolfum comitis R. filium, pro eo quod altę videretur excellentię, ut per eum semper in magno forent certamine et nunquam pugnare quiescerent, et ut pro hoc ipsi apud eum prę omnibus cariores existerent. nam quotiens defunctus abbas 15 Beraldus quietem habebat et pacem, nimis dolebant, et se illi opus non habere sine pugnę aggressione asserebant. hinc vero divina dicit Scriptura: « Semper iurgia querit malus, ideoque « angelus crudelis mittetur contra eum » (1). quidam vero nostrorum cognoscentes equitum voluntatem de domni Adenolfi 20 abbatis assumptione, non modice dubitabant, quia pater eius et avus, etiam abavus, cum huius ecclesię prelatis plurimas habuerunt discordias, et de multis rebus quas hęc acquisivit ecclesia, multotiens contrarii extiterant. ad quod graviores seniores rationabiliter respondebant dicentes: « Quia congruentius agemus, si 25 « sacrę Scripturę dicenti credamus: " Filius non portabit iniqui- « tatem patris, et pater non portabit iniquitatem filii " (2). denique « si illius parentes huic ingrati extiterunt ecclesię, potens est Deus « secundum velle suum per hunc virum nobis utiliora commoda « perficere, quemadmodum legitur de Moyse qui prius a populo 30 « Israel spretus est, postmodum Deo iubente salvavit populum « eundem ab Egyptiaca servitute ». hęc nonnulli audientes aliquantulum acquiescebant, et licet formidarent, eiusdem pręclari abbatis prelationem non nimis respuebant. constituto vero die

(1) *Prov.* XVII, 11. (2) Ezech. XVIII, 20.

quo ipse Guido de eodem domno Adenulfo quod statuerat perficeret, Calixtum papam ad hoc monasterium in nativitate sancti Iohannis venire cum magno militum exercitu fecit; sed quod putaverat perficere nequivit, quia comes R. eundem filium suum, idest domnum Adenulfum abbatem, in captionem misit, et ne id expleretur prudentissime egit, videlicet ne in ruinam domus suę iramque imperatoriam incurreret, eiusque quam olim fidelitatem fecerat offenderet. cum vero huc papa venisset, et omnem congregationem cerneret discessisse, mox rediit post sacrę decantationem missę. quo recedente, hoc monasterium retinuit amarissimus Guido. qui ornamenta ecclesię vel quęque utensilia cępit dispergere absque ulla verecundia, et diversis viris in pignus tribuere: idest crucem maiorem deauratam cum capulo et pomo eius, pro librabus .XII.; planetam purpurę nigrę et pluvialem purpurę clavatę quę fuerunt reginę Agnetis, dorsalem leonatum et tunicam reginę et Textum evangelii et gausape novum altaris maioris, pro solidis .L.; tabulam maiorem, pro librabus .LV.; tabulam minorem, pro librabus .XIII.; planetam diarodinam et aliam albam et tunicam .I. et stellam cristallinam argenti luciferam deauratam, pro librabus tribus et media; calicem .I. argenti et stolam maiorem et capsulam argenti et cruciculam auream et nuschas .III. aureas femineas et planetas .II., pro librabus .VIIII.; vestem altaris et pluviales .II., album diaspidem et aliud nigrę purpurę, pro librabus .III. et solidis .XI.; pluviales .II., rubeum et viridem, pro * * *; planetam .I. et Psalterium .I., pro solidis .XXX.; planetam diaspidis albi et tunicam de xamitu albo et loricam, pro solidis .L.; planetam .I. et Orationalem eburneum, pro solidis .L.; turribulum argenteum turritum et candelabrum argenteum, pro solidis .XXX.; Textum evangelii maiorem, pro librabus .XX.; turibulum aureum, pro librabus .XXII. sunt autem hęc ornamenta ecclesiastica .XXXIIII. valde prętiosa, ex quibus sola stola maior cum manipulo nostris temporibus empta fuit librabus .XV. de quibus pignoribus tulit libras .CLX. et eo amplius, quas, ut compertum habemus, nec in ecclesiasticos usus, nec in fratrum re-

25. *Lacuna di due parole nel testo.*

gimina dedit, nec etiam in guerra expendit. item, hęc alia dispersit, de quibus ignoramus quid tulerit aut fecerit, idest turibulum argenteum, dalmaticam optimam, telam .I. pallii, amulam argenteam deauratam, pongam imperatoris, stolam et manipulum cum campanulis aureis, et semicintiam similiter cum campanis aureis, 5 Antiphonarium optimum et Priscianum valde bonum, Nocturnale perfectum, Super Isaiam mirificum, mitram .I., virgas pastorales .II., Super Hiezechielem, Ovidium.

Dispersis itaque ecclesię ornamentis, omnibusque ecclesiasticis suppelectilibus distributis, prędictus Guido advenarum equitum 10 peditumque collegit non modicum exercitum, ut populum abbatię qui ab eo recesserat expugnaret, et Berardum Ascarellum contra se insurgentem dissiparet. at contra idem Berardus non minorem peditum equitumque multitudinem congregavit, ut superare posset partem Guidonis. qui quocumque adire poterat, 15 domos incendens dissipabat, arbores et vineas incidebat, homines vulnerabat, capiebat nec unquam dimittebat nisi prętio non exiguo se redimebant. aliquantos etiam in captione fame consumptos pernecabat. de ecclesiasticis quoque ornamentis hęc sunt quę distraxit et oppignoravit: altare reginę prętiosum, Missalem 20 maiorem, Epistolarem domni Romani, calices .III., turibulum argenteum .I., capsulas argenteas .III. et coclearium .I., amulas argenteas .II., patenas argenteas .II., gallum argenteum .I., scutellam argenteam .I., situlam argenteam .I., argentum quod remansit a tabula, pallii brachia .III. et dimidium, vestem altaris, planetam .I., 25 pluviales .III., tunicas .III., fanones .II., dorsalem .I., sigilla aurea cum pręceptis .VII. super hoc autem omnia divastabat, et perverse agens in nullo quiescebat, populumque abbatię sibi resistentem vivere non sinebat.

Cum vero Calixtus papa cum imperatore concordiam haberet, 30 et prelibatum Berardum in generali sinodo excommunicaret, compulsi sumus ad hoc monasterium redire, ne damnaremur excommunicatione. et cum reverteremur, populum abbatię qui nobiscum recesserat admonere studuimus, ut ad hanc ecclesiam et ad nos reverterentur, nosque sicut in discessione fecerant, 35 etiam sequerentur in reversione; sed neuter illorum no-

stram audire voluit monitionem. reversi vero ad monasterium et recongregati, prȩcipuas sollemnitates quas cum maximo decore et ornamentorum pulchritudine in vestibus albis, vel palliorum cappis, aliarumque dignitatum solebamus facere, tunc in nigris
5 et laciniosis cucullis et indumentis cottidianis in choro et ante altare vel in sublimi ambone compellebamur agere, et tamquam expoliati ac deprȩdati videbamur canere vel psallere. adolescentes quoque vel minores fratres cantuum neumas et organa solita respuebant, et non spirituali honestate aut gravitate, sed
10 istrionum more canere studebant, et multas nenias extraneasque cantilenas introducere satagebant, nec huius loci consuetudinem sed diversarum partium levitates et extollentias, quas in exteris locis quibus degebant audierant vel viderant, exercere curabant. quȩ omnia cum maturiores vel graviores fratres audirent vel cer-
15 nerent, contristabantur diutissime et affligebantur, quia eis non poterant resistere. prȩdictus autem Guido reversos nos recepit lȩtanter; non tamen diu nobiscum in benivola permansit voluntate, quia suspicio de nobis in illo crescebat, et pro malis quȩ cunctis ante fecerat, amplius titubabat. sȩpe autem nobiscum
20 loquens prȩteritam culpam nobis improperans aiebat: « Si ha« betis indigentiam, fratres, patimini recte, quia scriptum est: « "merito hoc patimur" ».[1]. quod nos audientes gravi dolore torquebamur, et magna angustia afficiebamur. et de hoc maxime dolebamus quia ipse suam maximam culpam minime
25 recordabatur, et in nullo reverebatur nec timebat illud evangelii: « Vȩ illi per quem scandalum venit » [2]. revera ipse extitit per quem huic loco defectio, nobisque periculum accidit. unde diutissime contristati fatebamur: « Heu, heu, peior est nobis his « temporibus nefandissimus Guido, quam illis diebus fuisse le-
30 « gitur campigenans Campo ». denique plurimi nostrorum aut discerptis vestibus aut absque monachili indumento nudisque pedibus incedebant, ipse autem ex hoc minime curabat. nam Regulȩ distinctionem non exercebat nec vitia resecabat, sed sibi

32. *Nel testo* ipsi

(1) *Genes.* XLII, 21. (2) MATTH. XVIII, 7.

faventibus omnino parcebat, et si quis in illum offenderet, sine misericordia et velut sacrilegum acerrime condemnabat. super hęc vero omnia mala, decretum quod omni conventui fecerat, penaque ęterni anathematis alligaverat, dissipavit et omnino delere fecit, nosque in nichilum deduxit. manualia quoque nostra et 5 terrarum vicendas, ac molendinos, et portuum redditus, mercatique teloneum, et angariales homines, et omnia nobis pertinentia, vel quę prędecessores illius abbates conventui nostro sacramento firmaverant, vel libentissime concesserant, minuavit et abstulit, et per equites suosque fautores dispertiit. quapropter famis inopia 10 cruciabamur et omni dedecore affligebamur, plurimis etiam diebus quinque vel septem nucibus de cellario pro panibus per diem alebamur, et non iam de tertio misso in refectorio apud nos conquerebatur, sed de quantitaticula panis tractabatur. bubalos et boves et animalia spanisca atque equas quas invenit, prodige 15 donavit. pręterea obsequia cellarum omnium et locorum nobis pertinentium, et decimas abbatię, et exenia constituta perdidimus, et nec seminavimus neque messuimus per temporis spatia quinquennii. pensiones quoque libellorum sibi recondidit, quas fingebat se dare in lucro tabulę altaris. nos sibi fecimus bona et ab 20 eo expectabamus meliora. e contra retribuit ille nobis mala et contra nos excogitavit pessima et deteriora, omnesque qui de eius honore amplius tractaverunt et perfecerunt, dissipavit et destruxit, et exconcilians usque ad terram humiliavit. vinum etiam nobis limphare fecit et consuetam iustitiam minuavit. 25 enimvero fraudulentis ingenii et totius mendacii atque deceptionis et circumventionis malitię semper ab initio extitit, et non se in abbatia, ut decebat, in aliquo cohercuit aut emendavit, sed deterior in omnibus et per omnia fuit. cuius malitias durissimas et divastationes nequissimas pertulimus per .VI. annorum spatia. tunc de- 30 mum magnis afflicti doloribus variisque contriti cruciatibus, Romę ad papam Calixtum nos fere .XX. e fratribus perreximus, eumque, prostrati pedibus illius, supplicavimus, ut nobis in nostris miseriis subveniret, et aliquid commodi impertiret. sed cum nil boni ab eo possemus obtinere, nec apud ipsum aliquam habere con- 35 solationem, ad monasterium reversi sumus maximo cum rubore.

ipse quoque Guido ad eundem papam sepissime pergebat, frequenter etiam per suos legatos eum omnino supplicans obsecrabat, ut sicut sibi promiserat et vice eius eosdem legatos investiverat, omnem abbatiam recongregans restaurare sibique subdi
5 iuberet. sed in nullo misertus, bonitatem aliquam, donec vixit, contra hoc monasterium exercuit. nos vero licet a nostris rectoribus et populo abbatię destituti in nostris necessitatibus pernimium essemus, omnipotentis Dei tamen auxilium et dominę nostrę Marię adminiculum multotiens percepimus, venientibus ad
10 nos christianis et catholicis viris Deumque timentibus, atque pietatis gratia alimonia et quęque utilia deferentibus. enimvero cum iam Christi pietati placeret ut nobis misereri disponeret, et nostrę cladi finem dignaretur imponere, quam per .VI. annorum curricula pertulimus valide, tandem consilium habuimus, ut a
15 prędicto Berardo Ascarello res nostro regimini pertinentes requireremus, si quoquo modo penurias et miserias evadere possemus. et cum nil boni aut nobis utile ab eo impetrare valeremus, rebus quoque ecclesiasticis et ornamentis vel utensilibus nobis necessariis, quas nobiscum detuleramus quando de monasterio di-
20 scessimus, omnibus contemptis, nichil ab eo aliquid omnino recipere neque mercedis neque caritatis gratia quivimus, cum plurimas illi lacrimosas effundere preces studeremus. tandem vero in divina confidentes clementia et de dominę nostrę Marię prę-sumentes custodia, extensis manibus ad domnum Adenolfum
25 Domini Salvatoris reverentissimum eguminum eligendum et prę-ponendum nobis unanimiter convenimus. nam prędictus Guido, cum se perspiceret per .VI. annorum spatia in pace quietis non potuisse ducere abbatiam, distractis omnibus ecclesiasticis ornamentis et libris, cunctisque utensilibus, et reliquiis plurimis san-
30 ctorum prętiosissimis et pręcipuis, scilicet sanctę Marię et ligni vivificę ✝, aliorumque sanctorum, insuper terris frequenter scriptitatis, et ex eis innumeris pecuniis accumulatis, videlicet librarum * * * *, cerneretque omnem populum ab empticibus equitibus deprędari et captivari, et in nullo se posse sibi subditos

33. *Lacuna di tre o quattro parole nel codice.*

adiuvare nec liberare, non habens iam ubi manum inicere valeret, qui se visiones vidisse dudum fingebat quibus annis tribus et medio adversari, at tunc annos .XLVIII. in abbatia vivere, et pacem quietemque honoris suis infinitam prę cunctis antecessoribus adempturum sperabat; tandem per omnia victus et sine alicuius consilio relictus, ad papam Honorium suos transmisit legatos, petens licentiam refutandi abbatiam. cui papa assensum prębens, misit ad nos honestissimos cardinales, qui vice sua copiam darent, et decentissime perficerent ut oporteret. nos vero qui antea, sicut prędecessores nostri, papati curiam fugeramus, et ab ea assumi personam nobis in abbatem nolebamus, multis cumulati cum iam essemus inopiis, et cernentes non posse aliter de plurimis incommodis eripi, suscepimus eosdem cardinales, scilicet Conradum et Ionathan. in quorum [pręsentia prędictus Guido omni conventui nostro abbatiam refutavit et virgam reddidit, omnesque nostros equites et populum abbatię de fidelitate vel sacramento sibi edito absolvit, sicque ad proprium reversus locum resedit.....]

An. 1125. **Elezione dell'abbate Adenolfo.**

[Nos eosdem cardinales rogavimus, ut vice papę prefatum domnum Adenolfum nobis concederent. et ipsi placide suis cum manibus acquieverunt, decentissime, sicut papa iusserat, nobis tradiderunt, et a nostro conventu discesserunt. quibus recedentibus, omnes in capitulum perreximus, ipsum domnum Adenolfum abbatem illuc accersitum, ad laudem domini nostri Ihesu Christi eiusque integerrimę Genitricis, in nostram ac totius populi salutem abbatię, et autenticam huius ecclesię libertatem et restaurationem, concorditer et iuxta antiquam consuetudinem elegimus. factoque ibi cunctorum nominum fratrum generali decreto et indiculo descripto, in ecclesiam simul pergentes, magna animi lętitia Te Deum laudamus excelse cecinimus, totamque decentissimam et honestissimam illi reverentiam prostrati exhibuimus, et ad horam persolvendam sextam accessimus.]

14. *Colla parola* pręsentia *comincia l'ultima pagina del codice la quale ha molto sofferto. Le parole tra parentesi quadrate sono state riscritte sopra le antiche da mano assai posteriore. Si sono sostituite con puntolini le parole che non si riuscì a leggere con sicurezza. Il Bethmann (Mon. Germ. hist. Script. XI) tentò divinarne alcune, ma non mi pare che cogliesse sempre nel segno.* 28-29. *Nel testo* magnanimi

Hoc peractum est anno dominicę incarnationis .MCXXV., indictione .IIII., .V. idus februarii, feria quoque secunda dominicę quinquagesimę. quo facto tantam omnipotens Deus gratia sua omni populo abbatię concordiam contulit, ut in triduano spatio,
5 sine armis hostilibus et absque alicuius suggestione, totius de nostra litis contentione ad eiusdem nostri pastoris redirent fidelitatem libentissima voluntate, gratis tantum et sine alicuius beneficii petitione. et non multo post, ad loca nostri monasterii in Marchia constituta perrexit, ubi ipse quoque populus cum pręlatis
10 omnibus ad debitam concordiam et condignam fidelitatem prędicti domni abbatis redire non minori devotione festinavit. eodem vero anno, mense maio, die .XXIII., cum ad cęnam sabbato octavę Pentecostis post missas [..... omnes pro refectorio causa cęnandi sedissemus, subito vis magni fulguris et fulminis turrem
15 castri Farę percussit, et eius partem dissipavit et destruxit et trabes succendit. quę etiam nec vino.nec acqua plurima mult.... tes biduo potuerunt extingui. cum vero domnus abbas Adenulfus a Marchia plurima cum iocunditate magnaque felicitate reversus esset, animosque in graviori positos inopia vidisset, ut-
20 pote quod fere per quinquennium nec seminavimus nec messuimus, quanta omnia manualia nostra sive....... abbas Guido] per equites sibique faventes distribuerat, et non....... proprium scriptitaverat, nichil omnino invenire potuisset in toto isto monasterio unde nostram indigentiam supplere potuisset, valde attrista-
25 batur et inestimabili mestitia affligebatur.... ac equitibus et pręcipuis....... consilium eis petiit....... regimine sustentar....... sed cum nullum ab eis utile consilium aut solatium haberet, quia quę de nostris rebus sibi ad.......rant vel apprehenderant....... reddere nec de suis substantiis....... nobis tribuere,
30 magis magisque [attrista]batur. verum cum eorum [per]fidia..... nos et cordis obduratione....... magnasque penurias pateremur coacti, aliquantulum....... de nostris manualiis sive angaralibus, quę ipsi equites acquisierant, recepimus, et in nostros usus redegimus. domnus quoque abbas benivola petitione populo suasit,
35 ut de suis facultatibus aliquod nobis ministrarent auxilium. ipsi autem, prout eis libuit, optulerunt.

II.

[Ms. bibl. Vittorio Emanuele, Farf. 1.]

I.
An. 1140.
Enrico di Guiscardo giura omaggio e fedeltà all'abbate Adenolfo per la rocca « Septem Ianule » ricevuta in feudo dal monastero di Farfa.

c. 387 B

[A]nno ab incarnatione Domini millesimo .CXL., mense februarii. ego quidem Henricus filius quondam Guiscardi spontanea voluntate feci hominium et iuravi fidelitatem monasterio Sanctę Marię in Farfa tibique domno Adenulfo eiusdem monasterii venerabili abbati de podio quod fuit ante roccam Septem Ianule et de eiusdem pertinentiis sicut antiquitus fuit de curte et pertinentia pręfate arcis et sicut parentes nostri per cartam et dederunt et receperunt a monasterio pręfato Farfensi, et promisi legitima conventione me inducere invehere in pręfatam arcem omnes habitatores prędicti podii, omnemque pertinentiam eius constituere sub curte et pertinentia prędictę arcis, et promisi reconciliari et reficere et nullo modo destruere et minuere prędictam arcem, sed magis augere, ampliare sicut bonus paterfamilias. quam arcem in feudum recepi a prędicto monasterio et domno abbate Farfensi. item, convenimus ut domnus abbas ‖ eiusque successores plenam habeant facultatem faciendi guerram et pacem sine omni contentione per arcem pręscriptam cuicumque voluerint. pręterea, si quo tempore nos nostrique successores seu qui nostro nomine tenuerint, pręfatam arcem monasterio Farfensi eiusque pro tempore venerabili abbati seu certis missis et iconomis reddere noluerimus nos nostrique successores, aut contendere pręsumpserimus, litem seu controversiam fecerimus, promittimus nos compondituros centum libras papiensis monetę prędicto monasterio eiusque venerabili abbati. et pro pęna prędicta obligamus pignorisque ponimus aliud podium nostrum qui vocatur Henrici cum omnibus suis pertinentiis, insuper quęcumque habemus in civitate Reatina eiusque pertinentiis, ut sint pignori obligata prędicto monasterio

c. 388 A

17. abbate] *Nel testo* abbati

Farfensi eiusque venerabili abbati pro iam dicta pęna. ad hec si vos, domne abbas Adenulfe, vestrique successores prędictam arcem, quam in feudum accepimus, sine nostra culpa auferetis, liceat nobis secure habere in prefata arce Septem Ianule ea quę
5 de podio fuerunt. Beraldus Reatinus consul, Adeodatus, Todinus de Liuto, Senebaldus Guinisi, Berardus Capestrelli, Rainaldus Trotte, Gentilis, Rainardus, et plures alii rogati testes interfuimus. ego Albertus iudex scripsi.

II.
An. 1139.
Sarraceno e i suoi figli Girardino e Ottaviano, Rainerio prete e Paganello figli di Audone, e Rainucio di Rainucio refutano all' abbate Adenolfo una casa situata nella città di Spoleto nella regione detta «Palatium».

Nicolaus. Anno ab incarnatione Domini millesimo .cxxxviiii.,
10 temporibus Corradi secundi regis, et die quatuordecima ante kalendas ianuarii, indictione .ii. hoc quidem tempore ego Sarracenus Rainerii Randonis filius et Girardinus et Optavianus eius filii, et presbyter Rainerius et Paganellus Audonis filii, et ego Rainucius Rainucii filius diffinivimus et refutavimus Farfensi mo-
15 nasterio et ęcclesię Sancti Marci et domno Adenulfo venerabili abbati Farfensi et Reatini monasterii et in manibus nuntiorum eius, videlicet Manases camerarii eiusdem monasterii, || et venerabilis presbyteri Rainerii prędicti monasterii clerici, et in pręsentia Lenzonis ecclesię Sancti Marci prępositi, et Boriani Ferentelli abbatis,
20 et domni Treuguani, Gloriosi pręsbyteri, Alesii, et Tebberti iudicis, et Grimaldi iudicis, et filiorum Girardi Bosonis, et filiorum Petronis, et aliorum plurimorum hominum, casam quę est in civitate Spoletana in regione quę dicitur Palatium, que est cum lateribus: a primo via iam dicti monasterii, ab alio latere est casa
25 Arnolfi Bonizonis et nepotum eius, a latere alio est casa Gualterii Vidorini, et ab alio latere quod nobis reservavimus. infra ista latera diffinivimus et refutavimus vobis supradictis ipsam casam totam cum omnibus rebus sicut ipsi case pertinet et cum constructuris et edificiis suis. eo tali pacto, ut non habeamus
30 licentiam ullo ingenio nos et nostri heredes aut alia nostra summissa persona vobis vel alicui vestro subiecto causationem vel molestiam faciendi. et si taliter non observaverimus, obligavimus nos nostrosque heredes vobis supradictis componere solidos .l.

c. 388 B

17. *Nel testo* venerabili

et hęc cartula diffinitionis et refutationis firma permaneat. ego Sarracenus, et Optavianus, et Girardinus, et pręsbyter Rainerius, et Paganus, et Rainucius hanc diffinitionem et refutationem fecimus. ego Nycolaus iudex scripsi. ego Tancredus Petri Berardi, et Petrus Henrici Alberici, et Ofreducius Petri Girardi rogati in hac cartula diffinitionis et refutationis testes sumus. 5

III.

An. c. 1116 (1).

L'abbate Beraldo III si obbliga verso Enrico di Rodolfo, Senebaldo, Transerico e Munaldo di proteggerli e concede loro giusta «paterentia» della porzione del monastero di San Salvatore dovuta da loro al monastero.

c. 389 B

Adam. In Dei nomine. breve recordationis ac | promissionis et obligationis facio ego domnus Beraldus abbas Farfensis monasterii, consentientibus eiusdem cenobii fratribus, ad vos Enricum filium Rodulfi, et ad Senebaldum, Transericum, ac Munaldum et 10 ad vestros heredes, quod ab hodie in antea adiuvo vos sine fraude ab hominibus omnibus, excepto Rainerio Todini supra terram suam, exceptis filiis Octaviani supra terram illorum, si dederint illorum portionem monasterii Sancti Salvatoris. et si aliquis ex vobis vel vestris heredibus ad monachicum ordinem in nostro 15 monasterio venire voluerit, accipiemus eum sine omni alia datione nisi quam ipse facere voluerit. et concedo vobis iustam paterentiam de portione monasterii Sancti Salvatoris quam in nostro monasterio dedistis, et de rebus sibi pertinentibus similiter promitto quod nec vendo nec cambio illam predictam rem quam 20 in nostro monasterio contulistis, absque vestro consilio. et siquis vestrum quotiescumque in nostra curia erit, maneat in consilio nostro ubi sunt vestri equales. quod si omnia que superius promittuntur atque denotantur non observaverimus vel adimpleverimus, pro his omnibus promitto et obligo me et meos succes- 25 sores componere vobis predictis vestrisque heredibus bonorum denariorum papiensium libras viginti nomine pene, et pena soluta hoc breve omni tempore maneat ratum, quia sic per sacramenta firmatum est. et factum est.

16. *Nel testo* omnia

(1) Assegno a questo documento la data approssimativa dei docc. 1198, 1199 del *Regesto* contenenti la donazione a cui il documento stesso si riferisce. Questi tre documenti che, come già fece il Muratori, aggiungo al testo del *Chronicon*, seguono immediatamente nel codice stesso del *Chronicon* al diploma di Enrico V, alla c. 387 B. La c. 389 A è lasciata in bianco.

III [1].

[Ms. Vaticano 6808.]

Anno Domini .MCXCVIIII. Sibilla uxor Andree Tiburtini obiit pridie nonas novembris. c. 3 A

5 Iohannes annos .II. menses .XI., Felix annos .IIII. menses .IIII., Iohannes II menses .IIII., Agapitus annum .I., Silverius menses .X., Pelagius annos .X. menses .VIIII., Gregorius annos .XIIII. menses .VI. c. 4 B

Vigilius annos .XVII. menses .VIIII., Pelagius annos .V. menses .II., Iohannes annos .XIII. menses .X., Benedictus annos .IIII. 10 menses .IIII. c. 5 A

Ut que geruntur in tempore cum tempore nequeant deperire, solet ea sapientum virorum astutia per licteras eternare. ideoque noscant prȩsentes et posteri non ignorent quod Farfensis conventus statuit de communi assensu et fratrum omnium voluntate ut qui- 15 libet prȩpositus cui alicuius castri vel ville gubernacula committuntur, solvat ipsi conventui annuatim dominica Septuagesime pro piscibus septem sollos. si quis autem ipsorum hoc statutum tam bonum et utile noluerit observare, sit quousque satisfecerit ab omni fratrum consortio segregatus. factum est hoc in Farfensi 20 capitulo, anno Domini .MCCXXXIIII. c. 5 A

Iustinus, Iustinianus, Iustinus, Tiberius, Mauricius, Focas. c. 5 B

(1) Nel margine del codice già Farfense, ora Vaticano n. 6808, che contiene le *Consuetudines Farfenses* delle quali ho avuto occasione di parlare nella nota 3 alla p. 50 del primo volume, si trovano alcune noterelle storiche che mi sembra opportuno di riprodurre in questa Appendice. Esse furono per la maggior parte pubblicate dal BETHMANN (*Mon. Germ. hist. Script.* XI, 589). Le riproduco ora qui secondo l'ordine in cui si trovano nel codice, indicando la carta in cui furono notate. Furono scritte da mani diverse dei secoli XII e XIII, e sembrano quasi sempre contemporanee ai fatti indicati. Intorno al manoscritto da cui sono tratte vedasi quello che dice l'Albers nella prefazione al suo lavoro *Consuetudines monasticae*, vol. I, *Consuetudines Farfenses ex archetypo Vaticano nunc primum recensuit* BRUNO ALBERS, Stuttgardiae, Roth, 1900.

c. 8 B .Cccxcviiii. Christi incarnationis anno, iubente imperatore Honorio, sunt templa eversa et fracta simulacra. ex quo usque ad annos ferme .xxx. tempore sancti Augustini, multum crevit Ecclesia.

c. 108 A Anno Domini .mclxxvi., .vii. decimo kalendas aprilis, domnus archiepiscopus Magontinus magnum bellum cum exercitu regis Siculi commisit, et eos fugavit in loco qui dicitur Carseoli, iuxta castrum Cellense, et ex eis cepit ultra ducentos milites, et omnia spolia eorum et eorum qui fugerunt obtinuit, insuper centum quinquaginta militum spolia et equos... qui in Cellensi castro erant optinuit.

c. 109 B Anno Domini .mccxxiii., mense martio, die Martis, in festo sancti Benedicti, pluit terra rubea quasi ex lateribus contrita, unde maximus timor in Urbe et extra est exortus.

c. 122 A Anno Christi incarnationis .mlxxxvii. corpus beati Nicolai Barum translatum est.

c. 122 B Anno .mxcv. stellę ceciderunt, et mox ultramontani ultra mare catervatim ire cęperunt.

c. 123 A Anno .mxcviiii. Beraldus effectus est abbas.

c. 123 B Anno .mcxi. Pascalis papa captus est ab Heinrico imperatore.

c. 124 A Anno .mcxviiii. Beraldus obiit, et Guido factus est abbas usque ad annos sex.

c. 124 B .Mcxxv. Adenulfus Farfensis factus est abbas [1].

c. 125 A Anno .mcxxx. contentio inter Innocentium papam et Petrum Leonis qui dictus est Anacletus exorta est.

cc. 125 B-126 A Anno .mcxxxiii. imperator Lotharius Romam veniens Lateranis coronatus est. iterum anno .mcxxxvii. rediit, in Apuliam pergens. victoriam ibi Deo donante percepit. in quo anno Adenulfus abbas Farfensem abbatiam recepit.

8. *Nel testo* ducentontos 10. *Rasura di una parola nel testo.*

(1) Per gli abbati posteriori a Beraldo III vedasi quello che ne dicono il Marini nella *Serie cronologica degli abbati di Farfa*, Roma, 1836, e il Palmieri nel periodico *Il Muratori*. Cf. anche il *Sommario cronologico delle carte Fermane* edite a cura di Marco Tabarrini nel IV volume dei *Documenti di storia italiana*, pubblicati a cura della R. Deputazione di storia patria per le provincie di Toscana, dell'Umbria e delle Marche.

Anno .MCXXXVIIII. Innocentius papa captus est a Rogerio rege Siculorum. .MCXLII. monasterium novum inchoatur in monte. c. 126 B

Anno .MCXLIIII. Adenulfus abbas obiit. .MCXLV. Eugenius III apud Farfense monasterium papa est consecratus. .MCXLVI. Ro- 5 landus factus est abbas. c. 127 A

.MCXLVII. castellum Sancti Laurentii in Picta inchoatur. eodem anno rex Alemannię et rex Francię ultra mare cum innumerabili exercitu perrexerunt. c. 127 B

Anno Christi .MCXLVIIII. Reatina civitas ab exercitu Rogerii 10 regis Sicilię est destructa. anno Domini .MCLIII. Eugenius papa obiit mense iulio. cui successit Anastasius Savinensis episcopus, qui sedit annum unum. huic successit Adrianus. c. 128 A

Anno Christi .MCLV. . . . . . de . . . . sub . gatus d . . . . mense ma . . . . c. 128 B

15 .MCLV. Fredericus rex in Italiam venit cum magno exercitu, capta et destructa civitate quę Terdona dicitur, ivitque Romam, et ibi unctus est in imperatorem ab Adriano IIII papa in festivitate sanctorum Marcelli et Marcellini, sabbati die. eo die armata manu Romani super eum irruerunt, et predam ipso non repugnante 20 duxerunt, equos videlicet ac paviliones. qua de causa succensus imperator ira, sumpsit arma, et ex eis magnam cedem fecit. post Farfam adiit, ibique societate accepta a domno abbate et omni congregatione, honoraturum se altare et nobis iustitiam facere de cunctis rebus huius monasterii libentissime spopondit. inde Spo- 25 letum pergens, cepit civitatem, succendit, divastavit ac depredatus est, mense iulio, die .XXIII., feria .IIII. c. 129 A

Anno Domini .MCLVIIII. Adrianus papa obiit .II. kal. septembris. hic sedit annis .V., menses .VIII. et contentio exorta est inter Alexandrum papam et Octavianum qui dictus est Victor. c. 129 B

30 . . . . . m. anni Domini .MCLXXXI. Alexander papa tertius obiit .III. kal. sebtembris. hic sedit annis .XXII. c. 130 A

13-14. *Rasura di tutta la nota tranne la data. Riferisco le poche lettere che mi è parso di poter leggere.* 30. . . . . . m] *Nel testo non si può legger con sicurezza che la lettera* m *preceduta da un'altra lettera che sembra un* t *sormontato da un segno di abbreviazione. Le altre lettere della parola sono interamente sbiadite. Il Bethmann credette di poter leggere* Iterum 31. sebtembris] *Così nel testo.*

c. 139 B Anno Domini .MCLXVIIII.[1], kal. iunii, feria secunda post Pentecosten, grande bellum commissum est aput Tusculanam inter Romanos et cancellarium imperatoris Frederici, scilicet Rainaldum Coloniensem archiepiscopum et Christianum Maguntinum, et mortui sunt de Romanis sex milia. 5

c. 140 A Anno Domini .MCLXVIII., .V. idus aprilis, Albanensis civitas destructa est a Romanis.

c. 140 B Anno Domini .MCLX., mense martii, die vicesima, Gottifredus factus est abbas.

c. 141 A Anno Domini .MCLXVII., pridie idus octubris, abbas Gottifredus obiit. 10

c. 142 A Anno Domini .MCLXXXXVI. Eric obiit.

c. 160 B Anno Domini .MCCXVIII., mense madii, die .XXI., Oddo imperator obiit.

c. 160 B Anno Domini .MCCXX. Fredericus rex coronavit filium suum. 15

c. 163 A Matheus subdiaconus et abbas sedit annis .XIIII., mensibus .IIII., qui Lateranis in manibus pape Gregorii noni abbatie renuntiavit. et tunc continue Farfensis ecclesia vacavit anno uno et mensibus decem. obiit vero anno Domini .MCCXXVII., nono kal. aug. cui successit Henricus Detusin̄. 20

c. 166 B Anno Domini .MCLXXXXII. abbas Pandulfus renuntiavit abbatiam. Gentilis prior electus abbas est .II. idus decembris.

c. 166 B Anno Domini .MCCXIX. obiit Gen[tilis] huius monasterii abbas.

19. .MCCXXVII.] *Così mi pare che debba leggersi. Il testo ha* .MCCXXIII. *ma la prima asta del* III *sembra cancellata e sostituita dal* V *collocato sopra.* 20. detusin̄] *Così nel codice; il Bethmann lesse* de Tusin 23. Gentilis] *Nel testo* Gnt

(1) Così dice il testo, ma la battaglia di Monte Porzio ebbe luogo nell'anno 1167.

INDICE

I.

NOMI PROPRJ E COSE NOTEVOLI (1).

A. episcopus II 77[10], 78[4].
Aaron 144[27].
abbas quidam II 272[31].
abbas S. Andreę 244[23].
abbas quidam Ss. Cosmę et Damiani in Mica Aurea II 17[15].
abbas S. Iusti de Tuscana II 12[8].
abbas quidam S. Petri ad Cęlum Aureum II 107[4].
abbates monasteriorum regalium in Tuscia et Marchia 43[7], 333[29].
Abbatini 314[13].
Abbatini in territorio Sabinensi 281[32]; II 88[9], 102[36], 103[23]. molinum II 102[36], 103[23].
Abbatini Campus in territorio Sabinensi II 63[19].
Abbo II 185[18]
Abbo pater Mingeradę 366[7].
Abbo filius Teuzonis II 149[6].
Abeno in comitatu Paduano 261[22].
Abenza fundus in territorio Tyburtino II 26[9].
Abigianus villa in territorio Novertino 302[2].
Abincinus Vallis in castaldatu Pontano II 130[25].
Abiron II 200[10], 217[9].
Abraham patriarcha 121[1].
Abremundus *v.* Hebremundus.
Abundii, Habundii (S.) curtis in Camerino II 281[23]. in comitatu Camerino 252[23]; II 98[24], 139[22], 174[27]. in territorio Camerino 186[7]; II 282[37].
Abundii (S.) curtis in Sabinis 295[18].
Abundii (S.) ecclesia in fundo Bebciano 202[1], 214[16], 337[9].
Abundii (S.) ecclesia in fundo Betiano 180[36].
Abundii (S.) ecclesia in casali Bezano 330[16], 332[1].
Abundii (S.) ecclesia in Botiano II 280[13].
Abundii (S.) ecclesia in curte de fundo Paterno 326[7].
Abundius pater Gonzonis II 179[14].
Abundius diaconus 122[n].
Acanianus 185[26].
Accardus 253[7].
Acciana mater Bonę infantis 268[8].
Acciana mancipia mon. Farf. 267[34].
Acciarellus filius Azolini II 181[10].
Accideus pater Iohannis episcopi (Aretini) 226[13].
Acclianus, Aclianus fundus 181[17], 202[25], 214[40].
Accligianus 230[24].

(1) Dei numeri, l'arabico grande richiama la pagina, l'arabico esponente, il rigo; con [n] esponente si rimanda al comento. Il volume secondo del *Chronicon* è indicato col numero romano II.

Acera in pago Reatino 209 21.
Acericus frater Luponis v. Acerisus.
Acerisi coniux Bonellę, pater Amiternini, servus mon. Farf. in Caballari 270 35.
Acerisius Sintrudę II 12 n.
Acerisus, Acericus, Atterisus frater Luponis 204 35, 217 11, 341 21.
Achinianum II 191 5. in territorio Sabinensi II 72 14, 123 33. *V. anche* Sala.
Akinianum Maius II 262 27.
Akinianum Minus II 262 27.
Acilie in territorio Furconino 305 25, 362 6 19. campus 305 25.
Acillionis curtis in territorio Nocerino II 52 4.
Acipertus libertus 210 22.
Aciprandus pater Leonis 313 14.
Aciprandus pater Alipergę et Perdolfi servus mon. Farf. in Prętorio 269 12.
Aclianus v. Acclianus.
acoliti .II. mon. Farf. II 292 33.
Acqui- v. Aqui-
Acri in comitatu Sabinensi 245 10.
Acrifolium II 39 4.
acta Marci papę II 234 1.
Acterius pater Egdonis II 181 8.
Actianum 151 12.
actionarii, actores Ecclesię 182 35, 196 2 15, 235 18, 242 17, 293-300 *passim.*
actores v. actionarii.
Actus apostolorum 51 n.
Acupencus, Acupincus, Cupencus, Cupencum (ad) suptus muros civitatis Reatinę 302 8, 311 24, 320 31, 356 23, 360 3, 361 26. palatium 302 7. turris 248 24, 302 7, 311 24, 360 4.
Acu Picta (de) turris II 176 8.
Acupicte in civitate Reatina II 285 6.
Acusclum in Scandilia 161 21.
Acutiana Vallis in castaldatu Equano II 162 12.
Acutianellum, Acutianillum v. Agutianellum.
Acutianum monasterium 176 17.
Acutianus 125 22, 162 1, 163 31, 170 21, 190 18, 208 20, 211 14, 224 15, 277 22; II 31 1, 186 1, 221 1. in territorio Sabinensi 332 26; II 70 12, 280 11 22.
Acutianus casalis 4 14, 8 19, 50 n, 122 n, 133 1, 294 24.
Acutianus fundus 128 6, 137 3 11, 179 25, 181 23, 200 33, 202 31, 213 5, 215 4, 335 32, 337 39. in territorio Sabinensi 300 6; II 283 35.
Acutianus mons II 38 28, 47 8, 91 3, 93 6, 101 11.
Acutus II 56 8.
Acutus mons 287 1.
Aczo, Aczolinus v. Azo, Azolinus.
Adalardus, Adelardus abbas, missus Karoli imperatoris 175 3, 216 37, 341 11. *V. anche* placitum
Adalbertus filius Petri II 35 14.
Adalbertus de Furcone germanus Petri et Teuponis oblatus 222 28.
Adaldus servus mon. Farf. ad Saxam 265 21. uxor eius 265 21.
Adaldus filius Alipergę, frater Gasuli, coniux Guinipergę, pater Allonis, Maionis, Raduini, servus mon. Farf. in Prętorio 269 25.
Adaloaldus, Adadoloaldus rex 86 16, 87 21.
Adam v. Benedictus pręsbyter.
Adam II 318 7.
Adam quidam II 300 12.
Adam filius Arderadi II 34 25.
Adam filius Azonis II 25 4.
Adam filius Azonis, pater Bucconis 292 20; II 27 11 20.
Adam pater Berardi II 169 30.
Adam filius Iohannis, coniux Girontę II 50 14.
Adam pater Iohannis 284 17; II 124 33, 198 3.
Adam pater Iohannis pręsbyteri II 276 1.
Adam filius Petri, coniux Isę II 48 18.
Adam filius Rodulfi II 139 18.
Adam filius Rodulfi, avus Beraldi III abb. Farf. II 228 10.
Adam filius Tresedii 252 23.
Adam (I) abbas Farfensis 42 2, 44 10, 63 22, 99 6, 289 21, 329 9 14 25, 330 5; II 81 21.

Adam (II), Asculanensis episcopus, abbas Farfensis 47[15 21], 48[3]. *V. anche* Adam Esculanus episcopus.
Adam episcopus II 6[6].
Adam Esculanus episcopus II 200[21], 201[35]. institutio eius II 200[12]. *V. anche* Adam (II) abb. Farf.
Adam frater prçsbyter Farf. II 122[n].
Adam frater prçsbyter et monachus Farf. II 121[n].
Adam iudex et notarius II 49[30].
Adam iudex filius Deodati, coniux Raimburgę II 154[3].
Adam filius Azonis Iudei, libellarius Farfensis 66[7]; II 83[1].
Adam prępositus mon. Farf. 291[30]; II 46[4 15], 54[31].
Adam prçsbyter castaldus Rainerii de Ioseph 248[27].
Adam prçsbyter et monachus Farf. II 121[n], 217[20 39].
Adam prçsbyter et monachus, fideicommissarius Iordanis II 213[5].
Adami Fara *v.* Fara.
Adammo pater Aschari II 126[3].
Adammo pater Azonis II 165[23].
Adę prçsbyteri filii Luponis Confectę casa in territorio Firmano II 111[27 30].
Adę Mallia Vacca casalis in Pisile II 74[17].
Adefridus filius Aideperti servus mon. Farf. in Colomente 265[36].
Adelardi filius 287[18].
Adelardi criptę 315[4].
Adelardus missus *v.* Adalardus.
Adelberga uxor Attonis Hildebaldi II 56[24].
Adelberga quę vocatur Guaza coniux Helperini Maginardi II 155[7].
Adelberga uxor Iohannis Benedicti 283[11].
Adelberti filii 288[33]; II 46[11 14], 141[23].
Adelberti Caput Pazi casalis in pertinentia S. Reparatę II 202[10].
Adelbertus 243[30], 289[2 9], 290[20]; II 93[10].
Adelbertus filius Adelolfi 360[n].
Adelbertus pater Agenonis 289[6].
Adelbertus pater Attonis 254[13].
Adelbertus pater Azę II 54[3].
Adelbertus pater Azonis et Farolfi 293[8]; II 103[6].
Adelbertus pater Beliardę et Caritię II 146[6].
Adelbertus filius Iohannis 254[14].
Adelbertus filius Iohannis, frater Leonis prçsbyteri II 46[1].
Adelbertus pater Landulfi II 141[8].
Adelbertus filius Lotharii II 32[23].
Adelbertus filius Mainardi, pater Carbonis et Moriconis II 273[25 27].
Adelbertus de Pulverina frater Grimaldi 254[13].
Adelbertus filius Silvestri II 56[27].
Adelbertus filius Sintari 347[16].
Adelbertus pater Tebaldi II 26[31].
Adelbertus filius Transberti 252[20].
Adelbertus Amaburgensis archiepiscopus II 153[8].
Adelbertus frater prçsbyter et monachus Farf. II 121[n].
Adelbertus missus Bonefatii ducis et marchionis II 125[27]. *V. anche* placitum.
Adelbertus marchio 239[16].
Adelbertus prçsbyter filius Petri II 142[6].
Adelbertus rex 89[14].
Adelbertus servus mon. Farf. de Prętorio 259[21].
Adelbertus subdiaconus Farf. II 218[5].
Adelbertus subdiaconus et monachus Farf. II 218[4].
Adelchis rex 279[12]. *V. anche* pręceptum.
Adeldis uxor Fariperti scarionis in Forfone 263[23].
Adelelmi filius 287[19].
Adeleupa filia Petrunacis servi mon. Farf. in Narnate 274[29].
Adelgerii filii 287[35]. nepotes 287[35].
Adelmari casalis in Sabinis 246[22].
Adelmarius II 49[8].
Adelmodus filius Guidonis II 31[35].
Adelmodus filius Hildemodis II 31[35].
Adelolfus pater Adelberti, Aimeradi, Ingoberti 360[9 n].
Adelperga uxor Godeprandi fratris Cu-

niperti servi mon. Farf. ad S. Demetrium 264 28.
Adelpertellus Letanus servus mon. Farf. 233 24.
Adelpertus infans filius Aldulę servus mon. Farf. 267 29.
Adelprandus 210 3.
Adenolfi, Adenulfi filii 249 27 35; II 46 10, 113 24, 142 15. nepotes *v.* Aifredus, Dodo, Giso.
Adenolfi filius servus mon. Farf. ad Fistulam civitatis Marsicanę 260 35, 276 24.
Adenulfus II 266 23.
Adenolfus pater Agenonis 289 1.
Adenulfus filius Marię 282 22.
Adenolfus filius Marię, coniux Sergię II 47 6.
Adenolfus pater Romani II 45 7.
Adenolfus pater Teuzę II 34 4.
Adenolfus, Adenulfus (Denulfus) abbas Farfensis 99 23; II 308 12 20, 309 1 5, 313 24, 314 19 23, 315 17, 316 6, 317 2 15, 320 23 29, 321 3. abavus, atavus eius II 308 22.
Adenolfus pręsbyter II 130 20.
Adenulfus *v.* Adenolfus.
Adeodatulus servus mon. Farf. in Septepontio 281 10.
Adeodatus 158 30; II 317 5.
Adeodatus papa 95 7, 132 16 26, 133 10.
Adeodatus coniux Bonę servus mon. Farf. in Salezano 270 24. filii eius 270 24.
Adeodatus filius Boniperti de Fiscilli servus mon. Farf. in Narnate 275 2.
Aderada uxor Siolfi II 155 8.
Aderamulus 256 29.
Aderamus 252 12. filius eius 252 12.
Aderamus pater Alberti 255 11.
Aderamus pater Berardi 282 11, 285 25; II 157 7.
Aderamus pater Udonis 287 23.
Aderisi filius Mauri servus mon. Farf. in Bucizano 271 29.
Aderisis filius Gadileupę servus mon. Farf. in Narnate 275 5.
Aderisus homo liber 298 28 33.
Adesulus servus mon. Farf. 359 5.
Adileupa filia Petri servi mon. Farf. in Forfone 263 26.
Adilpertus 227 10.
adiutorium II 230 6, 265 14.
Adnunciationis dies 30 3.
Ado pater Franconis II 42 7.
Ado coniux Audipergę, pater Alefridi, servus mon. Farf. in Bucizano 271 23.
Ado filius Petri servus mon. Farf. in Forfone 263 26.
adolescentes mon. Farf. II 311 7.
Adolfus servus mon. Farf. in Clevigiano 268 27. filii eius 268 27. uxor 268 27.
Adone (de) *v.* Iohannis casalis.
Adonis *v.* Campus.
Adonisca terra infra comitatum Reatinum II 270 16.
Adriani, Adrianus fundus 179 33, 200 40, 213 12, 336 4. in Sabinis 300 11.
Adriani (S.) curtis in Marsi II 282 11. in comitatu Marsicano II 175 35.
Adriani (S.) curtis in Sextuno II 281 29.
Adriani (S.) curtis in Trebule II 281 25.
Adriani (B.) martyris et S. Natalię ecclesia in civitate Albula II 25 16, 26 11.
Adriani (S.) ecclesia de Marsi II 157 22.
Adriani (S.) ecclesia in Segunzano et in Porciano 261 18, 277 14.
Adriani (S.) ecclesia in civitate Tiburtina II 176 20. iuxta civitatem Tiburtinam II 137 15.
Adriani (S.) ecclesia in casale Tribulicię 282 3, 328 1.
Adriani (S.) monasterium in suburbanis Tyburtinę civitatis II 31 29, 56 10 11, 99 7, 140 21.
Adrianus abbas monasterii S. Angeli et S. Benedicti in Taizano II 57 10.
Adrianus imperator 82 11 14, 91 13.
Adrianus, Hadrianus papa 299 10.
Adrianus [I] papa 96 7, 156 9 12, 163 12, 176 30, 179 30, 182 8 15 21 39, 184 25, 186 16, 188 31, 196 13, 203 20, 215 36, 335 28, 338 31; II 132 4, 237 28, 238 25 29, 240 24. *V. anche* privilegium.

Adrianus I papa II 133 [15], 283 [32]. *V. anche* privilegium.
Adrianus [II] papa 96 [25].
Adrianus [III] papa 96 [28].
Adrianus [IV] papa II 321 [12 27].
Adrianus IV papa II 321 [17].
Adrianus fundus *v.* Adriani.
Adrualdus abbas monasterii S. Salvatoris 151 [8].
Adualdus servus mon. Farf. in Prętoriano 268 [25]. filii, uxor eius 268 [25].
Adudatuli casa in Corneto et in Massugiano 207 [5].
adulterini 244 [10], 247 [12].
Adulterinus *v.* Albertinus, Bardo, Oderisius, Transmundus.
advenę *v.* equites, pedites.
Adventus ebdomada .III. II 291 [5].
Adventus Sp. S. dies 30 [4].
advocatus II 87 [16]. ecclesię S. Eustathii II 22 [14 25], 23 [16 35], 24 [2]. mon. Farf. 169 [29], 171 [32], 204 [20], 216 [36], 225 [10 19], 341 [10], 347 [9]; II 135 [19], 144 [11], 197 [6]. mon. S. Salvatoris 174 [25]. romanus II 19 [3], 20 [2].
affiliatus *v.* Anteradus, Gumpulus.
Affredus 289 [7].
Afrianus in territorio Perusino II 100 [21 23 27].
Africa 82 [24 35], 86 [31], 123 [n], 241 [13]. Africę rector *v.* Heracleus.
Africanus imperator 91 [34], 92 [4 6].
Africanus in territorio Tiburtino II 151 [9].
Aganus Eduensis episcopus II 248 [11].
Agapitus [I] papa 94 [5], 123 [n], 129 [30], 133 [9]; II 319 [6].
Agapitus I papa 131 [7].
Agapitus [II] papa 97 [15].
Agapitus (S.) in massa Nautona 221 [11].
Agareni, Barbari, Pagani, Pęni, Saraceni 28 [29], 31 [9 20 28], 32 [9 16], 33 [5], 35 [11], 36 [13], 37 [3], 39 [25], 40 [7], 61 [18], 86 [31], 127 [34], 235 [6], 238 [23], 240 [8 13], 241 [13], 300 [34], 301 [2 5 9 14], 302 [27 32], 303 [2], 306 [31], 324 [13]. *V. anche* divastatio.
Agatense concilium 144 [25].
Agathę (S.) *v.* Agathes.
Agathensis episcopus *v.* Bernardus.
Agathes (S.) 166 [23], 347 [14].
Agathes (S.) in Paludibus 339 [9].
Agathes (S.) in territorio Reatino 315 [25].
Agathę (S.) curtis 339 [11].
Agathę (S.) curtis ad Arces II 281 [16].
Agathes (S.) curtis Interamne II 282 [4].
Agathę (S.) curtis in Paludibus II 281 [16].
Agathę (S.) curtis in Plaię 248 [32].
Agathes (S) curtis in territorio Reatino 319 [35], 323 [29]; II 65 [22], 93 [2].
